# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

2

urn:nbn:de:bsz:31-48925

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

~~L. B. 19~~ L. Blasien 20

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# Proprium
## de Tempore.
## Pars hyemalis.

### Sabbato
### Ante Dominicam primam adventus.
### Ad Vesperas.
### Lectio Jer. 23.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et
suscitabo David germen justum: et
regnabit rex, et sapiens erit, et faciet
judicium et justitiam in terra.
℟. br. Ostende nobis Domine * miseri-
cordiam tuam: Repet. ostende.
℣. Et salutare tuum da nobis. * miseric.
℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui
Sancto. Repet. ℟. usque ad ℣.

Sic semper dicuntur responsoria brevia
in vesperis et matutinis, nisi aliter
notetur.

### Hymnus Hmbr.
### ex correcto Rom. et Clun.

1. Creator alme siderum,
Aterna lux credentium: *
Jesu redemptor omnium,
Intende vocis supplicum.
2. Qui daemonis ne fraudibus
Periret orbis, * impetu
Actus amoris, languidi
Mundi medela factus es.

G.L.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

3. Commune qui mundi nefas
Ut expiares, * ad crucem
E virginis sacrario
Intacta prodis victima.

4. Cuius potestas gloria,
Nomenque cum primum sonat, *
Et coelites et inferi
Curvant trementes genua.

5. Te deprecamur ultimo
Magnum diei judicem; *
Armis superno gratio
Defende nos ab hostibus.

6. Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio: *
Sancto simul cum Spiritu,
In seculorum secula. Amen.

℣. Excita, Domine, potentiam tuam,
et veni:
℟. Ut salvos facias nos. Ps. 79.

ad Magnificat antiph.

Ecce nomen Domini venit de longinquo: * et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ. Is. 30.

Deinde Superior Kyrie eleison. Chor. Christe eleison. Sup. Kyrie eleison. et clara voce Pater noster &c. totum decantando. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. Chor. ℟. Sed libera nos a malo.

Hebdomadarius pergit: Dominus vobiscum. Chor. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Hebdomad. Oremus.

quod dicitur ante omnes orationes in officio.

## oratio Sacram. Greg.

Excita quo sumus, Domine, potentiam
tuam et veni: ut ab imminentibus
peccatorum nostrorum periculis te
mereamur protegente eripi; te liberante
salvari: Qui vivis et regnas cum Deo
Patre in unitate Spiritus sancti Deus:
per omnia secula seculorum. ℟. amen.

Deinde fiunt commemorationes de
festo occurrentes, signo faciendo sunt:
quarum ultima concluditur more solito.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
Cantores Benedicamus Domino.
Chorus. Deo gratias.
Hebdomad. Fidelium animo per miseri-
cordiam Dei requiescant in pace.
Chor. amen.

Si completorium non sequatur, dicitur
secreto Pater noster: postea Hebdomad.
Dominus det nobis suam pacem:
Chorus: Et vitam eternam. amen.
Deinde antiphona: Alma redemptoris.
cum ℣. et oratione. Denique
℣. Divinum auxilium maneat
semper nobiscum:
℟. Et cum fratribus nostris absenti-
bus. amen.

## Dominica I. adventus.

Invitatorium. Dominum Deum, qui
venturus est, * venite adoremus. apoc. j.
Repet. a choro.
Psalmus: Venite exultemus. de psalterio.

4.

## Hymnus Ambros. Clun.

1. Verbum supernum prodiens
E Patris aterni sinu: *
Qui natus orbi subvenis
Labente cursu temporis.

2. Illumina nunc pectora,
Tuoque amore concrema: *
Ut voce proconis tui
Sint pulsa tandem lubrica.

3. Judexque cum post veneris,
Secreta scrutans pectoris; *
Flammis scelestos puniens,
Justosque regno muneras:

4. Non ardeamus ignibus,
Quos nostra poscunt crimina: *
Sed cum beatis gloria
Simus perennis compotes.

5. Virtus, honor, laus, gloria,
Deo Patri cum Filio: *
Sancto simul cum Spiritu
In seculorum secula. amen.

Antiphona, psalmi et versus nocturnorum, ut in psalterio.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

Incipit Isaias prophetа.

cap. 1.

Visio Isaiæ filii Amos, quam vidit super Judam et Jerusalem in diebus Ozie, Joathan, Achaz et Ezechie regum Juda. Audite cœli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est: filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt

me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui: Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit.

℟. Attende de coelo, et vide de habitaculo sancto tuo et gloriae tuo: * ubi est zelus et fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, et miserationum tuarum? ℣. Utinam dirumperes coelos, et descenderes; a facie tua montes defluerent! * ubi est.

## Lectio II.

Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, et omne cor moerens. a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus et livor, et plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

℟. Exspectatio Israel, Salvator eius in tempore tribulationis, * ne derelinquas nos. ℣. Scriptum est: veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat impietatem a Jacob. * ne derel. Jer. 14. Rom. 11.

## Lectio III.

Terra vestra deserta, civitates vestrae succensae igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea,

℣. Sicut tugurium in cucumerario, et sicut civitas, quæ vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus.

℟. In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria: * Et fructus terræ sublimis, et exultatio his, qui salvati fuerint. ℣. Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. * Et fructus. Isa. 4. ℣. 84.

## Lectio IV.

Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus gomorrho. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum: holocausta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum et agnorum et hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsivit hæc de manibus vestris, ut ambuletis in atriis meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi.

℟. Quare mœrore contraheris filia Sion? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perüt? * liberaberis; ✝ redimetæ Dominus de manu inimicorum fuorum. ℣. Venit filius hominis quærere et salvum facere, quod perierat. * liberab. ℣. Gloria Patri. ✝ redimet. Mich. 4. Luc. 19.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.
homil. 4. de adv.

Si devote celebramus adventum Domini, id facimus, quod oportet: siquidem non modo ad nos, sed et propter nos venit, qui bonorum nostrorum non eget. Verum nostro quidem indigentiæ quantitatem manifestius ipsa dignationis eius indicat magnitudo, et hæc modo periculum ægritudinis ex ipso pretio medicaminis innotescit: sed et valetudinem numerus ex multitudine remediorum. Ut quid enim divisiones gratiarum sunt, si non videtur necessitatum nulla diversitas? Et quidem difficile est, universas uno sermone prosequi indigentias, quas experimur: sed occurrunt mihi interim tres communes omnibus, et quodammodo principales. Vemo enim reperitur in nobis, qui non interim et consilio, et auxilii et profectu indignus videatur.

℟. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: ✠ et ipse erit expectatio gentium. ℣. Manifestum est, quod ex Juda ortus sit Dominus noster. ✠ et ipse. Gen. 49. Hebr. 7.

### Lectio VI.

Nimirum generalis est humano generi miseria triplex; et quotquot degimus in regione umbræ mortis, in infirmitate corporis, in loco tentationis, si diligenter advertimus, triplici hoc incommodo miserabiliter laboramus. Nam et faciles sumus ad seducendum, et debiles ad operandum,

Ad fragiles adresistendum. Si discernere volumus inter bonum et malum, decipimur: si tentamus facere bonum, deficimus: si conamur resistere malo, deïcimur et superamur.

℟. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope: * De Jacob erit, qui dominetur. ℣. Orietur stella ex Jacob, et exurget virga de Israel.

* de Jacob. Num. 24.

## Lectio VII.

Necessarius proinde Salvatoris adventus, necessaria sic præoccupatis hominibus præsentia Christi. Atque utinam sic veniat, ut copiosissima dignatione sua, et in nobis per fidem habitans illuminet cœcitatem nostram, et nobiscum manens adjuvet infirmitatem nostram; et pro nobis stans fragilitatem nostram protegat et propugnet. Si enim ille in nobis, quis jam decipiat nos? Si ille nobiscum, quid de cætero non possumus in eo, qui confortat nos? Si ille pro nobis, quis contra nos? Fidelis consiliarius est, qui neque falli omnino, neque fallere queat: fortis auxiliarius, qui non lapsecat: patronus efficax, qui et ipsum Satanam sub pedibus nostris velociter conterat, et omnia ejus machinamenta confringat.

℟. Per memetipsum juravi, dicit Dominus, benedicam tibi: ✠ et ✠ benedicentur in semino tuo omnes gentes terræ. ℣. Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini ejus: qui est Christus ✠ bened. Gen. 22. Galat. 3.

## Lectio VIII.

Nimirum ipse est Dei sapientia, cui semper in promptu fuit instruere ignorantes: ipse Dei virtus, cui facile fuit et deficientes reficere, et eripere periclitantes. Adhunc ergo tantum eruditorem, fratres mei, in omni deliberatione curramus: hunc tam strenuum adjutorem in omni operatione invocemus: huic tam fido propugnatori in omni colluctatione committamus animas nostras: qui ad hoc ipsum venit in mundum, ut habitans in hominibus, cum hominibus, prohominibus, et tenebras nostras illuminaret, et labores levaret, et pericula propulsaret.

℟. Confortare omnis populus terræ: * quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus, et Spiritus meus erit in medio vestrum.
℣. Non dicent, ecce hic, aut ecce illic; ecce enim regnum Dei intra vos est. * quoniam.
℣. Gloria Patri. * quoniam. Agg. 2. Luc. 17.

## In III. Nocturno.

Ant. Consolabor vos, et consolabimini: videbitis, et gaudebit cor vestrum: * et cognoscetur manus Domini servis eius. Isa. 66.

### Canticum I. Isa. 42.

Cantate Domino canticum novum: * laus eius ab extremis terræ:
Qui descenditis in mare, et plenitudo eius: * insulæ, et habitatores earum.
Sublevetur desertum, et civitates eius: * in domibus habitabit cedar.
Laudate habitatores petræ: * de vertice montium clamabunt.

Ponent Domino gloriam, * & laudem
eius in insulis nuntiabunt.
Dominus sicut fortis egredietur: * sicut vir
proliator suscitabit zelum:
Vociferabitur, & clamabit: * super ini-
micos suos confortabitur.
Tacui semper, silui, patiens fui: * sicut
parturiens loquar:
Dissipabo & absorbebo simul, desertos faciam
montes & colles: * & omne germen
eorum exsiccabo:
Et ponam flumina in insulas: * & stagna
arefaciam:
Et ducam cæcos in viam, quam nescierunt: *
& in semitis, quas ignoraverunt, ambu-
lare eos faciam:
Ponam tenebras coram eis in lucem, &
prava in recta: * hæc verba feci eis,
& non dereliqui eos.

## Canticum II. Isa. 63.

Attende de cœlo: * & vide de habitaculo
sancto tuo, & gloriæ tuæ.
Ubi est zelus tuus & fortitudo tua,
multitudo viscerum tuorum, & mise-
rationum tuarum? * super me contri-
nuerunt se.
Tu enim pater noster, & Abraham nesci-
vit nos: * & Israel ignoravit nos.
Tu Domine pater noster, redemptor noster: *
a sæculo nomen tuum.
Quare errare nos fecisti Domine de viis
tuis: * indurasti cor nostrum, ne ti-
meremus te?
Convertere propter servos tuos, * tri-
bus hereditatis tuæ.

## Canticum III. Isa. 64.

Utinam dirumperes coelos et descenderes: ✱
a facie tua montes defluerent.
A seculo non audierunt, neque auribus
percepérunt: ✱ oculus non vidit, Deus,
absque te, quæ præparasti exspectan-
tibus te.
Occurristi lætanti, et facienti justitiam: ✱
in viis tuis recordabuntur tui.
Ecce tu iratus es, et peccavimus: ✱ in
ipsis fuimus semper, et salvabimur.
Et nunc Domine pater noster es tu, nos
vero lutum: ✱ et figulus noster tu, et
opera manuum tuarum omnes nos.
Ne irascaris Domine satis, et ne ultra
memineris iniquitatis nostræ: ✱ ecce
respice, populus tuus omnes nos.

Ant. Consolabor vos, et consolabimini,
videbitis, et gaudebit cor vestrum: ✱
et cognoscetur manus Domini servis
ejus. Is. 66.

℣. Ex Sion species decoris ejus:
℟. Deus manifeste veniet. Ps. 49.

## Lectio IX.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. j.

Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus,
segregatus in Evangelium Dei, quod ante
promiserat per prophetas suos in Scripturis
sanctis de filio suo: qui factus est ei ex
semine David secundum carnem: qui pro-
destinatus est filius Dei in virtute, secun-
dum spiritum sanctificationis ex resur-
rectione mortuorum Jesu Christi Domini
nostri: per quem accepimus gratiam et

apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus, in quibus estis & vos vocati Jesu Christi: omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. gratia vobis & pax a Deo patre nostro, et Domino Jesu Christo.

℟. Suscitabo semen tuum post te, et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum: ✱ ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium. ℣. Deus ex semine David secundum promissionem, eduxit Salvatorem Jesum. ✱ ego ero. 2. Reg. 7. ad. 13.

## Lectio X.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos; id est, simul consolari in vobis per eam, quæ invicem est, fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus.

℟. Deus, qui auferis iniquitatem ✱ dabis virtutem Jacob, misericordiam Abraham, quæ juravit patribus nostris a diebus antiquis. ℣. Affluentissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam

propositam spem. * Dabis. Mich. 7. Hebr. 6.

## Lectio XI.

Grecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum: ita, quod in me, promptum est et in vobis, qui Rome estis, evangelizare. Non enim erubesco evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judeo primum et Greco, justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: justus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus autem illis manifestavit.

℟. Ecce servus meus, dicit Dominus: non contendet, neque clamabit, neque audietur vox eius foris: * Donec ponat in terra judicium, et legem eius insule exspectabunt. ℣. Nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique penitentiam agant. * Donec.

Ps. 42. Matth. 12. act. 17.

## Lectio XII.

Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, que facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum: Dicentes enim, se esse sapientes stulti facti sunt: et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et

quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius, quam creatori, qui est benedictus in secula. amen.

℟. Expectat Dominus, ut misereatur vestri, et ideo exaltabitur parcens vobis, * Deus judicii Dominus: † beati omnes qui expectant eum. ℣. Apparebit exspectantibus se, in salutem. * Deus. ℣. gloria. † beati. ℣. 30. Hebr. 9.

Postea incipiat Superior hymnum: Te Deum laudamus. quo perdicto, legat lectionem de Evangelio.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

℟. gloria tibi Domine.

Sic semper dicitur ante Evangelium.

Luc. 21.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura gentium pro confusione sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus pro timore et exspectatione, quæ superveniunt universo orbi. Nam virtutes cœlorum movebuntur, et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna et majestate. His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra. Et dixit illis similitudinem:

videte ficulneam et omnes arbores:
cum producunt jam ex se fructum, scitis,
quoniam prope est aestas. Ita et vos, cum
videritis hoc fieri, scitote, quoniam prope
est regnum Dei. Amen dico vobis, quia
non praeteribit generatio hoc, donec om-
nia fiant: coelum et terra transibunt:
verba autem mea non transibunt.
℟. amen.
Subsequatur mox hymnum: Te deum laud.
Oratio ut supra in vesperis.

## Ad laudes Matutinas.

Omnia de psalterio, extra Septuages.

### Lectio apoc. j.

Gratia vobis et pax ab eo, qui est, et
qui erat, et qui venturus est.
℟. br. Converte nos * Domine Deus virtu-
tum. Repet. Converte.
℣. Ostende faciem tuam, et salvi erimus.
* Domine.
℣. Gloria Patri. Repet. Converte.

### Hymnus Ambros. Clun.

1. Vox ecce clara personat,
Gravesque somnos increpat: *
Procul tenebrae! lux poli
Ab axe Christus promicat.
2. Mens jam resurgat languida,
Quae sorde torpet squalida: *
Sidus refulget jam novum,
Ut tollat omne noxium.
3. Coelestis agnus mittitur,
Laxare gratis debitum: *
Surgamus, et cum lacrymis
Oremus indulgentiam.

4. Ut cum secundo fulserit,
Horrorque mundum cinxerit: *
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.

5. Virtus, honor, laus, gloria,
Deo Patri cum Filio: *
Sancto simul cum Spiritu
In seculorum secula. amen.

℣. Prope timentes Dominum salutare ipsius.
℟. Ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Ad Bened. ant. Vigilate omni tempore orantes: * ut digni habeamini stare ante Filium hominis. Luc. 21.

## Oratio ut ad I. Vesperas.

## Ad horas diurnas.

### Ad Primam.

Ant. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet: * et brachium eius dominabitur. Is. 40.

### Ad Tertiam.

Ant. Exspectat Dominus, ut misereatur vestri: * beati omnes, qui exspectant eum. Is. 30.

### Lectio. Rom. 13.

Hora est, jam nos de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus.

℣. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui:
℟. Visita nos in salutari tuo. Ps. 105.

### Ad Sextam.

Ant. Oritur in tenebris lux tua: * et tenebræ tuæ erunt, sicut meridies. Is. 58.

### Lectio. Rom. 13.

Nox præcessit, dies autem adpropinquavit:

abiiciamus ergo opera tenebrarum, et
induamur arma lucis.
℣. Deus virtutum converte nos:
℟. Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Ps. 79.

Ad Nonam.

Ant. Ambulabimus in nomine Dei nostri: *
et regnabit Dominus in monte Sion. Mich. 4.

Lectio. Rom. 13.

Sicut in die honeste ambulemus, non in
comessationibus et ebrietatibus, non in
cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione: sed induimini
Dominum Jesum Christum.
℣. Deus tu conversus vivificabis nos:
℟. Et plebs tua lætabitur in te. Ps. 84.

Ad vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio apoc. 22.

Qui justus est, justificetur adhuc, et
sanctus sanctificetur adhuc: ecce venio
cito, et merces mea mecum est, dare
unicuique secundum opera sua.
Rbr. et hymnus ut in I. vesp.
℣. Exspecta Dominum, viriliter age:
℟. Et confortetur cor tuum, et sustine
Dominum. Ps. 26.

Ad Magnif. ant. Vox clamantis in deserto,
parate viam Domini: * rectas facite
semitas ejus. Marc. 1.

## In feriis Adventus.

### Ad vigilias nocturnas.

Invit. Dominum Deum, qui venturus est, ℣ venite adoremus. apoc. j.
Et dicitur usque ad diem 18. Dec. exclus.

Hymnus: Verbum supernum. ex Dom. præced.

Antiphono et versus de psalterio.

Benedictio, ut pro qualibet feria notatur in psalterio.

### In I. Nocturno.

In officio feriali dicuntur tres lectiones, ut infra in singulis feriis notantur, prima lectione ad signum ❡ divisa, cum suis R.R. Si officium sit de festo 12. lect. ex prima fiunt quatuor, facta ad asteriscos divisione, et quatuor R.R. dicuntur ex illo nocturno Dominico præcedentis, ex quo est benedictio, nempe fer. 2. et 5. ex j. noct. fer. 3. et 6. ex 2. noct. et fer. 4. ac Sabb. ex 3. Noct. Expositio vero omittitur. In officio vero de Sanctis trium lectionum, lectio prima erit de Scriptura integra, 2da de expositione cum ad signatis R.R. ferialibus; tertia vero de festo cum suo R. proprio. quod si duo lectiones pro festo sint ad signato, secunda de expositione scripture omittitur. Quod item in aliis feriis anni observandum.

### In II. Nocturno.

Ant. alleluia. et psalmi ut in psalterio.

#### Lectio. Tit. 2.

Sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc seculo, exspectantes beatam spem, et

adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi.
℣. Anima mea desideravit te in nocte:
℟. Sed et spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Is. 26.

Oratio in breviario propria singulis feriis adsignata: ad Missam vero, prout in Missali notatur.

## Ad Laudes Matutinas.

Antiphona et psalmi de psalterio secundum feriam.

### Lectio. Isa. 62.

Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor, justus ejus, et Salvator ejus ut lampas accendatur.
℟. br. et hymnus ac ℣. ex Dom. præced.
Ad Benedictus ant. pro singulis feriis propria.
Preces dicuntur flexis genibus.

### Ad Primam.

Ant. Ego autem ad Dominum aspiciam: * exspectabo Deum Salvatorem meum. Mich. 7.

### Ad Tertiam.

Ant. Emitte agnum Domine dominatorem terræ: * de petra deserti ad montem filiæ Sion. Is. 16.

### Lectio. Is. 46.

Audite me duro corde, qui longe estis a justitia: prope feci justitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur.
℣. Memento nostri Domine in bene-placito populi tui:
℟. visita nos in salutari tuo. Ps. 105.

## Ad Sextam.

Ant. Exspectatio Israel Salvator eius in tempore tribulationis: * ne derelinquas nos. Jer. 14.

### Lectio. Hab. 2.

Apparebit in finem, et non mentietur: si moram fecerit, exspecta illum: quia veniens veniet, et non tardabit.
℣. adjutor meus et protector meus tu es:
℟. Deus meus ne tardaveris. Ps. 39.

## Ad Nonam.

Ant. Reple Sion in ne narrabilibus verbis tuis: * et gloria populum tuum. Ps. 62.

### Lectio Isa. 14.

Prope est, ut veniat tempus eius, et dies eius non elongabuntur: miserebitur enim Dominus Jacob, et Israel salvabitur.
℣. Prope timentes Deum salutare ipsius:
℟. Ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

## Ad Vesperas.

### Antiphona de psalterio.

### Lectio. 2. Petri 3.

Novos coelos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat: propterquod charissimi haec exspectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace.
℟. br. Hymnus, ac versus ut Dom. praced.

### Ad Magnificat singulis diebus ant. propria.

Hoc modo dicitur officium in feriis adventus usque ad vesperas diei 24. Dec. exclusive.

# Feria II.

## Lectio I.

De Isaia propheta. cap. i.

Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perverse, discite benefacere: quorite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam: et venite et arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. * Si volueritis et audieritis me, bona terre comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii? justitia habitavit in ea, nunc autem homicida. argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua. Principes tui infideles, socii furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones: pupillo non judicant, et causa vidue non ingreditur ad illos. ℣ Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: heu! consolabor super hostibus meis, et vindicabor de inimicis meis. Et convertam manum meam ad te, et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stannum tuum: et restituam judices tuos ut fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus: post hoc vocaberis civitas justi, urbs fidelis. ✠ Sion in judicio redimetur, et reducent eam in justitia: et conteret scelestos et peccatores simul, et qui dereliquerunt

Dominum, confumendur. Confundentur
enim ab idolis, quibus sacrificaverunt,
& erubescetis super hortis, quos elegera-
tis, cum fueritis velut quercus defluen-
tibus foliis, & velut hortus absque
aqua. Et erit fortitudo vestra, velut fa-
villa stuppae, & opus vestrum quasi
scintilla: & succendetur utrumque
simul, et non erit, qui extinguat.
R. R. ex I. nocturno Dominico procd.

## Lectio II.

De expositione S. Cyrilli episcopi Alexandrini.
l. j. or. j.

Beatis in memoriam revocatis, eos
despondere animum non finit, sed gra-
tiam ex bonitate & clementia pro-
fectam percommode infert, nec fraudat
eos beneficio, quod per Christum omni-
bus per universum terrarum orbem
est propositum. Omnes enim declina-
verunt, simul inutiles facti sunt:
et obnoxius factus est mundus Deo,
quia gentes creaturam coluerunt:
Israelita legem sibi per Mosen datam
violarunt. Caeterum gentibus illuxit
Christus, et ad mirabilem eius lucem
vocatae sunt, et qui non populus quon-
dam, facti sunt populus: Judaei autem
miseri in ipsum debacchati sunt, et prin-
cipem vitae necidederunt impie, etiam si
rursus ut Deus revixit. Quia vero bonus
est, et omnes homines servari vult,
et ad agnitionem veritatis venire, illisque
adeo viam salutis patefacere: eosquoque
jubet peccata abluere, justificatos gratis,
et non ex operibus legis, immo magis per
fidem et sacrum baptisma; idcoque ait:
lavamini, mundi estote.

℣. Emundate manus peccatores, et purificate corda duplices animo: * adpropinquate Deo, et adpropinquabit vobis.
℣. Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias. * adprop. Jac. 4. Jer. 4.

Ad Bened. ant. Non tardabit Dominus promissionem suam. * adveniet dies Domini 2. Petr. 3.

Oratio. Sac. Greg.

Excita Domine potentiam tuam et veni: et quod ecclesiæ tuæ promisisti, usque in finem seculi clementer operare. Qui vivis.
Dicitur in toto officio.

Ad Magnif. ant. Impletum est tempus, et adpropinquavit regnum Dei: * pœnitemini, et credite Evangelio. Marc. 1.

## Feria III.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 2.

Verbum, quod vidit Isaias filius Amos super Juda et Jerusalem. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi et dicent: venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. * Et judicabit gentes, et arguet populos multos: et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Domus Jacob venite, et ambulemus in lumine Domini. Projecisti enim populum tuum domum Jacob: quia

repleti sunt ut olim, et augures habuerunt ut Philisthiim, et pueris alienis adhæserunt. ℣ Repleta est terra argento et auro, et non est finis thesaurorum eius: et repleta est terra eius equis, et innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idolis; opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum: et incurvavit se homo, et humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, et abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, et a gloria majestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incurvabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa. quia dies Domini exercituum super omnem superbum et excelsum, et super omnem arrogantem: et humiliabitur. ✠ In die illa proiiciet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat sibi, ut adoraret, talpas et vespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum, et cavernas saxorum a facie formidinis Domini, et a gloria majestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

℟. ℟. ex II. nocturno Dominico præced.

## Lectio II.

De expositione Sancti Cyrilli episcopi. l. 1. orat. 2.

Incipiens prophetia vicinam ordine et secundam visionem, tempus designat, quo non in aliqua parte orbis terrarum, non in una regione, civitate diaboli

imperium concedet, in totum evulso
cultu et profano apparatu idolorum:
sed ex omni loco subcælo ille morbus et
immundorum dæmonum tyrannis
eliminetur. Perfectum illud vero est mor-
talibus in extremis diebus, id est, ultimis
huius sæculi temporibus, quibus unigenitum
Dei verbum factum caro, natum ex muliere,
apparuit: quum intelligibilem Judæam vel
Jerusalem, hoc est, ecclesiam sibi ipse repræ-
sentaret ac sisteret virginem castam, non
rugam aut eius modi quidpiam habentem,
sed potius sanctam et immaculatam.
℟. Ambulabimus in nomine Domini
Dei nostri in æternum et ultra: ✠ et ✠
regnabit Dominus super eos in monte
Sion ex hoc nunc et usque in æternum.
℣. Domui Juda miserebor, et salvabo eos,
in Domino Deo suo. ✠ et regnabit. Sisist
ultimum: ℣. gloria. ✠. regnabit. Mich. 4. 5e. 1.
ad Bened. ant. quales oportet vos esse in
sanctis conversationibus ✠ exspectantes
et properantes in adventum diei Domini!
2. Petr. 3.

Oratio Sacram. Greg.

Conscientias nostras quæsumus Domine
visitando purifica: ut veniens Jesus
Christus Filius tuus Dominus noster,
paratam sibi in nobis inveniat mansio-
nem. qui tecum vivit.
ad Magnif. ant. Custodite judicium
et facite justitiam: ✠ quia juxta est salus
mea, ut veniat. Isa. 56.

## Feria IV.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 4.

In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terræ sublimis, et exultatio his, qui salvati fuerint de Israel. Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem. * Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem laverit de medio eius, in spiritu judicii et spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloria protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluvia. ℣ Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepivit eam, et lapides elegit ex illa, et plantavit eam electam, et ædificavit turrim in medio eius, et torcular exstruxit in ea: et exspectavit, ut faceret uvas et fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Jerusalem et viri Juda, judicate inter me et vineam meam. quid vel, quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci ei? an quod exspectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas? * Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ: auferam sepem eius, et erit in direptionem: diruam maceriam eius, et erit in conculcationem. Et ponam

am desertam: non putabitur, et non
odietur, et ascendent vepres et spina: et
nubibus mandabo, ne pluant super eam
imbrem. Vinea enim Domini exercituum
domus Israel est, et vir Juda germen eius
delectabile: et exspectavi, ut faceret judi-
cium, et ecce iniquitas; et justitiam, et
ecce clamor.

℟. ℟. ex III. nocturno Dominico proced.

## Lectio II.

De expositione Sancti Hieronymi presbyteri.
in cap. 5. Is.

Per metaphoram vineæ prophetа describit
populum Judæorum, quem de spiritu angelo-
rum auxilio: et lapides elegit ex eo, vel
idola, vel omnia, quo Dei cultum poterant
impedire. Et plantavit eam vineam Sorec,
seu electam. Ædificavit quoque turrim in
medio eius, templum videlicet in media
civitate: et torcular extruxit in ea, quod
quidam altare significari putant. Sicut
enim ad torcular omnes uvæ comportantur
atque calcantur, ut ex eis exprimatur vi-
num: sic altare omnis populi suscipit
fructus, et immolatas hostias devorat.
Cuncta autem, quæ dicuntur de vinea,
possunt et ad animo humano referri sta-
tum, quæ a Deo plantata in bonum non
uvas attulerit, sed labruscas, et postea sit
tradita bestiis conculcanda: nec divinum
imbrem susceperit doctrinarum; quia pro-
lerita dona contemserit.

℟. Ego plantavi te vineam electam, omne
semen verum: ✠ quomodo conversa es mihi
in pravum vinea aliena? ℣. auferetur
a vobis regnum Dei, et dabitur genti

faciendi fructus eius. ℣ quomodo. ℟ si sit
uct: ℣ V. gloriâ. ℣ quomodo. Jer. 2. Matth. 21.
ad Bened. ant. Mundamini, procedet
enim vos Dominus: ℣ et congregabit vos
Deus Israel. Is. 52.

Oratio S. Greg.

Mentes nostras quæsumus Domine lu-
mine tuæ visitationis illustra: ut ejus
de largientis mereamur & inter prospera
humiles, et inter adversa securi. qui vivis.

Ad Magnif. ant. Vos similes hominibus
exspectantibus Dominum suum: ℣ ut cum
veneriat, confestim aperiant ei. Luc. 12.

## Feria V.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 5. 13.
Propterea captivus ductus est populus meus,
quia non habuit scientiam, & nobiles
eius interierunt fame, & multitudo eius
siti exaruit. Propterea dilatavit infernus
animam suam, & aperuit os suum absque
ullo termino; & descendent fortes eius, et
populus eius, & sublimes gloriosique
eius ad eum. ℣ Et incurvabitur homo,
& humiliabitur vir, et oculi sublimium
deprimentur. Et exaltabitur Dominus
exercituum in judicio, et Deus sanctus
sanctificabitur in justitia. Et pascentur
agni juxta ordinem suum, et deserta in
ubertatem versa advenæ comedent. ℣
Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis
vanitatis, et quasi vinculum plaustri
peccatum: qui dicitis; festinet et celo
veniat opus eius, ut videamus; et

appropiet, et veniat ~~acceleret~~ consilium
sancti Israel, et sciemus illud. Vae qui
dicitis malum bonum, et bonum malum,
ponentes tenebras lucem et lucem tenebras,
ponentes amarum in dulce, et dulce in
amarum. Vae qui sapientes estis in oculis
vestris, et coram vobismetipsis prudentes. *
Vae qui potentes estis ad bibendum vinum,
et viri fortes ad miscendam ebrietatem:
qui justificatis impium pro muneribus,
et justitiam justi auferetis abeo. Propter
hoc sicut devorat stipulam lingua ignis,
et calor flammae exurit, sic radix eorum
quasi favilla erit, et germen eorum ut
pulvis ascendet. Abiecerunt enim legem
Domini exercituum, et eloquium sancti
Israel blasphemaverunt.

℟. ℟. ex I. Nocturno Dominica proced.

## Lectio II.

De expositione S. Hieronymi Presbyteri.

Non plangit (prophetа) eos, qui peccare
ceperint, et linquere defecerint, non est
enim justus super terram, qui faciat bo-
num, et aliquando non peccet: sed qui
longo funiculo peccata protraxerint. Quod
autem appellantur funiculi vanitatis,
hoc significat, quod facientibus peccatum
facile texitur, et tam inane et facile est,
ut aranearum fila texantur: sed quum
inde voluerimus exire, solidissimis vin-
culis nectimur. Plaustrum autem ple-
num oneratumque peccatis facilius intel-
liguntur, qui meminerint scriptum in
Zacharia, impietatem sedere super talen-
tum plumbi. Et in alio loco peccator

cognitur: iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Dicuntur autem hæc ad principes Judæorum, qui supra arguti sunt in avaritia atque luxuria, quod provocati a Domino ad pœnitentiam, et postea ab apostolis eius, usque hodie perseverent in blasphemiis.

ad Bened. ant. Prope est, ut veniat tempus eius; * et dies eius non elongabuntur. Isa. 14.

Oratio S. Greg.

Prope esto Domine omnibus expectantibus in veritate: ut in adventu Filii tui Domini nostri, placitis tibi actibus præsentemur. Per eumdem.

ad Magnif. ant. Quærite Dominum, dum inveniri potest: * invocate eum, dum prope est. Isa. 55.

## Feria VI.

### Lectio I.

De Isaia prophetæ. cap. 10. 11.

Erit in die illa: non adiiciet residuum Israel, et hi qui fugerint de domo Jacob, innitti super eo, qui percutit eos: sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate. Reliquiæ convertentur, reliquiæ inquam Jacob ad Deum fortem. * Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo: consummatio abbreviata inundabit justitiam; consummationem enim et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. ℣. Propter hoc

ec dicit Dominus Deus exercituum: noli
imere populus meus habitator Sion ab Assur.
n virga percutiet te, et baculum suum leva-
it super te in via Ægypti; adhuc enim pau-
culum modicumque, et consummabitur
indignatio, et furor meus super scelus eorum.
Et erit in die illa, auferetur onus eius de
humero tuo, et jugum eius de collo tuo, et
computrescet jugum a facie olei. * Et erit
in die illa: adiiciet Dominus secundo
manum suam ad possidendum residuum
populi sui, quod relinquetur ab Assyriis
et ab Ægypto, et a Phetros, et ab Æthiopia,
et ab Elam, et a Sennaar, et ab Emath,
et ab insulis maris. Et levabit signum
in nationes, et congregabit profugos
Israel, et dispersos Juda colliget a quatuor
plagis terræ: et auferetur Zelus Ephraim,
et hostes Juda peribunt.

℟. ℟. ex II. nocturno Dominica proced.

## Lectio II.

De expositione S. Hieronymi Presbyteri.

In illa die, cum surrexerit radix Jesse in
signum populorum, sive ut dominetur
gentium, apponet Dominus secundo manum
suam: ut nequaquam juxta nostros Judai-
zantes in fine mundi, quum introierit
plenitudo gentium, tunc omnis Israel
salvus fiat: sed hæc omnia in primo intel-
ligamus adventu. Neque enim possumus,
quum una dies dicatur et nunc et supra,
illam referre ad primum adventum, et
illam ad secundum: ne per hoc quæ sequun-
tur, et illa quæ præcesserunt, ad eum
referenda sint Christum, quem Judæi
necdum venisse, sed venturum esse

contendunt. Post vocationem igitur gentium, quæ quondam in caudam reputatæ sunt, Israel in caudam reputabitur: ut ponat Dominus secundo manum suam, et possideat residuum populi sui, de quo et supra legimus, non omnem Israel, sed reliquias esse salvandas.

ad Bened. ant. Exspectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob: * et prostolabor eum. Is. 8.

## Oratio Rom.

Prævenial nos, quæsumus omnipotens Deus, tua gratia semper et subsequatur: ut cum adventu unigeniti tui, quem summo cordis desiderio justinemus, et præsentis vitæ subsidia, et futuræ etiam consequamur. Per eumdem.

ad Magnif. ant. Exspectatio Israel salvator eius in tempore tribulationis: * ne derelinquas nos. Jer. 14.

## Sabbatho.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 14.

Prope est, ut veniat tempus eius, et dies eius non elongabuntur: miserebitur enim Dominus Jacob, et eliget adhuc de Israel, et requiescere eos faciet super humum suam: adjungetur advena ad eos, et adhærebit domui Jacob. * Et tenebunt eos populi: et adducent eos in locum suum: et possidebit eos domus Israel super terram Domini in servos et

nallas, et erunt capientes eos, qui se ce-
derant, et subiicient exactores suos. Et
rit in die illa, cum requiem tibi dederit
Deus a labore tuo, et a conturbatione tua,
et a servitute dura, qua ante servisti: su-
mes parabolam istam contra regem Baby-
lonis, et dices: quomodo cessavit exactor,
quievit tributum? & contrivit Dominus
baculum impiorum, virgam dominantium,
edentem populos in indignatione plaga
insanabili, subiicientem in furore gentes,
persequentem crudeliter. Conquievit et
siluit omnis terra, gavisa est et exulta-
vit. Detracta est ad inferos superbia tua,
concidit cadaver tuum; subter te sternetur
tinea, et operimentum tuum erunt
vermes. * Quomodo cecidisti de coelo
lucifer, qui mane oriebaris? corruisti
in terram, qui vulnerabas gentes! qui
dicebas in corde tuo: in coelum conscendam,
super astra Dei exaltabo solium meum,
sedebo in monte testamenti, in lateri-
bus aquilonis: ascendam super altitu-
dinem nubium, similis ero altissimo.
Verumtamen ad infernum detraheris,
in profundum lacus.

R. R. ex III. nocturno Dominico procd.

## Lectio II.

De expositione S. Cyrilli Episcopi.

Age, quantum licet crassam historiæ su-
perficiem ad considerationem spiritua-
lem transferentes, simile quiddam in
Satana, et in his, qui a Christo redempti sunt,
factum contemplemur. Erant siquidem
captivi idolorum servitio affixi, et cujus,

qui summam exercebat tyrannidem, imperia venerantes. Sed miserius est nos ut injuste violatos universitatis opifex: misit nobis e cælo redemptorem, proprium Filium, in nomine Domini, id est, non ut de sanctis prophetis quempiam, sed in dominationis gloria, qui demolitus est idololatriam velut civitatem quampiam superbam et insolentem, opem suum conferentibus bellatoribus armatis suis, id est, sanctis apostolis: qui tota quodammodo diaboli regione excisa, secum in sanctam civitatem Jerusalem, ecclesiam inquam, duxerunt eos, qui decepti sunt, et jugo servitutis oppressi.

Ad Bened. ant. Quasi diluculum preparatus est egressus eius: * et veniet quasi imber temporaneus et serotinus terræ. Osc. 6.

Oratio Sacr. Gelas.

Deus, qui nativitatis tuæ exordium pro nostra necessarium salvatione duxisti: respice nos propitius; et quos similes ad imaginem tuam fecisti, similiores observatione perfice mandatorum. qui vivis.

Ad Vesperas. Duplex.

Lectio. Deut. 18.

Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies.

℟. br. hymnus ut Dominica I. adventus.

℣. audite ad eum, et illuminamini:
℟. et facies vestræ non confundentur. Psl. 33.

Ad Magnif. Ant. Miserans miserebitur
tui Dominus, et non faciet avolare ale
tra Doctorem tuum: * Erunt oculi vi-
dentes præceptorem tuum. Is. 30.

Oratio Sacram. Gelas.

Excita Domine corda nostra ad præpa-
randas Unigeniti tui vias: ut per eius ad-
ventum purificatis tibi mentibus servire
mereamur. Qui tecum vivit.

## Dominica II. adventus.

Ad vigilias, Invit. et hymnus ut I. Dominica.

### In I. Nocturno.

Lectio I.

De Isaia prophet. cap. 32.

Ecce in justitia regnabit rex, et principes
in judicio præerunt. Et erit vir sicut qui
abscondit a vento, et celat se a tempestate,
sicut rivi aquarum in sitti, et umbra
petræ prominentis in terra deserta.
Non caligabunt oculi videntium, et aures
audientium diligenter auscultabunt.
Et cor festinorum intelliget scientiam,
et lingua balborum velociter loquetur
et plane. Non vocabitur ultra is, qui
insipiens est, princeps, neque fraudulen-
tus appellabitur maior.

℟. Sensum tuum Domine quis scivit, *
nisi tu dederis sapientiam, et miseris spi-
ritum sanctum tuum de altissimis, et
sic correcta sint semita eorum, qui sunt
in terris, et quæ tibi placent, didicerint
homines? ℣. Qui ambulat in tenebris,
nescit quo vadat. * nisi. Sap. 9. Joan. 12.

Lectio II. cap. 33.

Audite, qui longe estis, quæ fecerim,

Agnoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem: qui proicit avaritiam ex calumnia, et excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne videat malum: iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aqua eius fidelis est. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe.

℟. Seminate vobis in justitia, et metite in ore misericordiæ, innovate vobis novale: ✠ tempus requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit nos justitiam. ℣. Remissas manus, et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris. ✠ tempus. Ose. 10. Heb. 12.

## Lectio III. cap. 35.

Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinans germinabit, et exultabit lætabunda et laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini, et decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: confortamini, et nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet, sicut cervus, claudus, et aperta erit lingua

mutorum: quia scisso sunt in deserto
aquæ, et torrentes in solitudine. Et quæ
erat arida, erit in stagnum, et sitiens in
fontes aquarum.

℟. Properabunt gentes multæ et dicent:
venite, ascendamus ad montem Domini: et
docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis
ejus. ℣. Messias venit, qui dicitur Christus:
cum venerit ille, vobis annuntiabit omnia.
℟. et docebit. Mich. 4. Joan. 4.

## Lectio IV.

In habitaculis, in quibus prius dracones
habitabant, orietur viror calami et junci.
Et erit ibi semita et via, et via sancta
vocabitur: non transibit per eam pollu-
tus, et hoc erit directa via, ita ut stulti
non errent per eam. Non erit ibi leo,
et mala bestia non ascendet per eam,
nec invenietur ibi: et ambulabunt,
qui liberati fuerint, et redempta a Do-
mino convertentur, et venient in Sion
cum laude, et lætitia sempiterna super
caput eorum, gaudium et lætitiam
obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus.
℟. Populus dura cervice convertetur,
et scient, quia ego sum Dominus Deus
eorum: ℟. et dabo eis cor, et intelligent,
aures, et audient: et laudabunt me. ℣.
Scriptum est: de illis Deus oculos, ut non
videant, et aures ut non audiant. ℟. et dabo.
℣. Gloria. ℟. et dabo. Baruch. 2. Rom. 11.

## In II. Nocturno.

## Lectio V.

Ex epistola sancti Justini Martyris
ad Diognetum. n. 9. et 10.

Usque ad hoc tempus fecit nos Deus pro libito incertis motibus agitari, dum a voluptatibus & cupiditatibus transversi rapiebamur: non quidem, quo dulce quid peccatis nostris gauderet, sed ea tolerans: neque illud, quo in justitia exercebatur, tempus approbans, sed mentem justitiæ creans: ut quum eo tempore convicti essemus e propriis operibus, vita esse indigni, nunc Dei benignitas nos ea dignaretur: & quum manifestum fecissemus, non posse ex eo, quod in nobis situm est, in regnum Dei ingredi, per potentiam Dei nobis id posse daretur.

℟. Domus Jacob, venite & ambulemus in lumine Domini: * projecisti enim populum tuum, domum Jacob. ℣. Reliquio secundum electionem gratiæ salvo facta sunt; cæteri vero excæcati sunt.

* projecisti. Isa. 2 Rom. 11.

## Lectio VI.

Quum autem ad cumulum malitia nostra pervenisset, & plene manifestum factum foret, mercedem peccati esse supplicium, & mors exspectaretur, advenisset que tempus a Deo prostitutum, ad suam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam, & quomodo pro immenso, quo homines prosequitur, amore, nos odio non habuerit, neque rejecerit, neque improbitatis nostræ memorem se ostenderit, sed patienter eam tulerit ac sustinuerit: ipse peccata nostra suscepit: proprium ipse Filium pretium redemptionis pro nobis dedit, sanctum pro iis, qui legem transgressi erant: nihil minus

quam malum pro malis, justum pro in-
justis, corruptionis nescium pro obnoxiis
corruptioni, immortalem pro mortalibus.
℟. Sapientia suscipit inquirentes se,
et proibit in via justitiæ: * qui serviunt
ei, obsequentes erunt Sancto, Deos, qui
diligunt illum, diligit Deus. ℟. Nos spi-
ritu ex fide, spem justitiæ expectamus
in Christo Jesu. * qui. Euli. 4. Galat. 5.

## Lectio VII.

Quid enim aliud peccata nostra potuit
tegere, quam ejus justitia? In quo alio
nos iniqui et impii justificari possumus,
quam in solo Dei Filio? O dulcem per-
mutationem! o impervestigabile arti-
ficium! o beneficia expectationem
omnem superantia! ut iniquitas quidem
multorum in justo uno absondatur,
justitia autem unius faciat, ut multi
injusti justificentur. quum igitur
superiori tempore hujus nos rei convi-
cisset, non posse nostram naturam vitam
consequi, nunc autem Servatorem osten-
disset, qui servare posset ea etiam, quæ
servari non poterant: utrimque nos
benignitati suæ fidem habere voluit, y
ipsum existimare actorem, parentem,
magistrum, consiliarium, medicum,
mentem, lucem, honorem, gloriam, ro-
bur, vitam: de vestitu et victu sollicitos
non esse.
℟. Ecce servus meus, electus meus, com-
placuit sibi in illo anima mea: * dedi
spiritum meum super eum, judicium
gentibus proferet. ℣. Hic est Filius
meus dilectus, in quo mihi bene complacui:
ipsum audite. * dedi. Isa. 42. Matth. 17.

## Lectio VIII.

Huius etiam tu fidei si desiderio teneris, et illam auspias, primum quidem cognosces Patrem. Deus enim homines dilexit, propter quos mundum creavit, quos ad imaginem suam formavit: ad quos Filium suum unigenitum misit: quibus coeleste regnum promisit, et dabit, quod ipsum dilexerint. Postquam autem illum cognoveris, quanta te impletum iri laetitia existimas? aut quantum diliges eum, qui prior te ita dilexerit? cum autem diligere ceperis, imitator benignitatis eius eris. Ac ne mireris, posse hominem esse imitatorem Dei. Potest eo volente. R. Deus ipse veniet, et salvabit nos: tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum patebunt: * tunc saliet, sicut cervus, claudus, et aperta erit lingua mutorum. R. Caci videbunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt. * tunc. R. gloria. * tunc.

Is. 35. et Matth. 11.

## In III. Nocturno.

Antiphona, cantica et R. ut in I. Dominica.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 2.

Inexcusabilis es, o homo, omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, te ipsum condemnas; eadem enim agis, quae judicas. Scimus enim, quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo,

mi judicas eos, qui talia agunt, et fa-
is ea, quia tu effugies judicium Dei?
n divitias bonitatis eius, et patientiæ,
et longanimitatis contemnis? ignoras,
quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam
e adducit? Secundum autem duritiam
uam et impœnitens cor, thesaurizas
ibi iram in die iræ, et revelationis justi
udicii Dei, qui reddet unicuique secun-
um opera eius: iis quidem, qui secundum
atientiam boni operis, gloriam et
honorem et incorruptionem quærunt,
itam æternam: iis autem, qui sunt
ex contentione, et qui non acquiescunt
veritati, credunt autem iniquitati, ira
et indignatio.

℟. Exultate in tabernaculis Jacob, et hinnite
contra caput gentium: * personate, et
canite et dicite: salva Domine populum
tuum, reliquias Israel. ℣. Dicit Scriptura:
Colaminini gentes cum plebe eius, et ite-
rum: Laudate omnes gentes Dominum.
* personate. Jer. 31. Rom. 15.

## Lectio X.

Tribulatio et angustia in omnem
animam hominis operantis malum,
Judæi primum et Græci: gloria autem,
et honor, et pax omni operanti bonum,
Judæo primum et Græco: non enim est
acceptio personarum apud Deum. quicum-
que enim sine lege peccaverunt, sine lege
peribunt; et quicumque in lege peccave-
runt, per legem judicabuntur: non enim
auditores legis justi sunt apud Deum, sed

factores legis justificabuntur. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die, cum judicabit Deus occulta hominum, secundum evangelium meum per Jesum Christum.

℟. Vos testes mei, dicit Dominus, et servus meus, quem elegi: ✠ ut sciatis et credatis mihi, quia ego ipse sum. Ante me non est alius Deus, et post me non erit. Ego sum qui loquor, ego annuntio, ego audivi, ego curavi. Vos testes mei, et servus meus, quem elegi: ✠ ut sciatis.

℣. Ego sum. Joan. 8.

## Lectio XI.

Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et nosti voluntatem ejus, et probas utiliora, instructus per legem, confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ et veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas, non furandum, furaris: qui dicis, non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras; nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.

℟. Audient in die illa surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt. * Et pauperes homines in sancto Israel exultabunt. ℣. Surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. * Et pauperes. Isa. 29. Matth. 11.

## Lectio XII.

Circumcisio quidem prodest, si legem observes: si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? Et judicabit id, quod ex natura est præputium legem consummans te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator legis es? non enim, qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera: cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

℟. Non docebit ultra vir proximum, et vir fratrem suum, dicens: cognosce Dominum: * omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum. ℣. Est scriptum in prophetis: et erunt omnes docibiles Dei. * omnes. ℣. Gloria. * omnes. Jer. 31. Rom. 6.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 11.

In illo tempore: cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis ait illi: tues, qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Jesus ait illis: euntes renuntiate Joanni,

quo audistis et vidistis. Coci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur: et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. His autem abeuntibus cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

## Ad Laudes Matutinas.

Lectio, Rr. br. hymnus et Rr. ex I. Dominica.

Ad Bened. ant. Joannes cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis ait illi: * Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Matth. 11.

Oratio ut supra ad vesperas.

## Ad horas diurnas.

### Ad Primam.

ant. Dominus formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum dixit: * ecce dedi te in lucem gentium. Is. 49.

### Ad Tertiam.

ant. Evangelizare pauperibus misit me, * prodicare captivis remissionem et cecis visum. Luc. 4.

### Lectio. Is. 50.

Quis ex vobis timens Dominum, audiens

vocem servi sui: qui ambulavit in tenebris,
& non est lumen ei, speret in nomine Do-
mini, & innitatur super Deum suum.
℣. Emitte lucem tuam Domine:
℟. Et veritatem tuam. Ps. 42.

## Ad Sextam.

ant. Ducam cæcos in viam, quam nesciunt: *
Et in semitis, quas ignoraverunt, ambu-
lare eos faciam. Is. 42.

## Lectio. Is. 48.

Hæc dicit Dominus redemtor tuus sanctus
Israel: ego Dominus Deus tuus docens te
utilia, gubernans te in via, qua ambulas.
℣. Dirigat Dominus manfuctos in salutem:
℟. Docebit mites vias suas. Ps. 24.

## Ad Nonam.

ant. Ponam tenebras coram eis in lucem: *
Et prava in recta. Is. 42.

## Lectio. Is. 54.

Ponam universos filios tuos doctos a Domi-
no, & multitudinem pacis filiis tuis: in
justitia fundaberis.
℣. Misericordia tua Domine plena est terra:
℟. Justificationes tuas doce me. Ps. 118.

## Ad II. vesperas.

### Antiphona ut ad horas.

### Lectio Isa. 40.

Super montem excelsum ascende tu, qui
evangelizas Sion: exalta in fortitudine
vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem,
exalta, noli timere, dic civitatibus Juda:
ecce Deus vester.

℟br. Et hymnus ex I. Dominica.

℣. Justitia & judicium præparatio sedis tuæ.
℣. Misericordia & veritas præcedent faciem
tuam. Ps. 88.

ad Magnif. ant. Dixit Jesus ad turbas de Joanne: hic est, de quo scriptum est: * ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Matth. ij.

## Feria II.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. iii.

Taccant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinem: accedant, et tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus. Quis suscitavit ab oriente justum, vocavit eum, ut sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes, et reges obtinebit; dabit quasi pulverem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. * Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hoc operatus est et fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus et novissimus ego sum. Et tu Israel serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ, et a longinquis eius vocavi te, et dixi tibi: Servus meus es tu, elegi te, et non abjeci te. ℣. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepi te dextera justi mei. Ecce confundentur et erubescent omnes, qui pugnant adversum te: erunt, quasi non sint: et peribunt viri, qui contradicunt tibi. * Quæres eos, et non invenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint, et velut consumptio homines bellantes adversum te. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum

ram, dicens que tibi: ne timeas, ego ad-
uvi te. Noli timere vermis Jacob, qui
mortui estis ex Israel: ego auxiliabus
tum tibi, dixit Dominus, et redemptor tuus
sanctus Israel.

℣. Ex I. Nocturno Dominice proced.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

Gentes, id est insule, que salsis amarisque
huius seculi fundentur fluctibus, juben-
tur audire et ora concludere, et mutare
fortitudinem, ne per imbecillitatem pri-
stinam Dei non possint audire sermonem,
sed audeant primo ad Dominum: et quod
non sint propria salute contente, sed quod
didicerint, ceteros doceant. Quis suscitavit
ab oriente justum sive justitiam? et vocat
enim Judæorum tantum Deus, sed Gen-
tium, qui vocavit Christum Dominum
salvatorem, qui factus est nobis sapientia
a Deo, justitia et sanctitas, et redemtio.
In quo juxta eundem apostolum Dei
justitia revelatur. Vocavit autem eum,
ut se in omnibus sequeretur, et opera Ba-
ptis faceret, et illud impleret dicens: Deus
ut facerem voluntatem tuam volui. In
cujus conspectu reges et gentes collo sub-
mittent, et gladio illius ac sagittis adversa-
rie potestates quasi stipula subjicientur
et pulvis pertransibit in pace, ad pacem
eundos vocans, ut reconcilientur Deo.
Semita in pedibus illius non apparebit,
id est, vie laborem non sentiet, nec aliquam
imbecillitatis humane lassitudinem:
sed de torrente bibet in via, et propterea
exaltabit caput.

℣. Benedicant. In die salutis auxiliatus

Sum tui, et dedi te in foedus populi; * ut diceres his, qui in tenebris: revelamini. Isa. 49.

Oratio Sac. Greg.

Concede quaesumus omnipotens Deus: ut magna festivitatis ventura solemnia prosequi celebremus effectu; pariterque reddamur et intenti caelestibus disciplinis, et de nostris temporibus laetiores. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Dedi te in lucem gentium: * ut educeres de domo carceris sedentes in tenebris. Is. 42.

## Feria III.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 42.

Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium. * Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium: et legem ejus insulae exspectabunt. Haec dicit Dominus Deus, creans coelos et extendens eos, firmans terram, et quae germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam. ℣. Ego Dominus vocavi te in justitia, et adprehendi manum tuam, et servavi te. Et dedi te in foedus populi, in lucem gentium: ut aperires oculos caecorum, et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam

eam alteri non dabo, et laudem meam
ulptilibus. quæ prima fuerunt, ecce
enerunt, nova quoque ego annuntio:
ntequam orianturs, audita vobis faciam. ✠
antate Domino canticum novum, laus
ius ab extremis terræ: qui descenditis in
nare et plenitudo eius, insulæ et habita-
ores earum: Sublevetur desertum et
ivitates eius: in domibus habitabit Ce-
dar: laudate habitatores petræ, de vertice
montium clamabunt. Ponent Domino
loriam, et laudem eius in insulis nuntiã-
unt.

℟. ℟. ex II. Nocturno Dominico præcd.

## Lectio II.

De expositione Sancti Hieronymi presbyteri.

Universitatis creator et Dominus ipse Christi
ui promisit adventum, qui non solum
xtendit cælos atque defixit, sed terram quoque
ueta mole firmavit, et omnia, quæ nas-
untur ex ea: ut et invisibilia eius ex his,
uæ facta sunt, intellecta conspiciantur,
empiterna quoque virtus illius et divini-
as. Ecce igitur, cuius tanta præconia sunt,
oc ad eum locutus est, cuius legem insulæ
rœstolantur et gentes: ego Dominus vocavi
e in justitia. Et apprehendi manum tuam:
uia quidquid operatur Filius, operatur
ater. Observavi te, qui omnia ipse confer-
as. Et dedite in fœdus populi Israel,
ui te venturum ante promiseram. Et in
ucem gentium, quæ sedebant in tenebris,
et in umbra mortis, ut aperires oculos
æcorum, qui Deum antea non videbant,
et educeres de conclusione vinctum, funibus
uæ peccatorum suorum unusquisque
onstringitur. Quodque infert: ego dominus,

hoc est nomen meum: gloriam meam
alteri non dabo, non excludit Filium.
Neque enim dixit: gloriam meam nulli
dabo: sed gloriam meam alteri non dabo,
præter te, cui dedi, cui daturus sum.
Ad Bened. ant. Dominus Deus germinabit
justitiam, ✠ et laudem coram universis
gentibus. Ff. 61.

Oratio Sac. ambros.

Deus, qui hominem delapsum in morbem
conspiciens, unigeniti Filii tui adventu
redimere voluisti: præsta quæsumus,
ut qui ejus gloriosam incarnationem
fatentur, ipsius etiam Redemptoris con-
sortia mereantur. Per eumdem Dominum.
Ad Magnif. ant. Consolabor vos, et consola-
bimini: ✠ videbitis, et gaudebit cor
vestrum. Ff. 66.

## Feria IV.

### Lectio I.

De Isaia prophetia. cap. 42.

Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir
proliator suscitabit zelum: vociferabitur
et clamabit, super inimicos suos confortabitur.
Tacui semper, silui, patiens fui, sicut partu-
riens loquar: dissipabo, et absorbebo simul:
desertos faciam montes et colles, et omne
gramen eorum exsiccabo: et ponam flu-
mina in insulas, et stagna arefaciam. ✠
Et duam cæcos in viam, quam nesciunt,
et in semitis, quas ignoraverunt, ambulare
eos faciam: ponam tenebras coram eis in
lucem, et prava in recta: hæc verba feci eis,
et non dereliqui eos. Conversi sunt retror-
sum, confundantur confusione, qui con-
fidunt in sculptili, qui dicunt conflatili:

vos dñi nostri. Surdi audite, et cæci intue-
mini ad videndum. 9. Quis cæcus, nisi ser-
vus meus? et surdus, nisi adquem nuntios
meos misi? quis cæcus, nisi qui venumda-
tus est? et quis cæcus nisi servus Domini?
qui vides multa, nonne custodies? qui
apertas habes aures, nonne audies? Et Domi-
nus voluit, ut sanctificaret eum, et mag-
nificaret legem et exhalteret. Ipse autem
populus direptus et vastatus: laqueus
inventum omnes, et in domibus carcerum
abscondili sunt: facti sunt in rapinam,
nec est qui eruat: in direptionem, nec est
qui dicat: redde. * Quis est in vobis, qui
audiat hoc, attendat et auscultet futura?
quis dedit in direptionem Jacob et Israel
vastantibus? nonne Dominus ipse, cui
peccavimus? Et noluerunt in viis eius
ambulare, et non audierunt legem ejus.
Et effudit super eum indignationem furo-
ris sui et fortle bellum, et combussit in
circuitu, et non cognovit: et incendit eum,
et non intellexit.

℣. R. ex III. Nocturno Dominica præced.

## Lectio II.

De expositione Sancti Hieronymi presbyteri.

Scribit Sermo propheticus gloriosum Sal-
vatoris adventum, et eum viro fortissimo
comparat, qui pugnaturus sit contra
adversarios suos, suscitaturus zelum.
Vociferabitur quoque et clamabit contra
inimicos suos, aperte eorum infidelita-
tem reprobans, et cum clamore pronun-
cians: tacui, semper silui, patiens fui:
nec est sensus: dum vos delinquentes sæpe
argui: sed quia antea tacueram, nequaquam

ultra reticebo. Et quomodo pariens in lucem profundit infantem, et apertum facit ese, quod prius clausum in visceribus tenebatur: sic ego dolorem meum et dissimulationem, quam semper habui super sceleribus vestris, nunc proferam, et dispalabo vestra consilia. Cumque vos a capite usque ad pedes exsiccavero atque delevero, tunc flumina doctrinae meae in insulis gentium currere faciam, et stagna vestra fiue paludes redigam in aridtatem, ut in gentibus sit scientia Scripturarum, et in vobis doctrinae aridtas.

Ad Bened. ant. Congregabo eos ab extremis terrae, inter quos erunt coeci et claudus: * quia factus sum Israeli pater. Jer. 31.

Oratio.

Preces populi tui, quaesumus Domine, clementer exaudi: ut qui de adventu unigeniti Filii tui secundum carnem laetantur; in secundo, cum venerit in majestate sua, praemium aeternae vitae percipiant. Per eumdem Dominum.

Ad Magnif. ant. Salvabo claudicantem, et dabo in laudem; * cum convertero captivitatem vestram, dicit Dominus. Soph. 3.

## Feria V.

### Lectio I.

De Isaia prophetia. cap. 43.

Et nunc haec dicit Dominus creans te Jacob, et formans te Israel: noli timere, quia redemi te, et vocavi te nomine tuo, meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te:

m ambulaveris in igne, non combureris,
& flamma non ardebit in te. * quia ego
ominus Deus tuus, sanctus Israel, Salvator
us tuus: dedi propitiationem tuam Aegyptum,
Aethiopiam et Saba pro te. Ex quo honora-
ilis factus es in oculis meis & gloriosus,
go dilexi te; & dabo homines pro te, et
opulos pro anima tua. Noli timere,
ia ego tecum sum: ab oriente adducam
emen tuum, & ab occidente congregabo
e. 9. Dicam aquilóni, da; & austro, noli
rohibere; affer filios meos de longínquo,
& filias meas ab extremis terræ. Et omnem,
qui invocat nomen meum, in gloriam
meam creavi eum, formavi eum & feci
eum. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; surdum, et aures ei
sunt. Ego sum, ego sum Dominus, et non
est absque me Salvator. Ego annuntiavi et salvavi: auditum feci, et non fuit
in vobis alienus. * Vos testes mei, dicit
Dominus, et ego Deus. Et ab initio ego ipse,
et non est, qui de manu mea eruat: operabor,
et quis avertet illud? Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel: propter vos
misi in Babylonem, et detraxi vectes universos, et Chaldæos in navibus suis gloriantes.
Ego Dominus sanctus vester, creans Israel,
rex vester.
℣. Kyrie. ex I. Nocturno Dominica proced.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.
Provocatur apostolorum chorus, et prima
Christi ecclesia de Judæorum populo congregata, ut intelligat creatorem et factorem
suum, qui et animæ eius et corporis fit
conditor. Nec timeat persecutores, quia

redemtus sit Christi sanguine, qui vocaverit eum nomine suo: et ob familiaritatem specialiter appellet populum suum, sed predicet incumbanter, et mulla pericula reformidet. quamobrem honorabilis factus est apostolorum chorus in conspectu Dei, et dilectus ab eo, et cunctorum hominum salus atque populorum, qui per eos ad Evangelium sunt vocati, et reputabuntur in salutem animarum eorum. ab oriente enim et ab occidente adducam filios tuos, qui requiescant in sinu Abraham: et de cunctis mundi partibus filiorum meorum et filiarum populus congregabitur, qui vel invocent nomen meum, vel meo vocentur nomine aut appellentur christiani in gloriam conditoris sui.

Ad Bened. ant. Derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum: * et sperabunt in nomine Domini. Soph. 3.

Oratio Sac. Ambros.

Aspice de coelo et veni, et multiplica fidem populi tui: ut per te consequatur augmentum, per quem sumsit exordium. Qui vivis.

Ad Magnif. ant. Ego Dominus, exaudiam pauperes: * Deus Israel non derelinquam eos. Is. 41.

## Feria VI.

### Lectio I.

De Isaia prophetа. cap. 41.

Haec dicit Dominus, qui dedit in mari viam, et in aquis torrentibus semitam, qui eduxit quadrigam et equum, agmen et robustum: simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum,

dextimi sunt. Ne memineritis priorum,
et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio no-
va, et nunc orientur: utique cognoscetis ea:
ponam in deserto viam, et in invio flumina. *
Glorificabit me bestia agri, dracones et struthiones, quia dedi in deserto aquas, flumina
in invio, ut darem potum populo meo, electo
meo. Populum istum formavi mihi, laudem
meam narrabit. Non me invocasti Jacob,
nec laborasti in me Israel. 23. Non obtu-
listi mihi arietem holocaustii tui, et victi-
mis tuis non glorificasti me: non te servire
feci in oblatione, nec laborem tibi probui
in thure. Non emisti mihi argento cala-
mum, et adipe victimarum tuarum non
inebriasti me. Verumtamen servire me
fecisti in peccatis tuis, probasti mihi labo-
rem in iniquitatibus tuis. * Ego sum,
ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas
propter me, et peccatorum tuorum non
recordabor. Redue me in memoriam, et
judicemur simul: narra si quid habes, ut
justificeris. Pater tuus primus peccavit,
et interpretes tui prevaricati sunt in me.
Et contaminavi principes sanctos, dedi ad
interfectionem Jacob, et Israel in blas-
phemiam.

℣. Ex II. Nocturno Dominica præced.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

Ne præcipio vobis, aut inter signa mea
atque miracula, quibus in mari rubro
atque Jordane populo meo aperta est via,
æquaquam memineritis veterum: quo-
niam in Evangelio multo sum maiora
facturus, quorum comparatione præ-
terita fileri debeant. Nequaquam enim

uetra in mari rubro, sed in deserto totius
mundi reperiam viam. Ecce unus flu-
vius sive fons erumpet de petra, sed
multa flumina, quæ non corpora ut
prius, sed animas sitientes reficiant.
Tu autem me laborare fecisti in peccatis
tuis, et onera iniquitatum tuarum
portare vix potui. Ego autem propter
me, quia miserior sum et patiens et
multarum miserationum, dele cito omnes
iniquitates tuas in aspersione et sangui-
ne novi testamenti: deleas vetus chiro-
graphum, quod adversum te scriptum
erat, et peccatorum tuorum ultra non
recordabor: quæ tibi, si credere volueris,
in baptismate dimissurus sum. Reduc
ergo me in memoriam, si quid habes
justi, quod respondeas mihi, libenter
accipiam: ut judicemur simul, et narra
me non fecisse tibi, quod facere debui.

Ad Bened. ant. Huc ego salvabo populum
meum, et erunt mihi in populum: ✠ et
ego ero eis in Deum in veritate et justi-
tia. Zach. 8.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus: preces
nostras propitius respice, et tuæ semper
nos viscera pietatis impende; ut qui ex
nostra culpa affligimur, te Salvatore
respiremus; Qui vivis.

Ad Magnif. ant. Salvabo et convertam
eos, quia miserebor eorum: ✠ et exultabit
cor eorum in Domino. Zach. 10.

Sabbatho.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 44.

nunc audi Jacob serve meus, & Israel
em elegi: hoc dicit Dominus faciens el
rmans te, ab utero auxiliator tuus: noli
mere serve meus Jacob, & rectissime, quem
legi. Effundam enim aquas super sitien-
s, & fluenta super aridam: effundam
ritum meum super semen tuum, &
benedictionem meam super stirpem tuam.
& germinabunt inter herbas, quasi sali-
es juxta pretereuntes aquas. * Iste
icet: Domini ego sum, & ille vocabit
in nomine Jacob, & hic scribet manu sua:
Domino, & in nomine Israel assimila-
bitur. Hoc dicit Dominus rex Israel,
& redemtor eius Dominus exercituum:
go primus & ego novissimus, & absque
e non est Deus. quis similis mei? vocet
& annunciet, & ordinem exponat mihi,
x quo constitui populum antiquum:
entura, & quo futura sunt, annuncient
is. 9. Nolite timere, neque conturbemi-
i: ex tunc audire te feci & annunciavi:
os estis testes mei. Numquid est Deus
bsque me, & formator, quem ego non
overim? Memento horum Jacob &
rael, quoniam servus meus es tu:
rmavi te, servus meus es tu Israel,
e obliviscaris. Delevi ut nubem iniqui-
tates tuas, quasi nebulam peccata tua:
everttere ad me, quoniam redemi te. *
ec dicit Dominus redemtor tuus, & for-
ator tuus ex utero: ego sum Dominus,
ciens omnia, extendens coelos solus,
abiliens terram, & nullus mecum:
scitans verbum sui, & consilium nun-
orum suorum complens. qui dico Jeru-
lem: habitaberis; & civitatibus Juda:
dificabimini, & deserta eius suscitabo.

R. R. ex III. Nocturno Dominico proced.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

Quum idola hominum scias esse figmenta, ne obliviscaris creatoris tui. Deus quia in adventu pueri mei, quem elegisse-ritus destruenda sunt, propterea tota mentis aviditate cognosce, quod sicut nubes et caligo et nebula vel soli scalore dissolvitur, vel vento rapta tenuatur: ita iniquitates tuas et universa peccata, quibus prius me offenderas, dissolvi faciam. Tu tantum revertere ad me, et age pœnitentiam, quia redimendus es pretioso sanguine. Destruetis autem idolis, et iniquitatibus Israel peccatisque deletis, describitur potentia Dei, quod nequaquam ei grande sit redimere Jacob. Ipse igitur tantus ac talis, quum profundi mysterii tempus adve-nerit, ut cuncta idola destruantur, et Dei solius notitia prædicetur in mundo; omnia vaticinia divinorum Spyritorum, et hariolorum signa atque portenta, qui-bus humanum decepere genus, destruet atque subvertet: et sapientiam philoso-phorum, quæ ipsa erroris pars maxi-ma est, stultam esse monstrabit, dum nequaquam humanis cogitationibus Dei probantur comprehendi posse sapientiam. Qui etiam verbum puerilisse servisti et consilium nuntiorum eius rebus explebit, apostolorum scilicet, omniumque Doctorum, qui voluntatem magistri sui gentibus nuntiabunt.

ad Bened. ant. Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel: * ego auxiliatus sum tibi, dicit redemptor tuus. Is. 41.

## Oratio Sanct. Gelas.

Festinantes, omnipotens Deus, in occursum
ilii tui Domini nostri: nulla impediant
vera actus tenebrosi; sed cælestis sapientiæ
ruditio faciat nos eius esse consortes. Qui
ecum vivit.

## Ad vesperas. Duplex.

### Lectio ad. 13.

Deus ex semine David secundum promissio-
em eduxit Salvatorem Jesum, prædicante
Joanne ante faciem adventus eius baptis-
mum pœnitentiæ omni populo.

℟. br. hymnus et ℣. ut Dominica I. adventus.

Ad Magnif. ant. Ante me non est fo-
natus Deus, et post me non erit: ✠ ego
Dominus, et non est absque me Salvator.
Is. 43.

## Oratio Sanct. Greg.

Aurem tuam, quæsumus Domine, pre-
ibus nostris accommoda, et mentis
vestræ tenebras gratia tuæ visitationis
lustra. Qui vivis.

# Dominica III. adventus.

## ad vigilias nocturnas.

Invitat. et hymnus ut I. Dominica.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 51.

Audite me, qui sequimini, quod justum
est, et quæritis Dominum: attendite ad
petram unde excisi estis, et ad cavernam
laci, de qua præcisi estis. Attendite ad
Abraham patrem vestrum, et ad Saram,
quæ peperit vos; quia unum vocavi
eum, et benedixi ei, et multiplicavi
eum.

&c.

℟. Hæc dicit Dominus exercituum: revertar ad Sion * et habitabo in medio Jerusalem; et vocabitur Jerusalem civitas veritatis. ℣. Salvos eos faciam et emundabo eos, et erunt mihi populus, et ego ero eis Deus. * et habitabo. Zach. 8. Ezech. 37.

## Lectio II.

Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas eius: et ponet desertum eius quasi delicias, et solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium et lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, et vox laudis. Attendite ad me populus meus, et tribus mea me audite: quia lex a me exiet, et judicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est justus meus, egressus est Salvator meus, et brachia mea populos judicabunt: me insulæ exspectabunt, et brachium meum sustinebunt.

℟. Hæreditabunt terram electi mei, qui requisierunt me: * et eos, qui dereliquistis Dominum, omnes confundetis. ℣. Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. * et eos. Isa. 65. psal. 30.

## Lectio III.

Levate in cœlum oculos vestros, et videte subterra deorsum: quia cœli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores eius sicut hoc interibunt: Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium

minum, et blasphemias eorum ne
uetuatis. Sicut enim vestimentum,
e comedet eos vermis; et sicut lanam
e devorabit eos tinea. Salus autem mea
in sempiternum erit, et justitia mea in
generationes generationum.

℣. Ego quasi nutrivius Ephraim por-
abam eos in brachiis meis, et nescierunt,
quod curarem eos: ✠ in vinculis adam
raham eos, in vinculis charitatis. ℣.
anabo contritiones eorum, diligam
os spontanee; quia aversus est furor
eus abeis. ✠ in vinculis. Ose. 11. 14.

## Lectio IV.

Conjurge, conjurge, induere fortitu-
dinem brachium Domini: conjurge
icut in diebus antiquis, in generatio-
ibus seculorum. Numquid non tu
ercussisti superbum, vulnerasti ~~dra-~~
~~con~~ draconem! numquid non tu sic-
asti mare, aquam abyssi vehementis:
ui posuisti profundum maris viam ut
ransirent liberati?

℟. Ecce dies venient, dicit Dominus: et
eriam domui Israel, et domui Juda
oedus novum: ✠ et ero eis in Deum,
ipsi erunt mihi in populum. ℣. Dabo
egem meam in visceribus eorum, et in
orde eorum scribam eam. ✠ ero. ℣.
loria. ✠ ero.

## In II. Nocturno.

## Lectio V.

Ex epistola sancti Leonis Papæ
ad Flavianum. cap. 3.

alva proprietate utriusque naturæ et
ubstantiæ, et in unam coeunte personam,

Suscepta est a majestate humilitas, a vir-
tute infirmitas, ab æternitate mortalitas:
et ad resolvendum conditionis nostræ
debitum natura inviolabilis naturæ
est unita passibili: ut quod nostris re-
mediis congruebat, unus atque idem
mediator Dei et hominum homo Jesus
Christus et mori posset ex uno, et mori
non posset ex altero. In integra ergo
veri hominis perfectaque natura ve-
rus natus est Deus, totus in suis, totus
in nostris.

℟. Scriptum est: veniet ex Sion, qui eri-
piat, et avertat impietatem a Jacob:
℣. Et hoc illis a me testamentum, cum
abstulero peccata eorum. ℟. Ego sum
ipse, qui deleo iniquitates tuas propter
me, et peccatorum tuorum non recor-
dabor. ℣. Et hoc. Rom. ij. Jj. 40.

## Lectio VI.

Nostra autem dicimus, quæ in nobis
ab initio Creator condidit, et quæ re-
paranda suscepit: nam illa, quæ dece-
ptor intulit, et homo deceptus admisit,
nullum habuere in Salvatore vestigi-
um. Nec quia communionem huma-
narum subiit infirmitatum, ideo
nostrorum particeps fuit delictorum.
Assumpsit formam servi sine sorde peccati,
humana augens, divina non minuens:
quia exinanitio illa, qua se invisibilis
visibilem præbuit, et Creator ac Dominus
omnium rerum unus voluit esse mor-
talium, inclinatio fuit miserationis,
non defectio potestatis.

℟. Te adorabunt, tibique deprecabuntur;
tantum in te est Deus, ~~absconditus~~ et non

absque te Deus: * vere tu es Deus abscondisti, Deus Israel Salvator. V. Christus semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus. * vere. Isa. 45. Philip. 2.

## Lectio VII.

Proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem utraque natura: et sicut formam servi Dei forma non adimit, ita formam Dei servi forma non minuit.

℣. Ernst oculi tui videntes preceptorem tuum, * et aures tuæ audient verbum monentis: hæc est via, ambulate in ea. ℟. Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, qua ambulas. * Aures tuæ. Isa. 30. Act 8.

## Lectio VIII.

Vam quia gloriabatur diabolus, hominem sua fraude deceptum divinis carnisque numeribus, et immortalitatis dote nudatum duram mortis subisse sententiam, neque in malignis quondam de prævaricatoris consortio invenisse solatium: Deum itaque, justitiæ exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutasse sententiam: opus fuit secreti dispensatione consilii, ut incommutabilis Deus, cujus voluntas non deberet sua benignitate privari, primam erga nos pietatis suæ dispositionem sacramento occultiore compleret, et homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in lapsum, contra Dei propositum non periret.

℣. Dicite pusillanimis: confortamini et nolite timere: * Deus ipse veniet, et

salvabis vos. ℣. venit Filius hominis quærere, et salvum facere, quod perierat.
* Deus ipse. ℣. gloria. * Deus. Gf. 33. Luc. 19.

## In III. Nocturno.

Ant. Cantica et ℣. ut in I. Dominica.

### Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 3.

Quid ampliùs Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis? multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? absit. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram? Secundum hominem dico. absit. alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius: quid adhuc et ego tamquam peccator judicor? et non, sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere: faciamus mala, ut veniant bona; quorum damnatio justa est.
℟. Revertamur ad Dominum: quia ipse cepit, et sanabit nos: * quasi diluculum præparatus est egressus ~~est~~ eius. ℣. Has habentes promissiones, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus.
* quasi. Ose. 6. 2. Cor. 7.

### Lectio X.

Quid ergo? præcellimus eos? nequaquam.

usati enim sumus, Judeos et Græcos om-
es sub peccato esse, sicut scriptum est:
uia non est justus quisquam, non est in-
lligens, non est requirens Deum. Simus
utem, quoniam quæcumque lex loqui-
r, iis, qui in lege sunt, loquitur; ut
mne os obstruatur, et subditus fiat om-
is mundus Deo: quia ex operibus legis
on justificabitur omnis caro coram
lo. Per legem enim cognitio peccati. et nunc
utem sine lege justitia Dei manifestata
st, testificata a lege et prophetis.

℣. Scriptum est: vivo ego dicit Dominus,
* quoniam mihi flectetur omne genu,
et omnis lingua confitebitur Domino.

℣. In memetipso juravi, egredietur de ore
eo justitia verbum, et non revertetur.
* quoniam. Rom. 14. ℣. 11.

## Lectio XI.

Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi
in omnes, et super omnes, qui credunt
in eum; non enim est distinctio: omnes
enim peccaverunt, et egent gloria Dei.
Justificati gratis per gratiam ipsius, per
redemptionem, quæ est in Christo Jesu: quem
proposuit Deus propitiationem per fidem
in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ
suæ, propter remissionem præcedentium
delictorum in sustentatione Dei, ad osten-
sionem justitiæ eius in hoc tempore: ut
sit ipse justus, et justificans eum, qui est ex
fide Jesu Christi.

℣. Euge Dominus Deus noster in fortitudine
tua, et brachium eius dominabitur: * ecce
merces eius cum eo, et opus illius coram illo.
℣. Filius hominis venturus est in tuno reddet
unicuique secundum opera eius. * ecce merces.
℣. 40. Matth. 16.

## Lectio XII.

Ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? factorum? non; sed per legem fidei. Arbitramur enim, justificari hominem per fidem sine operibus legis. An Judæorum Deus tantum? nonne et gentium? immo et gentium. Quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide et præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? absit: sed legem statuimus.

℟. Usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo: * ego feci, et ego feram; ego portabo et salvabo. ℣. Non desinam eis benefacere, timorem meum dabo in corde eorum. * ego feci. ℣. Gloria. * ego feci. Jer. 32.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. j.

In illo tempore: Miserunt Judæi ab Jerosolymis sacerdotes et Levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: tu quis es: Et confessus est, et non negavit, et confessus est: quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: quid ergo? Elias es tu? Et dixit: non sum. Propheta es tu? Et respondit: non. Dixerunt ei: quis es, ut responsum demus eis, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis: Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei: quid ergo tu baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Respondit eis Joannes dicens: ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est,

ius ego non sum dignus, ut solvam
rrigiam calceamenti. Hæc in Bethania
ta sunt trans Jordanem, ubi erat Joan-
es baptizans.

Ad Laudes matutinas et horas.

ectio, R. br. hymnus, et R. ut in I. Dominica.

d Bened. ant. Ego baptizo in aqua: * me-
ius autem vestrum stetit, quem vos nes-
tis. Jo. i.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Primam.

nt. Veniet ex Sion, qui eripiat, * et
averlat impietatem a Jacob. Rom. ii.

Ad Tertiam.

nt. Mundamini: procedet vos Domi-
nus: * et congregabit vos Deus Israel. Is. 52.

Lectio Philip. 4.

Gaudete in Domino semper; iterum dico:
audete; modestia vestra nota sit omni-
bus hominibus: Dominus prope est.
. Videbitur Dominus in gloria sua:
. Et populus, qui creabitur, laudabit
Dominum. Ps. 101.

Ad Sextam.

nt. Salvos eos faciam, et emundabo eos: *
erunt mihi populus, et ego ero eis Deus.
Z. 37.

Lectio Philip. 4.

Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione
et obsecratione, cum gratiarum actione,
petitiones vestræ innotescant apud Deum.
. Deus virtutum convertere nos:
. Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Ps. 79.

Ad Nonam.

nt. Dabo eis cor unum, et viam unam: *

ut timeant me universis diebus, et bene sit eis. Jer. 32.

Lectio. Jer. 30.

Erit mihi in nomen, et in gaudium, et in laudem, et in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, quæ ego facturus sum eis.
℣. Benefac Domine bonis:
℟. Et rectis corde. Ps. 124.

Ad Vesperas.

℣. Nisi sit dies XVII. Decembris: / antiphona ut ad horas.

Lectio Jer. 38.

Revertetur Jacob, et quiescet, et cunctis affluet bonis, et non erit, qui eum formidet; quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te.
℟. br. et hymnus ut I. Dominica.
℣. Fiat pax in virtute tua:
℟. Et abundantia in turribus tuis. Ps. 121.
Ad Magnif. ant. Qui post me venturus est, ante me factus est: cujus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Jo. 1.

Rubrica.

Si hodie sit dies XVII. Decembris, vespere dicuntur, ut infra post Dominicam IV. notatur, cum oratione tantum ex hodierna Dominica: et tota sequens hebdomada, seu lectiones, antiphonæ et orationes omittuntur, quæ hunc dicuntur, ut postea diebus suis notantur. exceptis tantum orationibus in feriis quatuor temporum, quæ dicuntur per horas etiam post diem XVII. prout occurrunt. Generaliter ergo quandocunque adveniente die XVII. ad II. vesperas cessant omnia, quæ hic pro

eriis assignantur, ~~et quae de pro sequenti~~
tas sumuntur propria illis diebus assig-
ata: id quod et pro sequentibus feriis
servandum.

## Feria II.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 51.

Et nunc qui redempti sunt a Domino, rever-
entur, et venient in Sion laudantes, et
lætitia sempiterna super capita eorum,
gaudium et lætitiam tenebunt, fugiet
olor et gemitus. Ego, ego ipse consola-
bor vos: quis tu, ut timeres ab homine
mortali, et a filio hominis, qui quasi
fœnum ita arescet? Et oblitus es Domini
factoris tui, qui tetendit cœlos, et fundavit
terram: et formidasti jugiter tota die a
facie furoris eius, qui te tribulabat, et
paraverat ad perdendum: ubi nunc est
furor tribulantis? * Cito veniet gradiens
ad aperiendum, et non interficiet usque
ad interneccionem, nec deficiet panis eius.
Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui
conturbo mare, et intumescunt fluctus
eius: Dominus exercituum nomen meum.
Posui verba mea in ore tuo, et in umbra
manus mee protexi te, ut plantes cœlos,
et fundes terram, et dicas ad Sion: populus
meus es tu. ℣. Elevare, elevare, consurge
Jerusalem, que bibisti de manu Domini
calicem ire eius: usque ad fundum calicis
soporis bibisti, et potasti usque ad feces.
Non est, qui sustentet eam ex omnibus
filiis, quos genuit: et non est, qui appre-
hendat manum eius ex omnibus filiis,
quos enutrivit. * Ideirco audi hoc pauper-
cula, et ebria non a vino. Hæc dicit Dominator

tuus Dominus & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo: ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies, ut bibas illum ultra. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, et dixerunt animæ tuæ: incurva te, ut transeamus, et posuisti ut terram corpus tuum, et quasi viam transeuntibus.

℟. ℟. ex I. Nocturno Dominica præced.

## Lectio II.

De expositione Sancti Hieronymi presbyteri.

Ubi est nunc persecutorum superbia? ubi potentia secularis, qua in te ore rabido sæviebant? Ecce veniet filius meus, gradiens et conculcans adversarios suos, ut aperiat tibi viam victoriæ, fiatque ut inferos referat: qui non interficiat usque ad internecionem, sed velit salvare convertos. Denique panis illius, qui interpretatur Evangelio probante doctrina, numquam deficiet; sed semper volentibus advescendum patebit. Simulque apostropham faciat ad Filium, quem cito promittit esse venturum, et cuius panem dicit esse perpetuum: quod ipse sit juxta dispensationem carnis assumtæ Dominus Deus eius, qui conturbari faciat mare, et intumescere fluctus eius, et adversum servos suos persecutorum reflectur superbia, quæ iterum auxiliante Domino conquiescat. Dicitque, quod posuerit verba sua in ore eius. Quidquid enim Filius loquitur, verba Patris sunt: et in umbra manus suæ protexit eum: et dicitur protectus sit, ut plantet cælos novos, et fundet terram novam, et dicat ad Sion, hoc est ad Ecclesiam, populus meus es tu. Ergo Sion non est alia, nisi populus Dei.

ad Bened. ant. Scient omnes gentes: *
quia est, qui redimat et liberet Israel.
1. Mach. 4.

Oratio.

Presta quæsumus omnipotens Deus: ut
qui pro peccatis nostris meremur affligi,
per adventum Filii tui a cunctis adver-
sitatibus liberemur. Per eundem Dominum.

ad Magnif. ant. Bonas facite vias vestras
et studia vestra: * et habitabo vobiscum.
Jer. 7.

## Feria III.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 54.

Lauda sterilis, quæ non paris: decanta
laudem et hinni, quæ non parturias:
quoniam multi filii deserta, magis
quam ejus, quæ habet virum, dicit Do-
minus. Dilata locum tentorii tui, et
pelles tabernaculorum tuorum extende,
ne parcas: longos fac funiculos tuos, et
clavos tuos consolida. ad dexteram enim
et ad lævam penetrabis, et semen tuum
gentes hereditabit, et civitates desertas
inhabitabit. * Noli timere, quia non
confunderis, neque erubescas: non enim
te pudebit, quia confusionis adolescentiæ
tuæ oblivisceris, et opprobrii viduitatis
tuæ non recordaberis amplius. quia domi-
nabitur tui, qui fecit te, Dominus exerci-
tuum nomen ejus: et redemptor tuus
sanctus Israel Deus omnis terræ vocabitur.
℣. Quia ut mulierem derelictam et mœ-
rentem spiritu vocavit te Dominus, et
uxorem ab adolescentia abjectam, dixit
Deus tuus. Ad punctum in modico dere-
liqui te, et in miserationibus magnis
congregabo te. In momento indignationis
abscondi faciem meam parumper a te,

et in misericordia sempiterna miserebus
tui: dixit redemptor tuus Dominus.
* Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui
juravi, ne inducerem aquas Noe ultra
super terram: sic juravi, ut non irascar
tibi, et non increpem te. Montes enim
commovebuntur, et colles contremis-
cent: misericordia autem mea non
recedet a te, et foedus pacis meæ non mo-
vebitur: dixit miserator tuus Dominus.
℟. ℣. ex II. et Nocturno Dominica prced.

## Lectio II.

De expositione Sancti Hieronymi presbyteri.
Ut credat sanctorum congregatio miseri-
cordiam Domini sempiternam, et ideo
ad punctum et breve eos esse derelictos, ut
in amicitiam Dei eterno foedere junge-
rentur, ponit exempla majorum di-
cens: quomodo universo orbe peccante,
postquam corrupit omnis terra viam
Domini, inductum est diluvium, et
cum auctoribus cunctis peccatorum
cuncta peccata delecta sunt, et in uno ho-
mine Noe humanum servatum est genus:
cui juravi, ne quaquam terris inducen-
dum esse diluvium; et sponsio mea
hucusque servata est, nec umquam
irrita fiat. Sic juro cælesti meo, quam
mihi redemi sanguine meo, nequaquam
me iratum fore his, quorum miserius
sum; nec meam clementiam ulla in-
crepationis dicritia commutandam.
Facilius enim montes movebuntur et
colles, quam mea sententia commutabitur.
Hoc est autem, inquit, misericordia mea:
ut foedus pacis, quo mihi reconciliatus
est mundus, non merito eorum, quibus
datum est, sed mea clementia conservetur.

Ad Bened. ant. Clama ad me, & noli cessare: ✠ et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel. Jer. 33.

Oratio.

Porrige nobis Domine dexteram tuæ virtutis, & veni: & peccata nostra propitiatus absolve. Qui vivis.

Ad Magnif. ant. Ego, ego ipse consolabor vos: ✠ Dominus exercituum nomen meum. Is. 51.

## Feria IV.

### Quatuor temporum.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 56.

Hæc dicit Dominus: custodite judicium, & facite justitiam: quia juxta est salus mea ut veniat, & justitia mea ut revelétur. Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud: custodiens sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum. Et non dicat filius advenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus a populo suo. Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum. quia hæc dicit Dominus eunuchis: qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

R. R. ex III. Nocturno dominica præced.

### Lectio II.

Et filios advenæ, qui adhærent Domino, & colant eum, & diligant nomen ejus, & sint ei in servos: omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, & tenentem

foedus meum, adducam eos in montem sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum et victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.

## Lectio III.

Sermo Sancti Leonis Papæ.

Fer. 2. de ieiun. Dec. mensis.

Quod temporis ratio et devotionis nostræ admonet consuetudo, pastorali vobis, dilectissimi, sollicitudine prædicamus decimi mensis celebrandum esse jejunium, quo pro consummata perceptione omnium fructuum dignissime largitori eorum Deo continentiæ libamen offerbur. Quid enim potest efficacius esse jejunio? cujus observantia adpropinquamus Deo, et resistentes diabolo vitia blanda superamus. Semper virtutibus jejunium fuit. De abstinentia prodeunt castæ cogitationes, rationabiles voluntates, salubriora consilia: et per voluntarias afflictiones caro concupiscentiis moritur, virtutibus Spiritus innovatur. Sed quia non solo jejunio animarum nostrarum salus adquiritur, jejunium nostrum miserorum pauperum suppleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis abstinentia jejunantis. Studeamus viduarum defensioni, pupillorum utilitati, lugentium consolationi, dissidentium pacti. Suscipiatur peregrinus, adjuvetur oppressus, vestiatur nudus, foveatur ægrotus, ut quicumque nostrorum de justis laboribus auctori bonorum omnium Deo sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem regni cælestis præmium percipere mereatur.

℣. Jejunium decimi (mensis) erit do-
mui gaudium et insolemnita-
es praeclaras: ℟ veritatem et pacem
diligite. ℣. In Spiritu sancto orantes
os metipsos in dilectione Dei servate,
xpectantes misericordiam Domini nostri
Jesu Christi. ℟ veritatem. ℣. gloriâ. ℟
eritat. Zach. 8. ep. Jude.

d Bened. ant. Dabo eis cor unum et
iam unam: ℟ ut timeant me universis
iebus, et bene sit eis. Jer. 32.

Oratio Sac. Gelas.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus:
ut redemtionis nostrae ventura solem-
nitas et praesentis nobis vitae subsidia
conferat, et aeternae beatitudinis praemia
largiatur. Per Dominum.
Haec oratio dicitur ad omnes horas etiam in
vesperis.

ad Magnif. ant. Venit ex Sion, qui
ripiat, ℟ et avertat impietatem a Jacob.
Rom. 11.

Feria V.

Lectio I.

De Isaia prophetâ. cap. 57.

Ro quo sollicita timuisti, quia mendax
is, et mei non es recordata, neque cogitasti
i corde tuo? quia ego tacens, et quasi non
idens, et mei oblita es. Ego annuntiabo
ustitiam tuam, et opera tua non prode-
unt tibi. ℟ Cum clamaveris, liberent
e congregati tui, et omnes eos auferet
entus, tollet aura: qui autem fiduciam
abet mei, hereditabit terram, et possidebit
montem sanctum meum. Et dicam: viam
acite, probate iter, declinate de semita,
uferte offendicula de via populi mei.

℣. Quia hæc dicit excelsus et sublimis, habitans æternitatem, et sanctum nomen eius: in excelso, et in sancto habitans, et cum contrito et humili spiritu: ut vivificet spiritum humiliatum, et vivificet cor contritorum. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar: quia spiritus a facie mea egredietur, et flatus ego faciam. * Propter iniquitatem avaritiæ eius iratus fui, et percussi eum: abscondi a te faciem meam, et indignatus sum: et abiit vagus in via cordis sui. Vias eius vidi, et sanavi eum, et reduxi eum, et reddidi consolationes ipsi et lugentibus eius: creavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, et qui prope, dixit Dominus, et sanavi eum.

℟. ℟. ex I. Nocturno Dominicæ præced.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi presbyteri.

Post abjectionem populi Judæorum, et eorum, qui in Salvatorem credere noluerunt, pollicitus fuerat habentibus in se fiduciam terram montemque sanctorum, et apostolis præceperat: viam fac populo revertenti, et omnia de medio scandala tolle. Ac ne incredibile videretur, exponit potentiam suam, quod excelsus et magnus facile possit pœnitentibus veniam tribuere, et justum sit, ut creator misereatur creaturæ suæ. Propter quæ jungit, quod iratus sit et contristaverit populum suum, videaturque se fecisse, quia peccaverit, et iniquitatis avaritiam habuerit, nec una fuerit iniquitate contentus, sed semper addiderit

ecata peccatis. Et perscrutati, inquisitionem
dabreue, ut sanarem, et absconditi, subli-
ditur, faciem meam, ut magis me deti-
eraret. Et ambulauit moerens, sine con-
uersus in uia cordis sui, ut non ad faciem
hominum, sed in corde agere pœniten-
tiam. Propterea uidens uias conuersionis
ius, sanaui uulnera, quibus eum ante
uercuperam: et reduxi eum ad me, quem
rius eieceram, et reddidi ei consolationem
eram. Multæ enim falsæ sunt consola-
tiones, quibus genus decipitur humanum.
Ad Bened. ant. Timorem meum dabo in
corde eorum: * ut non recedant a me. Ier. 32.

Oratio Sanct. Gelas.

Præsta misericors Deus: ut ad suscipiendum
Filii tui singulare a Natiuitatis mysterium
et mentes credentium præparentur, et
non credentium corda iuuentur. Per
eumdem Dominum.

Ad Magnif. ant. Saluos eos faciam, et
emundabo eos: * Mihi populus,
ego eris eis Deus. Ezech. 37.

## Feria VI.

### Quatuor temporum.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 58.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem
uam, et annuntia populo meo scelera
orum, et domui Iacob peccata eorum.
Me etenim de die in diem quærunt, et scire
ias meas uolunt: quasi gens, quæ iustitiam
fecerit, et iudicium Dei sui non dereliquerit:
rogant me iudicia iustitiæ, appropinquare
eo uolunt. Quare ieiunauimus, et non
aspexisti? humiliauimus animas nostras,
et nescisti? Ecce in die ieiunii uestri inuenitur
oluntas uestra, et omnes debitores uestros
repetitis.

R. R. ex II. Nod. Dominico praecedentis.

Lectio II.

Ecce ad lites & contentiones jejunatis, et percutitis pugno impie. Nolite jejunare, sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum, et saccum et cinerem sternere? numquid istud vocabis jejunium, et diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis jejunium, quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, et omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris.

Lectio III.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Serm. 2. de jejun. dec. mens.

In dominico agro, dilectissimi, cujus operarii sumus, oportet nos prudenter atque vigilanter spiritalem exercere culturam, ut perseverantii industria, quae legitimis temporibus fuit exsequenda, curantes, de sanctorum operum fruge laetemur. Quae si pigro otio et inerti desidia negligantur, terra nostra nihil generosi germinis pariet, et spinis ac tribulis subdita, non producet, quae condenda sint horreis, sed quae urenda sint flammis. Agere autem ista, dilectissimi, rorante desuper gratia Dei, fide munitur, jejuniis exercetur, eleemosynis foetur, orationibus foecundatur,

d inter plantationes rigationesque nostras
ullius amaritudinis radix pullulet, nec
e incrementa cuiusque noxiæ surgat
Mollant, sed enecate omni semine vitio-
um cornua resecet falx cœlestium virtutum.
d quam diligentiam omnis quidem nos
empore pietatis magister adhortatur:
ed nè his diebus, qui huic operi specialius
unt profuturi, maior animositas, et
ura est excitanda ferventior, ne quod
ium est agere non indictum, nimium
hil negligere prædicatum.

℟. Hoc est jejunium, quod elegi dicit Domi-
nus: * frange esurienti panem tuum, et
egenos vagosque induc in domum tuam. ℣.
um veneris filius hominis, dicet his, quia
dextris eius erunt: venite, esurivi enim, et
edistis mihi manducare, hospes eram, et
collegistis me. * frange. Esaiæ enim &c.
gloria. * frange. Gf. 58. Matth. 25.

℣ Benedicamus. Domine dabis pacem nobis: *
mnia enim opera nostra operatus es nobis.
Gf. 26.

## Oratio Sac. Gelas.

Excita, quæsumus Domine, potentiam
ueam et veni: ut hi, qui in tua pietate
onfidunt, ab omni cito tua adversitate libe-
entur. Qui vivis.

℣ Magnificat ant. Ego scio cogitationes, quas
go cogito super vos: * cogitationes pacis et
on afflictionis. Jer. 29.

## Sabbato

### Quatuor temporum.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 58.

Erumpet quasi mane lumen tuum, et sani-
tas tua citius orietur, et ante eibit faciem

tuam justitia tua, et gloria Domini colli-
get te. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet:
clamabis, et dicet: ecce adsum; si abstuleris
de medio tui catenam, et desiens extendere
digitum, et loqui, quod non prodest. cum
effuderis esurienti animam tuam, et
animam afflictam repleveris, orietur in
tenebris lux tua, et tenebre tue erunt, sicut
meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper, et implebit splendoribus
animam tuam, et ossa tua liberabit.
Eris quasi hortus irriguus, et sicut fons
aquarum, cujus non deficient aque.
Et edificabuntur in te deserta seculorum:
fundamenta generationis et generationis
suscitabis: et vocaberis edificator sepium,
avertens semitas in quietem.
R. R. ex III. Nocl. Dominica precedentis.

## Lectio II.

Si averteris a sabbato pedem tuum, facere
voluntatem tuam in die sancto meo, et
vocaveris sabbatum delicatum, et sanctum
Domini gloriosum; et glorificaveris eum,
dum non facis vias tuas, et non invenitur
voluntas tua, ut loquaris sermonem:
tunc delectaberis super Domino, et sustol-
lam te super altitudines terre, et cibabo
te hereditate Jacob patris tui: os enim Do-
mini locutum est.

## Lectio III.

De Sermone Sancti Leonis Papæ. l. c.

Decimi mensis jejunium, ad quod charitatem
vestram religioso proposito novimus pre-
paratam unanimiter auxiliante Christo
celebrantes, hortamur monentes, ut unus-
quisque secundum mensuram possibilitatis,
quam accepit a Deo, in bonis operibus enitescat.

nà et inimici nostri, qui nostra sanctificatione torquentur, in his diebus, quos
d maiorem observantiam nobis dispositos
fe noverunt, vehementius seviunt, et
ubtiliore insidiantur astutiâ, aut aliis im-
ittendo metum inopiæ de largitatis ex-
enfis, aliis immittendo tristitiam de labore
jejunii quam plurimos a consortio hujus
eotionis abducant. Contra quas tenta-
iones, dilectissimi, vigilet in nobis pia cor-
is intentio, et a christianis mentibus co-
gitationes diffidentiæ repellantur. Hodiernum
eſt enim, quod pauperi satis est, nec victus
llius, nec vestitus onerosus est. Vile enim
eſt, quod esurit: vile est, quod sitit et nuditas,
quæ indiget operiri, non poscit ornari. Et
amen Dominus noster tam ~~parvis~~ pius operum
ostrorum arbiter, tam benignus est æstima-
or, ut etiam pro calice aquæ frigidæ sit
rædemium redditurus. Aquia justus inspector
eſt animorum, non impendium solum queris,
ed etiam affectum est remuneraturus ope-
antis.

℟. Qui proïcit amaritiam ex calumnia, ℣. excutit manus suas ab omni munere; mi claudit oculos suos, ne videat malum: ✱ regem in decore suo videbunt oculi ejus.

℣. Uniuscujusque opus dies Domini ~~decla~~ declarabit, si enim opus manserit, mercedem accipiet. ✱ regem. (Christum.) ℣. Gloria. ✱ regem. Isa. 33. 1. Cor. 3.

℣. Benedic. ant. Erunt prava in directa: ✱ et aspera in vias planas. Luc. 3.

## Oratio Sac. Greg.

Deus, qui conspicis, quia ex nostra pravitate infligimur: concede propitius, ut ex tua visitatione consolemur. Qui vivis.

## Ad Vesperas. Duplex.

Lectio. R.br. hymnus V. et antiphona ut infra, secundum ordinem diei.

### Oratio Sac. Gelas.

Excita, quæsumus Domine, potentiam tuam et veni, et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpedunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

## Dominica IV. adventus.

Invit. hymnus, V. Lectiones ac R R. I. Nocturni, ut infra juxta ordinem dierum notantur.

### In II. Nocturno.

### Lectio V.

Ex libro Sancti Cypriani episcopi et Martyris de idolorum vanitate.

Quod Christus sit, et quomodo per ipsum nobis salus venerit, hic est ordo, hæc ratio. Judæis primum erat apud Deum gratia. Hi olim justi erant, hi majores eorum religionibus obediebant. Inde illis et regni nobilitas floruit, et generis magnitudo provenit. Sed illi negligentes, indisciplinati et superbi postmodum facti, et fiducia patrum inflati, dum divina præcepta contemnunt, datam sibi gratiam perdiderunt. Quam vero fuerit illis profana vita, quæ contracta sit violato religionis offensa, ipsi quoque testantur; qui ebrii voce tacent, ex exitu confitentur: dispersi et palabundi vagantur, soli et cœli sui profugi per hospitia aliena jactantur. Nec non Deus ante prædixerat, fore, ut vergente sæculo et mundi fine jam proximo, ex omni gente et populo et loco auctores sibi allegerent

eus multo fideliores et melioris obsequii; qui indulgentiam de divinis muneribus hauirent, quam acceptam Judæi contemptis religionibus perdidissent.

℟. Consolabitur Dominus ruinas Sion, et ponet desertum eius quasi delicias: ✱ prope est justus meus, egressus est Salvator meus. ℣. Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo: hoc est verbum fidei. ✱ Prope. Isa. 51. Rom. 10.

## Lectio VI.

Huius igitur indulgentiæ, gratiæ, disciplinæque arbiter et magister, sermo et filius Dei mittitur, qui per Prophetas omnes retro illuminator et doctor humani generis prædicabatur. Hic est virtus Dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria. Hic in virginem illabitur, carnem spiritu Sancto cooperante induitur. Deus cum homine miscetur. Hic Deus noster, hic Christus est, qui mediator duorum, hominem induit, quem perducat ad Patrem. Quod homo est, esse Christus voluit, ut et homo posset esse, quod Christus est. Sciebant et Judæi, Christum esse venturum. et tam hic illis semper, prophetis admonentibus, annuntiabatur: sed significato duplici eius adventu, uno, qui exercitio et exemplo hominis fungeretur, altero, qui Deum faceret: non intelligendo primum adventum, qui passione præcessit occultus, unum tantum credunt, qui erit in potestate manifestus. quod autem hoc Judæorum populus intelligere non potuit, delictorum meritum fuit. Sic erant sapientiæ et intelligentiæ cæcitate mulctati, qui vita indigni esse nolunt, habere nolunt vitam ante oculos, nec viderent.

℟. Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, et conteram illud a facie terræ: * verumtamen conterens non conteram domum Jacob. ℣. Dico vobis: auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. * verumtamen. Amos 9. et Matth. 21.

## Lectio VII.

Itaque quum Christus Jesus, secundum a prophetis ante prædicta, verbo suæ vocis imperio dæmonia de hominibus exuderet, paralyticos restringeret, leprosos purgaret, illuminaret cæcos, claudis gressum daret, mortuos rursus animaret, cogeret sibi elementa famulari, servire ventos, maria obedire, inferos cedere: Judæi, qui illum crediderant hominem tantum de humilitate carnis et corporis, existimabant magnum de licentia potestatis.

℟. Affligebam donec regnum et potestas detur populo Sanctorum altissimi: * cujus regnum regnum sempiternum est, et omnes gentes servient ei. ℣. Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri et Christi ejus. * cujus. Dan. 7. apoc. 11.

## Lectio VIII.

Hoc eos facturos ejusse prædixerat, et Prophetarum omnium testimonium fuit ante præceperat, oportere illum pati, non ut sentiret tantum mortem, sed ut vinceret, et quum passus esset, ad superos denuo regredi, ut vim divinæ majestatis ostenderet. Fidem itaque rerum cursus implevit. Hunc comitamur, hunc sequimur, hunc habemus itineris ducem, lucis principem, salutis auctorem, cœlum pariter et Patrem quærentibus et credentibus pollicentem. quod erat Christus,

rimus christiani, si christum fuerimus imitati.

℟. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum: * qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. ℣. Ponam verba mea in ore eius, loquenturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. * qui. ℣. gloria. * qui. Deut. 18.

## In III. Nocturno.

antiph. cantica et ℣. ut in Dominica I.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 4.

Quid dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides eius ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus: beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata: beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

℟. Mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini: * et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres. ℣. Elias cum venerit primo, restituet omnia. * et convertet. Mal. 4. Marc. 9.

## Lectio X.

Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum

manet, an etiam in præputio? dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio: ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam. et sit pater circumcisionis non in iis tantum, qui sunt ex circumcisione, sed et iis, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. non enim per legem promissio Abrahæ aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.

℟. Bereshith illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis, et fundabo eos et multiplicabo: * et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. ℣. Erit tabernaculum meum in eis; et ero eis Deus, et ipsi erunt mihi populus. * et dabo. Ezech. 37.

## Lectio XI.

Si enim, qui ex lege, hæredes sunt; exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex, nec prævaricatio. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed et ei, qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est: quia patrem multarum gentium posui te, ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt. qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: sic erit semen tuum.

℟. Constituit Deus humiliare omnem montem excelsum, et convalles replere in

qualitatem terre: * ut ambulet Israel
diligenter in honorem Dei. ℣. Scriptum est
in libro sermonum Isaiæ prophetæ: erunt
prava in directa, et aspera in vias planas.
℟. Alleluia. Baruch. 5. Luc. 3.

## Lectio XII.

Et non est infirmatus est fide, nec consi-
deravit corpus suum emortuum, cum jam
fere centum esset annorum, et emortuam
vulvam Sare. In repromissione etiam
Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus
est fide, dans gloriam Deo: plenissime
sciens, quia quæcumque promisit, potens
est et facere. Ideo et reputatum est illi ad
justitiam. Non est autem scriptum tantum
propter ipsum, quia reputatum est illi
ad justitiam: sed et propter nos, quibus
reputabitur credentibus in eum, qui sus-
citavit Dominum nostrum Jesum Christum
a mortuis: qui traditus est propter delicta
nostra, et resurrexit propter justificatio-
nem nostram.
℟. Præparate viam, planum facite iter:
* ecce Dominus auditurus venit in extremis
terræ: dicite filiæ Sion: * ecce Salvator
noster venit. ℣. Dirigite viam Domini,
sicut dixit Isaias propheta. * ecce Dom.
℣. Gloria * ecce Salvator. Is. 62. Joan. 1.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 3.

Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsa-
ris, procurante Pontio Pilato Judæam,
tetrarcha autem Galilææ Herode, Philip-
po autem fratre ejus tetrarcha Iturææ
et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinæ
tetrarcha, sub principibus sacerdotum An-
na et Caipha: factum est verbum Domini
super Joannem Zachariæ filium in deserto.

Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.

Ad matutinas, horas et vesperas omnia dicuntur, ut infra diebus suis notantur. excepta duntaxat oratione, quæ dicitur, ut supra ad I. Vesperas.

Si hoc Dominica in vigilia Nativitatis evenerit, fit ut infra ad diem XXIV. notabitur.

## Hebdomada octava adventus.

### Die XVII. Dec.

Ad Vesperas. Antiphonæ.

1. Exspectabo Israel Domine: sana me, et sanabor: * salvum me fac, et salvus ero. Jer. 17.
2. Ecce ipsi dicunt ad me: * ubi est verbum Domini? veniat. ib.
3. Quis mihi tribuat auditorem, * ut desiderium meum audiat omnipotens! Job. 31.
4. Utinam dirumperes cælos, Domine, et descenderes, * a facie tua montes defluerent. Is. 64.

### Lectio. j. Mach. 4.

Nunc clamemus in cælum: et misereatur nostri Dominus, et memor erit testamenti patrum nostrorum.

℟. br. Rorate cæli desuper, * et nubes pluant justum. Repet.

℣. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

* Nubes. ℣. Gloria. ℟. Rorate. Is. 45.

Hymnus. (ad L. Proph. genuflect.)

1. Veni, Redemptor gentium,
Ostende partum virginis: ✱
Miretur omne seculum,
Talis decet partus Deum.

2. Promissa quondam patribus
Instat dies, dies tua: ✱
Sub carne nostra te latens
Clemens Redemptor exhibe.

3. E matris alveo virginis
Homo Deus nunc prodeas: ✱
Omnis Sion te sustinet,
Unumque te desiderat.

4. Fac nostra fiant pectora
Sanctum velut præsepium: ✱
Ubi novam non abnuas
Nativitatem fingere. amen.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam:
℟. Et salutare tuum da nobis. Ps. 84.

ad Magnificat ant. ante et post integre flexis genibus decantanda: quod item in sequentibus O. servandum.

O Sapientia, quæ de ore altissimi prodisti, attingens a fine usque in finem, fortiter suaviterque disponens omnia: ✱ veni ad docendum nos viam prudentiæ. Sap. 7. Eccli. 24.

Oratio.

Adjuva Domine fragilitatem plebis tuæ: ut adventum magnæ festivitatis effectum et corporaliter gubernata percurrat, et ad perpetuam gratiam devota mente perveniat. Per Dominum.

vel oratio Dominicæ aut quatuor temporum, si occurrat.

Toni diurni hymnorum per hanc Adventum ut.

Creator alme syderum, cum sequenti clausula in omnibus hymnis:

Qui liberator advenis
Fili, tibi laus maxima: *
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

## Die XVIII. Dec.

### Ad vigilias nocturnas.

Invitat. Salvatorem, quem exspectamus, *
venite adoremus. Philip. B.

### Hymnus. C.

1. Instantis adventum dei
Poscamus ardenti prece: *
Festisque munus muneribus
Occupemus canticis.

2. Aperna proles, femine
Non horret includi sinu: *
Tibi ipse serens, ut jugo
Nos servitutis eximat.

3. Manifestus et clemens venit,
Occurre, festina Sion: *
Ultro tibi quam porrigit,
Ne dura pacem respuas.

4. Mox nube clara fulgurans
Mundi redibit arbiter: *
Suique membra corporis
Coelo triumphator vehet.

5. Foetus tenebrarum, die
Cedant propinquo crimina: *
Adam reformetur vetus,
Imago fundat novi.

6. Qui liberator advenis
Fili, tibi laus maxima: *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

### In I. Nocturno.

antiphona A v. de psalterio.

## Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 7.

Dixit Dominus loqui ad Achaz: pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: non petam, et non tentabo Dominum: Et dixit: audite ergo domus David: numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo?

℣. Hæc dicit Dominus exercituum: * confortentur manus vestræ, qui audistis in his diebus sermones istos per os prophetarum. ℣. In virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo. * confort. Zah. 8.

## Lectio II.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Et dixit Dominus ad me: sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachiæ: et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium.

℟. Quibus revelatum est, * non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis. ℣. Non faciet Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas. * non sibi. j. P. j. amos. 3.

## Lectio III.

Et dixit Dominus ad me: voca nomen eius: velociter spolia detrahere, festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Sicut per Judam inundans, et transiens usque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, o Emmanuel.

℟. Erexit Dominus cornu salutis nobis in domo David pueri sui, ✱ sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum eius. ℣. Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis: et mittet eis Salvatorem, qui liberet eos. ✱ sicut. Luc. 1. ℣. 69.

## Lectio IV.

Congregamini populi, et convenimini, et audite universe procul terre: confortamini et convenimini, accingite vos et convenimini: inite consilium, et dissipabitur: loquimini verbum et non fiet, quia nobiscum Deus. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pavor vester, et ipse terror vester, et erit vobis in sanctificationem.

℟. Da testimonium his, qui ab initio creature tue sunt Domine: ✱ et suscita prodicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophete priores. ℣. Da mercedem sustinentibus te, ut prophete tui fideles inveniantur. ✱ et suscita. ℣. gloria. ✱ suscita. Eccli. 36.

In II. et III. Nocturno fiat vel ultima Dominica IV. adventus, si fuit Dominica, vel de Expectatione B. M. V. ut in proprio de Sanctis hac die.

### Ad Laudes Matutinas.

Ad horas diurnas antiphone.

1. Respice Domine de domo sancta tua in nos, ✱ et inclina aurem tuam, et exaudi nos. Baruch. 2.
2. Domine pater noster es tu: ✱ nec respice, populus tuus omnes nos. Is. 64.
3. Miserere Israel, quem acquisisti primogenito tuo: ✱ reple gloria tua populum tuum. Eccli. 36.

℣. adiuu. Deus coelorum exaudi; memento
Domine testamenti tui: ✱ ut omnes gentes
agnoscant quia tu es Deus. Judith 9.
℟. Salva Domine populum tuum, ✱ re-
liquias Israel. Jer. 31.

Lectio Isa. 63.

Domine miserere nostri; te enim exspecta-
vimus: esto brachium nostrum in mane,
et salus nostra in tempore tribulationis.
℟. br. Memento nostri Domine ✱ in bene-
placito populi tui. Rep.
℣. Visita nos in salutari tuo. ✱ in benepl.
℣. Gloria. ℟. rep. Ps. 105.

Hymnus Paris.

1. Auctoris adventum sui
Tellus et aether et mare ✱
Progrediente sentiunt
Et jam salutant gaudio.

2. Mundemus et nos pectora:
Deo propinquanti viam
Sternamus; ✱ et dignam domum
Tanto paremus hospiti.

3. Tu nostra, tu Jesu, salus,
Tu robur et solatium: ✱
Arens ut herba te sine
Mortale labefit genus.

4. Ægris salutarem manum
Extende: prostratos leva: ✱
Ostende vultum, jam sinus
Mundo reflorescet decor.

5. Tui liberalis adveni
Fili, tibi laus maxima: ✱
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

℣. Mirifica misericordias tuas
℟. qui salvos facis sperantes in te
Domine. Ps. 16.

Ad Bened. ant. Clama ad me, et exaudiam te: * et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel. Jer. 33.

Oratio Sac. Gelas.

Concede quæsumus, omnipotens Deus: ut qui sub peccati jugo ex debito deprimimur, exspectata unigeniti tui nova nativitate liberemur. Per eumdem Dominum.

Hoc oratio omittitur, si fit Dominica, vel feria quatuor temporum, cuius hunc dicitur oratio.

Ad Tertiam.

Lectio Ez. 46.

Audite me domus Jacob, qui portamini a meo utero: ego fui, et ego feram: ego portabo, et salvabo.

℣. Convertе Domine captivitatem nostram,
℟. Sicut torrens in austro. Ps. 125.

Ad Sextam.

Lectio Jer. 42.

Nolite metuere, dicit Dominus, quia vobiscum sum ego, ut salvos vos faciam: et dabo vobis misericordias, et miserebor vestri.
℣. Deus misereatur nostri et benedicat nobis:
℟. Illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Ps. 66.

Ad Nonam.

Lectio Mich. 2.

Congregatione congregabo Jacob, in unum corrugam reliquias Israel, pariter ponam illum, quasi gregem in ovili.
℣. Salvos nos fac Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus.
℟. Ut confiteamur nomini sancto tuo. Ps. 105.

## ad II. Vesperas.

Antiphone, ut ad horas.

### Lectio Baruch 2.

Respice Domine de domo sancta tua in nos, et inclina aurem tuam, et audi nos: quia non secundum justitias patrum nostrorum fundimus preces, et petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine deus noster.

℟. br. hymnus et ℣. ut die preced. ad resp.

Ad Magnif. ant. O adonai, et dux domus Israel! qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, et ei in Sina legem dedisti, † veni ad redimendum nos in brachio extento. Exod. 3. et 6. et 20. 4. Reg. 17.

## Die XIX. Dec.

Invit. et hymnus, ut die precedente.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 11.

Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini. * Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

℟. Juravit Dominus veritatem, et non frustrabitur: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. ℣. Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius. * De fructu. Ps. 131. 2. Reg. 7.

## Lectio II.

Et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumborum eius, et fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hoedo accubabit: vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum, et leo quasi bos comedet paleas. * Et delectabitur infans ab ubere super foramine: et in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquae maris operientes. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum eius gloriosum.

℟. Protegat Dominus habitatores Jerusalem, * et erit Domus David quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eorum. ℣. Hunc Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel salvatorem Jesum. * et erit. Zach. 12. Act. 13.

℣. In festis 12. lect. infra hanc hebdomadam dividitur lectio I. et II. et erit sequens

℟. Quare moerore contraheris filia Sion? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit! liberaberis. * redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. ℣. animaquior esto Jerusalem; exhortatur enim, quem nominavit. * redimet. Mich. 4. Baruch. 4.

## Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papae,

serm. 4. de natis. c. 2.

Exultent ergo in laudem Dei corda credentium, et mirabilia eius confiteantur filii hominum:

uoniam in hoc precipue dei opere humi-
litas nostra cognoscit, quanti eam suus condi-
tor estimarit. Qui cum origini humane
melius viderit, quod nos ad imaginem suam
fecit, reparationi nostre longe amplius
tribuit, cum servuli forme ipse se Dominus
coaptavit. quamvis enim ex una eademque
materia sit, quidquid creatura creator im-
pendit, minus tamen mirum est, hominem
adivina proficere, quam deum adhumana
descendere. Hoc autem nisi facere dignaretur
omnipotens, nulla quemquam spes justitie,
nulla forma sapientie a captivitate dia-
boli, et a profundo eterne mortis eueret.
Condemnatio enim ex uno in omnes cum
peccato transiens permaneret, nisi lethali
vulnere labefacta natura nullum reme-
dium reperiret, quia conditionem suam
his viribus mutare non posset.
℟. Infelix ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius? ✠ gratia dei per Jesum
Christum Dominum nostrum. ℣. Si clama-
verimus ad te in tribulationibus nostris, tu
exaudies salvosque facies. ✠ gratia. ℣. Gloria.
✠ gratia. Rom. 7. 2. Paral. 20.

## In II. Nocturno.

### Lectio IIa. 62.

Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem
non quiescam, donec egrediatur ut splendor
justus eius, et Salvator eius ut lampas accen-
datur. et videbunt gentes justum tuum, et
cuncti reges inclitum tuum.
℣. Anima mea desideravit te in nocte:
℟. Sed et spiritu meo in precordiis meis de
mane vigilabo ad te. Is. 26.

## Ad Laudes matutinas et horas.

### Antiphona.

℟. Tu Domine pater noster redemptor noster: ✱ convertere propter servos tuos. Isa. 63.

2. Domine Deus ne averteris faciem Christi tui: ✱ memento misericordiarum David servi tui. 2. Paral 6.

3. Usquequo in perpetuum oblivisceris nostri Domine? ✱ derelinques nos in longitudine dierum? Thren. 5.

4. Convertere nos Domine ad te, et convertemur: ✱ innova dies nostros, sicut a principio. ibid.

5. ad Laud. Erue nos Domine in mirabilibus tuis: ✱ et da gloriam nomini tuo. Dan. 3.

Lectio Euli. 36.

Miserere nostri Deus omnium, et respice nos, et ostende nobis lucem miserationum tuarum: festina tempus, et memento finis, ut enarrent mirabilia tua.

℟. br. hymnus et ℣. ut die precedente.

Ad Bened. ant. Qui timetis Dominum, sperate in illum: ✱ et in oblectationem veniet vobis misericordia. Euli. 2.

Oratio Sac. Leon.

Deus, qui creationem conditionis humanæ diabolicis non es passus perire nequitiis: remedia tuæ propitiationis exsequere, ut in eadem non prævaleat inimica subreptio, sed redemptio tuæ miserationis obtineat. Qui vivis.

Nisi fuit dicenda oratio Dominicæ vel feriæ quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio Isa. 55.

Inclinate aurem vestram, et venite ad me, audite, et vivet anima vestra: et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles.

℣. Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine?

℟. Sicut jurasti David in veritate tua? Ps. 88.

Ad Sextam.

Lectio Is. 49.

Dixit Sion: dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei: numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miserearur filio uteri sui? et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui: ecce in manibus meis descripsi te.

℣. Non repellet Dominus plebem suam:
℟. Quia de ipso natus est non derelinquet. Ps. 93.

Ad Nonam.

Lectio Jer. 15.

Si converteris, convertam te, et ante faciem meam stabis: quia ego tecum sum, ut salvem te, et eruam te, dicit Dominus.

℣. Deus tu conversus vivificabis nos:
℟. Et plebs tua lætabitur in te. Ps. 84.

Ad Vesperas.

Antiphona ut ad horas.

Lectio Dan. 3.

Ne quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, et Isaac servum tuum, et Israel sanctum tuum.

℟. br. Hymnus et ℣. ut die XVII.

Ad Magnif. ant. O radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem gentes deprecabuntur: * veni ad liberandum nos, jam noli tardare.

Isa. 11. et 52.

Die XX. Dec.

Invit. et hymnus ut die XVIII.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 49.

Audite insulæ, et attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris

mee recordatus est nominis mei. Et nunc
dicit Dominus formans me ex utero servum
sibi: ut reducam Jacob ad eum, et Israel non
congregabitur: et glorificatus sum in oculis
Domini, et Deus meus factus est fortitudo
mea. * Et dixit: parum est, ut sis mihi servus
ad suscitandas tribus Jacob, et fæces Israel
convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium,
ut sis salus mea usque ad extremum terræ.
℟. Ecce puer meus, quem elegi: dilectus meus,
in quo bene complacuit animæ meæ: *
et in nomine ejus sperabunt gentes. ℣.
Donam spiritum meum super eum, judi-
cium gentibus nuntiabit. * Et in. Matth. 12.

## Lectio II.

Hæc dicit Dominus: in tempore placito ex-
audivi te, et in die salutis auxiliatus sum
tui: et servavi te, et dedi te in fœdus populi,
ut suscitares terram, et possideres hereditates
dissipatas: ut diceres his, qui vinciti sunt,
exite; et his, qui in tenebris, revelamini.
Super vias pascentur, et in omnibus planis
pascua eorum. Non esurient, neque sitient,
et non percutiet eos æstus et sol: quia mise-
rator eorum reget eos, et ad fontes aquarum
potabit eos. * Et ponam omnes montes meos
in viam, et semita mea exaltabuntur.
Ecce isti de longe venient, et ecce illi ab
aquilone et mari, et isti de terra australi.
Laudate cæli, et exulta terra, jubilate mon-
tes laudem: quia consolatus est Dominus
populum suum, et pauperum suorum
miserebitur.
℟. Hauritis aquas in gaudio de fontibus
Salvatoris, et dicetis in die illa: * confite-
mini Domino, et invocate nomen ejus. ℣.
Qui sitit, veniat, et qui vult, accipiat aquam
vitæ gratis. * Confit. Isa. 12. apoc. 22.

dicantur hodie j2. lect. R. 3. Quare

vocetur. pag. 96.

## Lectio III.

### De Sermone Sancti Leonis Papæ.

Serm. 4. de Nativ. c. 3.

ad peccati et mortis vinculum resolvendum,
omnipotens filius Dei omnia implens, om-
nia continens, æqualis per omnia Patri, et
in una ex ipso cum ipso consempiternus ege-
it, naturam in se suscepit humanam, et
creator ac Dominus omnium rerum dignatus
est unus esse mortalium: electa sibi matre,
quam fecerat, quo salva integritate virginea
corporeo esset tantum ministra subsidio,
ut humani seminis expers contagio, novo
homini esset puritas mercis et vita. In hac
nativitate Christi secundum prophetiam
David veritas de terra orta, et justitia de cœlo
prospexit. In hac nativitate etiam Isaiæ
sermo completus est dicentis: producat terra
et germinet Salvatorem, et justitia oriatur
simul. Terra enim carnis humanæ, quæ in primo
fuerat prævaricatore maledicta, in hoc solo
sancto virginis partu germen edidit bene-
dictum, et a vitio suæ stirpis alienum. Cujus
spiritalem originem in regeneratione quisque
consequitur, et omni homini renascenti
aqua baptismatis instar est uteri virginalis,
eodem Spiritu Sancto replente fontem, qui
replevit et virginem: ut peccatum, quod ibi
evacuavit sacra conceptio, hic mystica tollat
lavacrum.

℟. Hæc dicit Dominus de Jacob, et formans te
Israel: noli timere, quia redemi te: ✠ ego
Dominus Deus tuus, sanctus Israel, Salva-
tor tuus. ℣. Ego sum ipse, qui deleo ini-
quitates tuas propter me, et peccatorum
tuorum non recordabor. ✠ ego. ℣. gloria.
✠ ego. Isa. 43.

In II. Nocl. lectio A℣. ut die praced.

Ad Laudes matutinas A horas.

antiphonæ.

1. Exspectatio Israel, Salvator eius in tempore tribulationis; ✱ ne derelinquas nos. Jer. 14.

2. Recordare Domine, ne irritum facias foedus tuum nobiscum: ✱ nonne tu es Deus noster, quem exspectavimus? ib.

3. Da mercedem Domine sustinentibus te: ✱ ut prophetæ tui fideles inveniantur. Eccli. 36.

4. Inclina Domine aurem tuam A audi: aperi oculos tuos, A vide: ✱ Deus noster salva nos. Ps. 34.

5. ad Laud. Exspectabo Dominum, qui abscondit A faciem suam a domo Jacob; ✱ A prosto labor eum. Ps. 8.

Lectio Ps. 26.

In semita judiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum A memoriale tuum in desiderio animæ.

℣. br. hymnus A℣. ut die XVIII.

ad Bened. ant. Protegat Dominus Jerusalem, ✱ protegens A liberans, transiens A salvans. Ps. 31.

Oratio Sac. Greg.

Mentes nostras, quæsumus Domine, lumine tuæ visitationis illustra: ut sese, te largiente mereamur A inter prospera humiles, et inter adversa fieri. qui vivis.

℣. Si fit dicenda oratio Dominicæ, vel feriæ quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio Jer. 32.

Teriam eis partum sempiternum, et non desinam
is bene facere, et timorem meum dabo in corde
orum, ut non recedant a me: et lætabor super
is, cum bene eis fecero.
℣. Exaudi nos Deus salutaris noster,
℟. spes omnium finium terræ. Ps. 64.

## Ad Sextam.

### Lectio Euli. 2.

Metuentes Dominum sustinete misericordiam
eius, et non deflectatis ab illo, ne cadatis: qui
timetis Dominum, credite illi: et non evacuabi-
tur merces vestra.
℣. Oculi Domini super metuentes eum:
℟. Amicis, qui sperant super misericordia eius. Ps. 32.

## Ad Nonam.

### Lectio Judith 4.

Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces
vestras, si manentes permanseritis in jejuni-
is et orationibus in conspectu Domini.
℣. Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde:
℟. et humiles spiritu salvabit. Ps. 33.

## Ad vesperas.

### antiphona ut ad horas.

### Lectio Dan. 9.

Exaudi Deus noster orationem servitui, et
preces eius, et ostende faciem tuam super san-
ctuarium tuum, quod desertum est, propter
temetipsum: inclina Deus meus aurem tuam,
et audi: aperi oculos tuos, et vide desolatio-
nem nostram.
℟. br. hymnus, et ℣. ut die XVII.
Ad Magnif. ant. Oclavis David, et sceptrum domus
Israel; qui aperis, et nemo claudit, claudis, et nemo
aperit: * veni, et educ vinctum de domo carceris,
sedentem in tenebris, et umbra mortis. Isa. 22. et 42.

## Dies XXI. Dec.

Invit. et Hymnus, ut Die XVIII.

### In I. Nocturno.

#### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 52.

Quam pulcri super montes pedes annuntiantis et prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: regnabit Deus tuus! Vox speculatorum tuorum, levaverunt vocem simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion. Gaudete, et laudate simul deserta Jerusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem. Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

℟. Nova ego annuntio, dicit Dominus redemptor tuus: * suscitans verbum servi sui, et consilium nuntiorum suorum complens. ℣. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt, prophetarum eius. * suscitans. Isa. 42. et 44. Luc. 1.

#### Lectio II.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere; exite de medio eius, mundamini, qui fertis vasa Domini. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedit enim vos Dominus, et congregabit vos Deus Israel. Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi sic inglorius erit inter viros aspectus eius, et forma eius inter filios hominum. Ipse asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os

um: quia quibus non est narratum de eo,
derunt, et qui non audierunt, contempla-
ifunt.

℣. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis,
gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current: *
propter Dominum Deum tuum, et sanctum
srael, quia glorificavit te. ℟. Sicut scriptum
st: quibus non est annuntiatum de eo,
idebunt: et qui non audierunt, intelligent.
propter. Isa. 55. Rom. 15.

## Lectio III. cap. 55.

Sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltatæ
sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitationes
meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo
descendit imber et nix de cœlo, et illuc ultra
non revertitur, sed inebriat terram, et in-
fundit eam, et germinare eam facit, et dat
semen serenti, et panem comedenti: sic erit
verbum meum, quod egredietur de ore meo;
non revertetur ad me vacuum, sed faciet
quæcunque volui, et prosperabitur in his,
ad quæ misi illud.

℟. Lætentur cœli et exsultet terra: commo-
veatur mare et plenitudo eius: * tunc exul-
tabunt omnia ligna silvarum a facie Domini,
quia venit. ℣. Quæ Dominus Deus in fortis-
tudine veniet, et brachium eius dominabi-
tur. * tunc. Isa. 55. Isa. 40.

## Lectio IV.

Quia in lætitia egrediemini, et in pace de-
ducemini: montes et colles cantabunt
coram vobis laudem, et omnia ligna regio-
nis plaudent manu. Pro salicunula ascen-
det abies, et pro urtica crescet myrtus: et
erit Dominus nominatus in signum æter-
num, quod non auferetur.

~~℟. Lætentur cœli et exsultet terra: commo-~~
~~veatur mare et plenitudo eius. * Tunc exul-~~

℟. Sana me Domine, et sanabor, * salvum me fac, et salvus ero: ‡ quoniam laus mea tu es. ℣. Vocabis nomen eius Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. * Salvum. ℣. Gloria. ‡. quoniam. Jer. 17. Matth. 1.

In II. et III. Nocturno de S. Thoma.
vel de Dominica IV. adventus.

Ad Laudes matutinas et Horas.
antiphonæ.

1. Mitte Domine Sapientiam de coelis sanctis tuis: * et a sede magnitudinis tuæ. Sap. 9.
2. Hosero Domine, * mitte, quem missurus es. Exod. 4.
3. Erue nos in mirabilibus tuis, * et da gloriam nomini tuo Domine. Dan. 3.
4. Oriatur vel splendor justus eius: * et Salvator eius vel lampas accendatur. Is. 62.
5. ad Laud. Deus ab austro veniet, * splendor eius, vel lux erit.

Lectio. Luc. 36.

Contere Deus caput principum inimicorum dicentium: non est alius præter nos: congrega omnes tribus Jacob, ut cognoscant, quia non est Deus, nisi tu, et enarrent magnalia tua: et hereditabis eos sicut ab initio.
℟. br. hymnus et ℣. ut die XVIII.

Ad Bened. ant. Captivitas a forti tollatur, * quod ablatum fuerit a robusto, salvabitur. Isa. 49.

Oratio. Thom.

Deus, qui nostram semper conspicis infirmitatem defitui: adventus tui nos visitatione custodi. Qui vivis.
Nisi fit dicenda oratio Dominica, vel feria quatuor temporum.

Ad Tertiam.
Lectio. Ag. 2.

Hec dicit Dominus exercituum: adhuc unum
modicum est, et ego commovebo cælum et
terram, et mare et aridam, et movebo omnes
gentes: et veniet desideratus cunctis gentibus.
℣. Reminiscentur et convertentur ad Dominum
universi fines terræ:
℟. Et adorabunt in conspectu eius universæ
familiæ gentium. Ps. 21.

## Ad Sextam.

### Lectio 1. Reg. 12.

Nolite recedere a tergo Domini, sed servite
Domino in omni corde vestro: et non dere-
linquet Dominus populum suum propter
nomen suum magnum.
℣. Exurge Domine adjuva nos:
℟. Et redime nos propter nomen tuum. Ps. 43.

## Ad Nonam.

### Lectio Mal. 4.

Orietur vobis timentibus nomen meum
sol justitiæ: et sanitas in pennis eius; et egre-
diemini.
℣. Prope timentes Dominum salutare ipsius:
℟. Ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

## Ad vesperas.

### Antiphona ut ad horas.

### Lectio. 1. Baral. 35.

Salva nos Deus Salvator noster, et congrega
nos, et erue de gentibus: ut confiteamur no-
mini sancto tuo.
Ry. br. hymnus et V. ut die XVII.
Ad Magnif. ant. O oriens splendor lucis
æternæ, et sol justitiæ: † veni et illumina
sedentes in tenebris, et umbra mortis. Isa. 9. Zach. 3.

## Die XXII. Decembris.

Invit. et hymnus ut die XVIII.

## In I. Nocturno.

### Lectio I.

De Isaiâ prophetâ. cap. 61.

Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis aperitionem: ut prædicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro: ut consolarer omnes lugentes: ut ponerem lugentibus Sion, et daremus eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. ℟. Exue te Jerusalem stolam luctus et vexationis tuæ: * et induere decore et honore eius, quod a Deo tibi datus est, sempiterna gloriâ. ℣. Induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Jerusalem, civitas Sancti. * et induere. Baruch. 5. ff. 52.

### Lectio II.

Et vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Et ædificabunt deserta a sæculo, et ruinas antiquas erigent, et instaurabunt civitates desertas, dissipatas in generationem et generationem. Et stabunt alieni, et pascent pecora vestra, et filii peregrinorum agricolæ et vinitores vestri erunt. * Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, et in gloria earum superbietis. Pro confusione vestra duplici et rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. * Quia ego Dominus diligens judicium, et odio habens rapinam in holocausto, et dabo

mus eorum in veritate, et fœdus perpetuum
feriam eis. Et scient in gentibus semen eo-
rum, et germen eorum in medio populorum.
omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia
ipsi sunt semen, cui benedixit Dominus.
℣. Feriam illis fœdus pacis, pactum
sempiternum erit eis, et fundabo eos et
multiplicabo, ✠ et dabo sanctificationem
meam in medio eorum in perpetuum. ℣.
Erit tabernaculum meum in eis, et ero
eis Deus, et ipsi erunt mihi populus. ✠ et
dabo. Ezech. 37.

In festo 12. lect. IX. 3. quare mœrore,
ut supra pag. 96.

## Lectio III.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.
Serm. 1. in vig. Nat.

Nascitur Jesus: gaudeat quisquis ille est,
quem perpetuæ damnationis reum adjudi-
cabat conscientia peccatorum. Excedit quip-
pe pietas Jesu omnem criminum qualita-
tem seu numerositatem. Nascitur Chri-
stus: colitur, quicumque vitiis impugna-
batur antiquis. Siquidem ante faciem
unctionis Christi nullus omnino stare
poterit morbus animæ, quamlibet inve-
teratus. Nascitur Filius Dei: exultet,
qui magna solet desiderare, qui magnus
remunerator advenit. Fratres, hic est hæres,
devote suscipiamus eum, si enim est hære-
ditas nostra erit. Qui enim proprium fi-
lium dedit, quomodo non omnia nobis
simul cum Filio donavit? Nemo diffidat,
nemo hæsitet: habemus testimonium credi-
bile nimis. Verbum caro factum est,
et habitavit in nobis. ~~Frustra~~ Fratres
habere voluit unigenitus Dei filius hæredem

multis fratribus primogenitus ipse.
Usque nihil hesitet ipsa ~~pusillanimitas~~
pusillanimitas fragilitatis humanæ,
prius ipse factus est hominum frater,
factus est hominis filius, factus est homo.
℟. Ecce ego venio, ait Dominus; ✱ et ✝
applicabuntur gentes multæ ad Domi-
num, et erunt mihi in populum. ℣.
ad eum venient, et confundentur omnes,
qui repugnant ei. ✱ et app. ℣. gloria.
✝ applicab. Zach. 2.

In II. Vesp. Lectio et ℣. ut die XIX.

## Ad Laudes matutinas et horas.

### Antiphonæ.

1. Domine miserere nostri: ✱ te enim
exspectavimus. Isa. 33.
2. Emitte agnum Domine dominatorem
terræ: ✱ de petra deserti, ad montem
filiæ Sion. Is. 16.
3. Suscita Domine prædicationes, ✱
quas locuti sunt in nomine tuo pro-
phetæ priores. Psal. 36.
4. ad Laud. Domine opus tuum, ✱ in medio
annorum vivifica illud. Hab. 3.
5. Reple Sion inenarrabilibus verbis
tuis: ✱ et gloria tua populum tuum. Psal. 36.

### Lectio Dan. 3.

Nunc sequimur te in toto corde, et time-
mus te, et quærimus faciem tuam: ne
confundas nos, sed fac nobiscum juxta
mansuetudinem tuam, et secundum
multitudinem misericordiæ tuæ.

℟. br. hymnus et ℣. ut die XVIII.

ad Bened. ant. Illumina Domine
his, qui in tenebris et in umbra mortis
sedent: ✱ ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis. Luc. 1.

## Oratio. Thom.

Excita Domine potentiam tuam, et veni: ut tua propitiatione salvemur. Qui vivis. Si fit dicenda oratio dominica, vel sequens feria quatuor temporum.

## Ad Tertiam.

### Lectio Is. 62.

Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ; dicite filiæ Sion: ecce Salvator tuus venit, ecce merces eius cum eo, et opus eius coram illo; et vocabunt eos populus sanctus, redempti a Domino.

℣. In Deo salutare meum et gloria mea:
℟. Deus auxilium meum, et spes mea in Deo est. Ps. 61.

## Ad Sextam.

### Lectio Isa. 45.

In memetipso juravi, egredietur de ore meo justitiæ verbum, et non revertetur: quia mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua.

℣. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis:
℟. Et sanctus in omnibus operibus suis. Ps. 144.

## Ad Nonam.

### Lectio Zach. 9.

Exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi justus et salvator.

℣. Beneplacitum est Domino in populo suo:
℟. Et exaltabit mansuetos in salutem. Ps. 149.

## Ad Vesperas.

### Antiphona ut ad horas.

### Lectio Dan. 9.

Exaudi Domine, placare Domine: attende et fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus.

Hebr. hymnus et V. ut die XVII.

Ad Magnif. ant. O Rex gentium, et desiderabilis earum, lapisque angularis, qui facis utraque unum: * veni et salva hominem, quem de limo formasti. Isa. 2. Jer. 28. Eph. 2. Gen. 2.

## Die XXIII. Dec.

Invit. et hymnus ut die XVIII.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 65.

Hoc dicit Dominus: quomodo si inveniatur granum in botro, et dicatur: ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum. Et educam de Jacob semen, et de Juda possidentem montes meos: et hereditabunt eam electi mei, et servi mei habitabunt ibi. Et erunt campestria in caulas gregum, et vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me: quia oblivioni tradita sunt angustiæ priores, et quæ absconditæ sunt a oculis meis.

℣. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est: * et ipse erit expectatio gentium. ℣. De Jacob erit qui dominetur, et perdat reliquias civitatis. * et ipse.

Gen. 49. Num. 24.

### Lectio II.

Ecce enim ego creo cœlos novos, et terram novam: et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor. Sed gaudebitis usque in sempiternum in his, quæ ego creo: quia ecce ego creo Jerusalem exultationem,

populum eius gaudium. ℣. Et exultabo
in Jerusalem, et gaudebo in populo meo:
non audietur in eo ultra vox fletus et
vox clamoris. Non erit ibi amplius infans
annorum, et senex, qui non impleat dies suos:
quoniam puer centum annorum morietur,
et peccator centum annorum maledictus
erit. Et ædificabunt domos, et habitabunt,
et plantabunt vineas, et comedent fructus
earum. ℣. Non ædificabunt, et alius habi-
tabit: non plantabunt, et alius comedet:
secundum enim dies ligni erunt dies po-
puli mei, et opera manuum eorum inve-
terabunt. Electi mei non laborabunt
frustra, neque generabunt in conturba-
tione: quia semen benedictorum Domini
est, et nepotes eorum cum eis.
℟. Quæsierunt me, qui ante non interro-
gabant, invenerunt, qui non quæsierunt
me: ℣. Dixi: ecce ego, ecce ego, ad gentem,
quæ non invocabat nomen meum. ℟.
Inventus sum a non quærentibus me,
palam apparui iis, qui me non interro-
gabant. ℣. Dixi. Ps. 65. Rom. 10.

In Dominica R. 3. quare mœrore. Supra p. 96.

## Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

Serm. circ. n. 4. 5.

Vide dignationem: non in Jerusalem
civitate regia (nascitur Christus), sed in
Bethlehem, quæ minima est in milli-
bus Juda. O Bethlehem parva, sed jam
magnificata a Domino! magnificavit
te, qui factus est in te parvus ex mag-
no. Sane quod ad nos spectat, discimus
etiam ex hoc, quemadmodum suscipi
debeat, qui in Bethlehem voluit nasci. Erat

enim, qui forte ei sublimia quærenda arbitrarentur esse palatia, rubicum gloriæ rex gloriæ susciperetur. Sed non propter hoc a regalibus illis sedibus venit. Horum omnium eterna in cœlis affluentia suppetebat, sed paupertas non inveniebatur in eis. Terra in terris abundabat, et superabundabat hæc species: et nesciebat homo pretium eius. Hanc itaque concupiscens Dei Filius descendit, ut eam eligat sibi, et nobis quoque sua æstimatione faciat pretiosam. Considera denique, quod in Bethlem Juda nascitur, sollicitus esto, quomodo Bethlehem Juda inveniaris: et jam ne in te quidem suscipi designatur. Bethlehem quippe domum panis, Juda sonat confessionem. Si ergo in corde justitia, et in justitia, quæ ex fide est, hoc enim sola habet gloriam apud Deum: sit etiam in ore confessio ad salutem, et securus jam suscipe eum, qui in Bethlehem Juda nascitur, Jesum Christum filium Dei.

℟. In Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: * ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, et † egressus eius ab initio, a diebus æternitatis. ℣. Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus. * ex te. ℣. Gloria. † egressus. Mich. 5. ℔. 86.

In II. Nocl. lectio et ℣. ex die XIX.

## Ad Laudes matutinas et horas.

### antiphonæ.

℟. Elevare, elevare Jerusalem, * quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius. ℔. 51.

2. Prope est justificari mea, non elongabitur, * et salus mea non morabitur. ℔. 46.

℣. Dabo in Sion salutem, ✱ et in Jerusalem gloriam meam: ib.

℟. ad Laud. Nolite timere, quia non confunderis: ✱ quia dominabitur tui, qui fecit te. Is. 54.

℣. Ad punctum in modico dereliqui te: ✱ et in miserationibus magnis congregabo te. ib.

Lectio Is. 63.

℣. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, et super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, et secundum multitudinem miserationum suarum: et dixit: verumtamen populus meus est, filii non negantes, et factus est eis Salvator.

℟. br. et hymnus ut die XVIII.

℣. Ædificavit Dominus Sion:

℟. Et videbitur in gloria sua. Ps. 101.

ad Bened. ant. duplex. Estote parati in diem tertium: ✱ in die enim tertio descendet Dominus coram omni plebe. Exod. 19.

Oratio. Ik.

Festina, quæsumus, ne tardaveris Domine, et præsidium nobis tuæ pietatis impende: ut opportunis consolationibus sublevemur; qui in tua miseratione confidunt. Qui vivis.

Nisi fit dicenda oratio Dominica, vel feria quatuor temporum.

Ad Tertiam.

Lectio 6 Philip. 4.

Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus; Dominus prope est.

℣. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum,
℟. Donec misereatur nostri. Ps. 122.

## Ad Sextam.

### Lectio Baruch 4.

Circumspice Jerusalem ad orientem, et
vide jucunditatem a Deo tibi venientem.
℣. Fiat pax in virtute tua:
℟. Et abundantia in turribus tuis. Ps. 121.

## Ad Nonam.

### Lectio Is. 60.

Non erit tibi amplius sol ad lucendum
per diem, nec splendor lunæ illuminabit
te: sederit tibi Dominus in lucem sempi-
ternam, et Deus tuus in gloriam tuam,
et complebuntur dies luctus tui.
℣. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo:
℟. Delectationes in dextera tua usque in
finem. Ps. 15.

## Ad Vesperas.

### antiphonæ ut ad horas.

### Lectio Jer. 29.

Ego scio cogitationes, quas ego cogito super
vos, cogitationes pacis et non afflictio-
nis, ut det vobis finem et patientiam:
quæretis me, et invenietis, cum quæsie-
ritis me in toto corde vestro, et inveniar
a vobis: ait Dominus.

℟. br. hymnus et ℣. ut die XVII.

Ad Magnif. ant. O Emanuel, Rex et
legifer noster, expectatio gentium et
Salvator earum: ✠ veni ad salvandum
nos Domine Deus noster. Isa. cap. 33. Jer. 29.

## Die XXIV. Dec.

### In vigilia Nativitatis Domini.

℣. Si venerit in Dominica, officium fit
hoc modo:

mnis. de vigilia: hymnus: Instantis ad-
ventum. ut die XVIII.
Antiphona AVE. I. A II. Noct. de psalterio.
Lectiones I. Nocturni ut infra, cum R. R.
ex II. Noct. Dominica IV. In II. Noct.
Lectiones ex eadem Dominica, cum R. R.
ex III. Noct. ibidem.
In III. Nocturno ant. de antica ut Dom. I.
adventus. V. anima nostra, ut infra.
Lectiones ex Dom. IV. cum R. R. quatuor
infra positis: Evangelium et oratio, ac
cætera deinceps omnia de vigilia, cum
commemoratione Dominicæ ad laudes.
ad Primam non dicitur Symbolum.

## Ad vigilias Nocturnas.

Invitat. Dominus prope est: * venite
adoremus. Philip. 4.
Hymnus: Instantis adventum. ut die XVIII.

## In I. Nocturno.

V. Anima nostra sustinet Dominum:
R. Quoniam adiutor et protector noster est. Ps. 32.

## Lectio I.

De Isaia propheta. cap. 66.

Audite verbum Domini, qui tremitis ad
verbum eius: dixerunt fratres vestri odien-
tes vos, et abicientes propter nomen meum:
Glorificetur Dominus, et videbimus in
lætitia vestra: ipsi autem confundentur.
Vox populi de civitate, vox de templo, vox
Domini reddentis retributionem inimi-
cis suis. Antequam parturiret, peperit,
antequam veniret partus eius, peperit
masculum. quis audivit unquam tale?
et quis vidit huic simile? numquid par-
turiet terra in die una? aut parietur gens

Simul, quia parturivit et peperit filios suos? dicit Dominus: numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? ℣. Lætamini cum Jerusalem, et exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio universi, qui lugetis super eam, ut sugatis, et repleamini ab ubere consolationis eius: ut mulgeatis et delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius.

℟. j. vel g. Hæc ipsa hora, quæ nunc est: ℣. eras mittam ducem super populum meum, et salvabit populum meum; venit enim clamor eorum ad me. ℟. Prope est justificatio mea, non elongabitur; et salus mea non morabitur. ℣. eras. j. Reg. g. 4f. 46.

In Dominica ℟. jo. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: ℣. dic civitatibus Juda: ecce Deus vester venit. ℟. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. ℣. dic. Isa. 40.

## Lectio II.

Quia hoc dicit Dominus: ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis: ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. ℣. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini. Videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt: et cognoscetur manus Domini servis eius; et irruent et videbunt gloriam meam.

℣. 2. vel ii. adese festinanter in tempore: ✱ judicabit Dominus populum suum, et in servis suis miserebitur. ℣. Dominus dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui. ✱ judicabit. Dan. 32. 1. Reg. 2.

## Lectio III.

### Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Ser. 5. in vig. Nativ.

Celebraturi Dominico nativitatis mysterio sacramentum jure quidem monemur, fratres, in omni sanctificatione preparari. Adest enim Sanctus sanctorum, adest ipse, qui dixit: sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Susceperus olim divina mandata carnalis Israel, sanctificabatur in justificationis carnis, in baptismatibus variis, in muneribus et hostiis, que non poterant juxta conscientiam perfectum facere servientem. Verum hec quidem omnia transierunt, nimirum usque ad tempus correctionis imposita, quod utique jam advenit. Opportune igitur ex hoc jam perfecta nobis indicitur sanctificatio, interna mandatur ablutio, exigitur mundicia spiritualis, dicente Domino: beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ad hoc vivimus, fratres, ad hoc nati, ad hoc vocati sumus, ad hoc nobis dies hodiernus illuxit. Ab hoc igitur sancto hodie sanctificemur, ut majestatem ejus, ubi dies illa affulserit, videamus. Siquidem dies sanctificationis illuxit nobis, dies salutis, non gloriæ aut felicitatis.

℟. 3. vel 12. Surge, sanctifica populum, et dic eis: * sanctificamini in crastinum. ℣. Crastina faciet Dominus inter vos mirabilia. * Sanctif. ℣. gloria. * Sanctif. Jos. 7.

## In II. Nocturno.

### Lectio brevis. Hebr. 10.

Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem: fidelis enim est, qui repromisit; et consideremus invicem in provocationem charitatis et bonorum operum, consolantes; et tanto magis, quanto videritis adpropinquantem diem.

℣. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua:

℟. Ne obliviscaris pauperum. Ps. 9.

### Oratio ut ad Laudes.

Si venerit in Dominica, dicitur sequens Evangelium.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 1.

Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem vir eius, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hoc autem ea cogitante ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens: Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

## Ad Laudes matutinas absque. duplex.

### Antiphonæ.

1. State confidenter: ✠ et videbitis auxilium Domini super vos. 2. Paral. 20.
2. Nolite timere, nec paveatis: ✠ cras egredimini, et Dominus erit vobiscum. ibid.
3. Sanctificamini, ✠ cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Jos. 3.

4. ad Laud. Expergiscimini, et laudate, qui habitatis in pulvere: ✠ ecce enim Dominus egredietur de loco suo. Is. 26.
5. Vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos: ✠ et mane videbitis gloriam Domini. Exod. 16.

### Lectio apocal. 22.

Et Spiritus et sponsa dicunt veni; et qui audit, dicat veni. Etiam venio cito: amen; veni Domine Jesu.

R. br. Respice de cælo et vide; ✠ et visita vineam istam:
℣. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua. ✠ et visita. ℣. gloria. Rep. Ps. 79.

Hymnus: Auctoris adventum. ut Die XVIII.

℣. Non discedimus a te, vivificabis nos:
℟. Et nomen tuum invocabimus. Ps. 79.

ad Bened. ant. Quasi diluculum preparatus est egressus eius: ✠ et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terræ. Ose. 6.

### Oratio Sac. Greg.

Deus, qui nos redemptionis nostræ annua exspectatione lætificas: præsta, ut unigenitum tuum, quem redemptorem lætis suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum.

Si hodie fit Dominica, de ea fit sequens commemoratio.

Ant. Custodite judicium, et facite justitiam: * quia juxta est salus mea, ut veniat, et justitia mea, ut reveletur. Ps. 66.

℣. Dominus virtutem populo suo dabit:

℟. Dominus benedicet populo suo in pace. Ps. 28.

Oratio de Dominica IV. adventus.

Ad Tertiam.

Lectio Ag. 2.

Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum, et veniet desideratus cunctis gentibus.

℣. Propè timentes Dominum salutare ejus:

℟. Ut habitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Ad Sextam.

Lectio Mich. 5.

Stabit et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui. Et convertentur: quia nunc magnificabitur usque ad terminos terræ, et erit iste pax.

℣. Orietur in diebus ejus justitia:

℟. Et abundantia pacis. Ps. 71.

Ad Nonam.

Lectio Dan. 9.

Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam: ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et prophetia: et ungatur sanctus sanctorum.

℣. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ Domine:

℟. Quia pauperes facti sumus nimis. Ps. 78.

## Ad Vesperas.

### Solemnitas.

. ant. Levate capita vestra: * quoniam adpropinquat redemptio vestra. Luc. 2j.

. ant. Juxta est salus mea, ut veniat: * et justitia mea, ut reveletur. Jsa. 56.

. ant. Antiqua ne intueamini: * ecce ego facio nova, et nunc orientur. Jsa. 43.

. ant. Nolite timere: * state, et videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie. Exod. 14.

### Lectio. Heb. 10.

Adhuc modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, et non tardabit.

R. Iber. apparebit in finem: * et non mentietur. Resp.

V. Quia veniens veniet, et non tardabit. * et non. V. Gloria. Resp. Hab. 2.

Hymnus: Veni redemptor. ut die XVII.

℣. Tu exurgens Domine misereberis Sion:
℟. Quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Psl. 101.

Ad Magnif. ant. Lauda et lætare filia Sion: * quia ecce venio, et habitabo in medio tui, ait Dominus. Zach. 2.

### Oratio Sacr. Greg.

Præsta misericors Deus: ut ad suscipiendum Filii tui singulare et Nativitatis mysterium et mentes credentium præparentur; et non credentium corda fulciantur. Per eumdem Dominum.

Clausula hymni in Complet. qui liberator. hodie nondum mutatur.

## Die XXV. Dec.

Nativitas D. N. J. C.

Solemnitas I. classis. 12. Cal.

### Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Natus est nobis hodie Salvator: * venite adoremus. Luc. 2.

### Hymnus Paris.

1. Jam desinant suspiria;
Audivit ex alto Deus: *
Coeli patescunt: en adest
Promissa pax mortalibus.

2. Profunda noctis otia
Coelestis abrumpit chorus: *
Natumque festo carmine
Annuntiat terris Deum.

3. Specum sacratum pervigil
Dum turba pastorum subit: *
Lamus, et casti pia
Cunis feramus oscula.

4. Ut quale nobis panditur
Intrantibus spectaculum! *
Praesepe, foenum, fascia,
Parens inops, infans puer.

5. Tunc ille Christe, Filius
Et splendor aterni Patris? *
Hunc ne cerno, qui levi
Orbem pugillo sustines?

6. Sic est verenda quicis latet,
Fides penetrat nubila: *
Agnosce, quem proni vident,
Tremunt, adorant Angeli.

7. Agis magistrum vel tacens,
Ex hac nos doces cathedra: *
Vitare quod carni placet,
Caro quod horret perpeti.

℣. Castos amores nutriens,
Sanans immanes spiritus: ✱
Divine nostris o Puer!
Precordiis innasceris: amen.

In I. Nocturno.
antiphona.

1. Consurge filia Sion: ✱ landa in morte,
in principio vigiliarum. Thren. 2.
Psalmi de psalterio ex vigiliis feriæ tertiæ,
in qua deinde dicuntur psalmi ex feria,
in quam festum Nativitatis incidit.
2. Parvulus natus est nobis, ✱ & filius datus
est nobis. Is. 9.
3. Vocabitur nomen eius admirabilis, ✱
Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps
pacis. ib.
4. Ecce Deus noster iste, exspectavimus eum: ✱
& salvabit nos. Is. 25.
5. Iste Dominus, sustinuimus eum: ✱ exulta-
bimus & lætabimur in salutari eius. ib.
6. Tanquam sponsus Dominus ✱ procedens
de thalamo suo. Ps. 18.
℣. oblationem noluisti, corpus autem aptasti
mihi:
℟. Tunc dixi: ecce venio. Hebr. 10.

Quatuor sequentes lectiones Isaiæ le-
guntur sine titulo.

Lectio I. cap. 9.

Primo tempore alleviata est terra Zabu-
lon & terra Nephthali: & novissime aggra-
vata est via maris trans Jordanem Gali-
læa gentium. Populus, qui ambulabat
in tenebris, vidit lucem magnam: habitan-
tibus in regione umbræ mortis lux
orta est eis. Multiplicasti gentem, & non
magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram

te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia. Jugum enim oneris eius, et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, et vestimentum mistum sanguine erit in combustionem et cibus ignis. Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis. Super solium David et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud et corroboret in judicio et justitia, amodo et usque in sempiternum.

℟. Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: * quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. ℣. Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. * quia.

## Lectio II. cap. 40.

Consolamini, consolamini populus meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt

prava in directa, et asperа in vias planas:
et revelabitur gloria Domini, et videbit
omnis caro pariter, quod os Domini locu-
tum est.

℣. Salvavit sibi dextera ejus: * in conspectu
gentium revelavit justitiam suam. ℟.
Viderunt omnes termini terræ salutare
Dei nostri. * in conspectu. ℣. gy.

## Lectio III.

Super montem excelsum ascende tu, qui
evangelizas Sion: exalta in fortitudine
vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem:
exalta, noli timere. Dic civitatibus
Juda: ecce Deus vester. Ecce Dominus Deus
in fortitudine veniet, et brachium ejus
dominabitur: ecce merces ejus cum eo,
et opus illius coram illo. Sicut pastor
gregem suum pascet, in brachio suo congre-
gabit agnos, et in sinu suo levabit foetas
ipse portabit.

℣. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium
suum unigenitum daret: * ut omnis,
qui credit in eum, non pereat, sed habeat
vitam æternam. ℟. In dilectione sua,
et indulgentia sua ipse redemit eos. * ut
omnis. Jo. 3. ℣. 63.

## Lectio IV.

Exsurge, exsurge, induere fortitudine
tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ
Jerusalem civitas sancti: quia non adjiciet
ultra, ut pertranseat per te incircumcisus
et immundus. Excutere de pulvere, con-
surge, sede Jerusalem: solve vincula colli
tui captiva filia Sion. Quia hæc dicit
Dominus: gratis venumdati estis, et sine
argento redimemini. Quia hæc dicit Dominus

Deus: in Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi, et Assur absque ulla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.

℟. Lauda filia Sion, jubila Israel; lætare et exulta in omni corde: * rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultra. ℣. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. * rex. ℣. gloria. * rex. Soph. 3. Matth. 1.

## In II. Nocturno.

### Antiphonæ.

1. In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum: * et Deus erat verbum. Jo. 1.
2. In ipso vita erat, * et vita erat lux hominum. ib.
3. Vita manifestata est, quæ erat apud Patrem: * et apparuit nobis. 1. Jo. 1.
4. Egressus es in salutem populi tui Domine, * in salutem cum Christo tuo. Hab. 3.
5. Exivi a Patre meo: * et veni in mundum. Jo. 16.
6. Ego veni, ut vitam habeant, * et abundantius habeant. Jo. 10.

℣. Tecum principium in die virtutis tuæ.
℟. In splendoribus Sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Psal. 109.

### Lectio V.

Sermo Sancti Leonis Papæ.

Serm. 1. de Nativ.

Salvator noster, dilectissimi! natus est:
gaudeamus. Neque enim locum fas est ibi
esse tristitiæ, ubi natalis est vitæ: quæ con-
sumto mortalitatis timore ingerit nobis
de promissa æternitate fiduciam. Nemo
ab hujus alacritatis participatione secer-
nitur. Una cunctis lætitia communis est:
quia Dominus noster, peccati mor-
tisque destructor, sicut nullum a reatu
liberum reperit, ita pro liberandis omni-
bus venit. Exultet sanctus, quia propin-
quat ad palmam: gaudeat peccator, quia
invitatur ad veniam: animetur gentilis,
quia vocatur ad vitam.

℟. Deus ipse prior dilexit nos, et misit
Filium suum propitiationem pro peccatis
nostris: * Et nos cognovimus et credimus
caritati, quam habet Deus in nobis. ℣.
Misericordiam Domini in æternum cantabo, laudem
Domini super omnibus, quæ reddidit nobis.
* Et nos. 1. Joh. 4. ff. 63.

## Lectio VI.

Dei namque Filius secundum plenitudinem
temporis, quam divini consilii inscrutabi-
lis altitudo disposuit, reconciliandam
auctori suo naturam generis assumsit hu-
mani; ut inventor mortis diabolus per
ipsam, quam vicerat, vinceretur. In quo
conflictu pro nobis invicto, magno et mira-
bili æquitatis jure certatum est, dum Om-
nipotens Dominus cum fortissimo hoste
non in sua majestate, sed in nostra con-
greditur humilitate, objiciens ei eamdem
formam, eamdemque naturam, mortalita-
tis quidem nostræ participem, sed peccati to-
tius expertem. Alienum quippe a hac

nativitate est, quod de omnibus legitur: nemo mundus a sordibus, nec infans, cuius est unius diei vita super terram. et nihil ergo in ista singulari nativitatem de carnis concupiscentia transiit, nihil de peccati lege manavit.

℟. Cum in forma dei esset Christus, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, * in similitudinem hominum factus, et et habitu inventus ut homo. ℣. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator. * in simil. Philip. 2. ℣. 45.

## Lectio VII.

Verbum igitur Dei Deus, Filius Dei, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil, propter liberandum hominem ab aeterna morte, factus est homo. Salva igitur proprietate utriusque substantiae, et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas: et ad dependendum nostro conditionis debitum natura inviolabilis naturae est unita passibili, Deusque verus et homo verus in unitatem Domini temperatur: ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem Dei hominumque mediator et mori posset ex uno, et resurgere posset ex altero. Talis nativitas, dilectissimi! decuit Dei virtutem et Dei sapientiam Christum: qua nobis et humanitate congrueret, et divinitate praecelleret. Si enim esset Deus verus, non afferret remedium: nisi esset homo verus, non praeberet exemplum.

℟. Tuae qualem charitatem dedit nobis Pater * ut filii Dei nominemur et simus.

℣. Fecisti in nobis Domine Deus noster, secundum omnem benignitatem tuam. ℟. et secundum. 1.Esd. 8. Baruch 2.

## Lectio VIII.

Agamus ergo, dilectissimi! gratias Deo Patri per Filium eius in Spiritu sancto: qui propter nimiam misericordiam suam, qua dilexit nos, miserius est nostri: et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo; ut essemus in ipso nova creatura, novum quoque figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis: et adepti participationem generis Christi, carnis renuntiemus operibus. Agnosce, o christiane! dignitatem tuam, et divinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento, cuius capitis et cuius corporis factus sis membrum. Reminiscere, quia eruptus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen et regnum.

℟. Gaudete et laudate simul, quia consolatus est Dominus populum suum: ℣. paravit brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. ℣. Misit Deus Filium suum in mundum, ut salvetur mundus per ipsum. ℣. paravit. ℣. Gloria. ℟. paravit. Ff. 52. Joa. 3.

## In III. Nocturno.

Ant. Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, ℟. et lætitia cordis. Ff. 30.

### Canticum I. Isa. 25.

Domine Deus meus es tu: ℟. exaltabo te,
et confitebor nomini tuo:
Quoniam fecisti mirabilia; ℟. cogitationes antiquas fideles:
Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo

egeno in tribulatione sua: * ꝓ a turbine, umbraculum ab æstu.
Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ: * pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.
Et præcipitabit in monte isto faciem velaminis contracti super omnes populos, * et telam, quam orditus est super omnes nationes.
Præcipitabit mortem in sempiternum: * et auferet Deus omnem lacrymam ab omni facie;
Et opprobrium populi sui auferet de universa terra: * quia Dominus locutus est.
Et dicet in die illa: ecce Deus noster iste: * exspectavimus eum, et salvabit nos:
Iste Dominus, sustinuimus eum: * exultabimus et lætabimur in salutari ejus.

## Canticum II. Isa. 26.

Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, * ponetur in ea murus et antemurale.
Aperite portas, et ingrediatur gens justa, * custodiens veritatem.
Vetus error abiit, servabis pacem, * pacem, quia in te speravimus.
Sperastis in Domino in sæculis æternis, * in Domino Deo forti in perpetuum.
Quia incurvabit habitantes in excelso: * civitatem sublimem humiliabit:
Humiliabit eam usque ad terram, * detrahet eam usque ad pulverem.
Conculcabit eam pes pedes pauperis, * gressus egenorum.
Semita justi recta est: * rectus callis justi ad ambulandum.

## Canticum III. Gf. 41.

Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit
Dominus: * jubilate extrema terræ:
Resonate montes laudationem, * saltus et
omne lignum eius:
Quoniam redemit Dominus Jacob; * et
Israel gloriabitur.
Hæc dicit Dominus redemptor tuus, * et for-
mator tuus ex utero:
Ego sum Dominus faciens omnia, * extен-
dens cælos solus, stabiliens terram, et
nullus mecum,
Irrita faciens signa divinorum, * et ario-
lorum furorem vertens:
Convertens sapientes retrorsum, * et scien-
tiam eorum stultam faciens:
Suscitans verbum servi sui, * et consilium
nuntiorum suorum complens.
Qui dico Jerusalem: habitaberis, et civita-
tibus Juda: ædificabimini; * et deserta
eius suscitabo.

Ant. Canticum erit vobis sicut nox sancti-
ficatæ solemnitatis; * et lætitia cordis. Gf. 30.

℣. Deus rex noster ante sæcula,
℟. Operatus est salutem in medio terræ. Ps. 73.

Absolutio. Benefaciat vobis Deus, et me-
mineritt testamenti sui, quod locutus est,
servorum suorum fidelium. j. Mach. 2.

Benedictio. Stent succincti lumbos vestros
in veritate, et induti loricam justitiæ:
et calceati pedes in præparatione Evangeliæ
pacis. Ephes. 6.

## Lectio IX.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.
cap. j.

Liber generationis Jesu Christi filii David,
filii Abraham. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.
l. j. comment.

In Isaia legimus: generationem eius quis enarrabit? Non ergo putemus Evangelistam Prophetæ esse contrarium: ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit, ut per hominem Deum discere incipiamus. Sed quærat diligens lector et dicat: quum Joseph non sit pater Domini Salvatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus usque ad Joseph? Cui respondebimus primum, non esse consuetudinis Scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde, ex una tribu fuisse Joseph et Mariam: unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam, et quod simul censentur in Bethlehem, ut de una videlicet stirpe generati.

℟. Cum quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet: ✠ omnipotens sermo tuus de cœlo a regalibus sedibus in terram prosiliit. ℣. De Maria natus est Jesus, qui vocatur Christus. ✠ omnipot. Sap. 18. Matth. j.

Benedictio. Detur tibi sermo in aperitione oris tui: cum fiducia notum facere mysterium Evangelii. Eph. 6.

## Lectio X.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.
cap. 2.

In diebus illis: exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 8. in Evang.

Quia largiente Domino Missarum solemnia hodie celebraturi sumus, loqui diu de evangelica lectione non possumus. Sed vos aliquid vel breviter dicere Redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est, quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc, quod aperte monstratur, quia ille veniebat in carne, qui electos suos adscriberet in æternitate? Qui etiam bene in Bethlehem nascitur: Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est, qui ait: ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Locus ergo, in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est, quia futurum profecto erat, ut ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna saturitate reficeret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur, ut profecto ostenderet, quia per humanitatem suam, quam assumserat, quasi in alieno nascebatur.

℟. Exspectatio Israel Salvator ejus: quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? ✠ quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non possit salvare? ℣. Peperit Maria filium suum, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio. ✠ quare. Jer. 14. Luc. 2.

℣. Benedictio. Fulgeat nobis illuminatio evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. ℟. Amen. 2. Cor. 4.

## Lectio XI.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

c. 1.

Initium evangelii Jesu Christi, Filii Dei: sicut scriptum est in Isaia propheta. Cæteri.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
L. 2. in Luc.

Cur de causa venerit Christus, Joannes testatur: ecce Agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ille parvulus, ille infantulus fuit, ut tu vir perfectus esse perfectus. Ille involutus in pannis, ut tu mortis laqueis sis absolutus. Ille in presepibus, ut tu in altaribus: ille in terris, ut tu in coelis. Ille alium locum in eo diversorio non habebat, ut tu plures haberes in coelestibus sedibus mansiones. Qui cum dives esset, propter vos pauper factus est, ut illius inopia vos ditaremini. Meum ergo paupertas illa patrimonium est, et infirmitas Domini mea est virtus. Maluit sibi egere, ut omnibus abundarem. Ne illius infantiae vagientis ablueret fletus, mea lacrymae illo delicta laverunt. Plus igitur, Domine Jesu, injuriis tuis debeo quod redemtus sum, quam operibus, quod creatus sum. Non prodesset nasci, nisi redimi profuisset. Sed nemo intra unius corporis formam omnem divinitatis includat. Alia natura carnis est, alia divinitatis gloria. Propter te infirmitas, in te potentia: propter te inopia, in te opulentia. Noli hoc aestimare, quod cernis, sed quod redimeris agnosce.

℟. Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi: * quoniam propter vos egenus factus, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. ℣. Adest miles in Domino laetitiam, et pauperes homines in sancto Israel exultabunt. * quoniam. 2. Cor. 8. ff. 29.

Benedictio. Permaneamus in fide fundati: et immobiles a spe evangelii.
℟. amen.

## Lectio XII.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.
cap. j.

In Principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
Epist. ad Honor. 140. al. 120. c. 3. et 4.

Quem filium Deus miserit, fierique ex muliere voluerit, quantus ille Deus sit, qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere dignatus fuerit, ut agnoscas, nunc attende Evangelium. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hic ergo Deus Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, Filius Dei est. Cum esset Filius Dei, venit, ut fieret filius hominis, donaretque nobis, qui eramus filii hominum, filios Dei fieri. Descendit ergo ille, ut nos ascenderemus, et participata natura filiorum hominum, ad participandam etiam suam naturam adoptaret filios hominum. Quapropter cum dixisset: dedit eis potestatem filios Dei fieri, mox adjunxisset, ne carnalis intelligeretur nativitas, quod scilicet eis id praestiterit, qui credunt in nomine ejus, et per gratiam renascuntur spiritalem, mox commendavit hujus vilissimi sacramentum. Tamquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare, statim subjunxit: Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Tamquam diceret: o homines! nolite desperare vos fieri posse filios Dei, caro factum est, et habitavit in nobis. Reddite vicem: efficiamini spiritus, et habitate in illo, qui caro factus est, et habitavit in nobis:

Neque enim jam desperandum est, participatione Verbi fieri posse homines filios Dei, quando Filius Dei participatione carnis factus est filius hominis.

℟. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: ✻ et ✠ vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre. V. Gn ferris visus est, et cum hominibus conversatus est. ✻ et vid. V. gloria. ✠ vidimus. Jo. j. Baruch 3.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino: et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David: ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio; quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione ~~eadem~~ eadem vigilantes, et custodientes vigilias nocte super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator

mundi: qui est Christus Dominus, in civita-
te David. Et hoc vobis signum: invenietis
infantem pannis involutum, et positum
in praesepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo militiae coelestis, laudantium
Deum, et dicentium: gloria in altissimis
Deo, et in terra pax hominibus bonae vo-
luntatis.

Oratio San. Gelas.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri
luminis fecisti illustratione clarescere:
da quaesumus, ut cujus lucis mysteria
in terra cognovimus, ejus quoque gaudiis
in coelo perfruamur: Qui tecum vivit.

Ad dictum ad vigilias tantum.

℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino:
℟. Deo gratias.

Quo dicto dicitur prima Missa, postquam
absolute sine praemisso Patere. inchoan-
tur Laudes matutinae per ℣. Deus in
adjutorium ℣.

Ad Laudes matutinas

antiphonae.

1. Pastores erant vigilantes, et excubantes
vigilias noctis super gregem suum: ✠ et ecce
Angelus Domini stetit juxta illos. Luc. 2.
2. Dixit illis angelus: nolite timere: ✠ ecce
enim evangelizo vobis gaudium mag-
num, quod erit omni populo. ib.
3. Natus est vobis hodie Salvator: ✠ qui est
Christus Dominus in civitate David. ib.
4. Facta est cum angelo multitudo mi-
litiae coelestis, ✠ laudantium Deum. ib.
5. Gloria in altissimis Deo: ✠ et in terra
pax hominibus bonae voluntatis. ib.

Psalmi ex Matutinis Feriae III.

Lectio. Tit. 3.

Apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

℟. br. Notum fecit Dominus * salutare suum. Rep.

℣. Recordatus misericordiæ et veritatis suæ. * salutare. ℣. gloria. Rep. Ps. 97.

Hymnus ambros. ex corr. Rom.

1. A Solis ortus cardine
ad usque terræ limitem, *
Christum canamus principem,
Natum Maria virgine.

2. Rerum creator omnium
Servile corpus induit: *
Ut carne carnem liberans
Non perderet, quos condidit.

3. Quod ante mundi tempora
Ex Patre Verbum prodidit: *
Obnoxius sit tempori,
Mortalis infans nascitur.

4. Foeno jacere pertulit,
Præsepe non abhorruit: *
Parvoque lacte pastus est
Cibus perennis cœlitum.

5. Mundi rotant quæ cardines,
Manus ligantur fasciis: *
Imbellis et plorans jacet
Ut nos jacentes erigat.

6. Tibi sit, Jesu, gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre eunque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Sta claudantur hymni eiusdem metri usque ad Epiphaniam nisi aliter notetur.

℣. Cantate Domino, ℟ benedicite nomini eius:
℣. Annunciate de die in diem salutare eius. Ps. 95.
Ad Bened. ant. Visitavit Dominus, et fecit redemptionem plebi suo: * sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum eius. Luc. 1.

Oratio Sac. Gelas.

Da quæsumus omnipotens Deus: ut qui nova incarnati Verbi tui luce perfundimur; hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eumdem Dominum.

Et dicitur hoc loco tantum.

Ad horas diurnas.

Hora quinta dicitur Prima, post quam dicitur II. Missa in aurora, cum commemoratione S. Anastasiæ M.

ad Primam.

ant. Magnum pietatis sacramentum, * Deus manifestatur in carne. 1. Tim. 3.

ad Tertiam.

ant. Omnia per ipsum facta sunt, * et sine ipso factum est nihil. Jo. 1.

Lectio Hebr. 1.

Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum: per quem fecit et sæcula.

℣. Filius meus es tu, ego hodie genui te:
℟. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Ps. 2.

Oratio Sac. Gelas.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: ut nos unigeniti tui nova per carnem

nativitas liberet; quos subpeccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Dominum.

Et dicitur hodie ad omnes sequentes horas.

## Ad Sextam.

Ant. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, * his qui credunt in nomine eius. Jo. 1.

### Lectio j. Joh. 3.

Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus.

℣. Ego dixi: Dii estis.

℟. Et filii Excelsi omnes. Ps. 81.

## Ad Nonam.

Ant. Vidimus gloriam eius quasi gloriam unigeniti a Patre, * plenum gratiæ et veritatis. Jo. 1.

### Lectio j. Jo. 3.

Charissimi! nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus: scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

℣. Viderunt omnes termini terræ,

℟. Salutare ~~Dei~~ Dei nostri. Ps. 97.

## Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad horas.

### Lectio j. Jo. 4.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

℟br. Misit Deus verbum suum, * Sanavit eos: Rep.

℣. Eripuit eos de interitionibus eorum. * Et sanavit. ℣. Gloria. Rep. Ps. 106.

Hymnus ex brev. Paris.

1. Jesu redemptor omnium,
Summi Parentis unice. *
Qui solus ante secula
Patri deo par nasceris.

2. Tu nostra pax et gloria,
Spes una tu mortalium: *
Intende quas tibi preces
De cordis ara fundimus.

3. Qui corporis nostri volens
Nascendo formam suscipis: *
Divinitatis nos simul
Jasepe consortes tuo.

4. Ad illud evectos deus
Juere fratres: * degener
Ne vita fontes pristinam
In vilitatem deprimat.

5. Hoc sancta te poscit dies,
Orbus dies tui memor: *
Quo lucido surgens thoro
Solveras orbem vinculis.

6. Nunc ergo terra, nunc polus
Vastique tractus aequoris, *
Qui te dedit, festis Patrem
Laudare certant canticis.

7. Et nos, perennis o quibus
Salutis auctor nasceris, *
Sanctum triumphali juvat
Ornare concentu diem.

8. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. Amen.

℣. Recordatus est misericordiæ suæ,
℟. Et veritatis suæ domui Israel. Ps. 97.

Ad Magnif. Ant. Misericordia Domini
a progenie in progenies timentibus eum: *
Suscepit Israel puerum suum, recordatus
misericordiæ suæ. Luc. 1.

Oratio ut ad horas.

Pro commemoratione S. Stephani.

Ant. Elegerunt Stephanum, plenum fide & Spiritu sancto: * hunc statuerunt ante conspectum apostolorum, & orantes imposuerunt ei manus. ad. 6.

V. Beatus, quem elegisti & assumpsisti:

R. Inhabitabit in atriis tuis. Ps. 64.

Oratio Sacr. Gelas.

Da nobis, quæsumus Domine, mitari, quod colimus, ut discamus & inimicos diligere: quia cujus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus suis exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

## Die XXVI. Dec.

S. Stephani Levitæ & Protomartyris.

Festivitas II. classis, 12. Lect.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Jesum stantem a dextris Dei: * venite adoremus. ad. 4.

Hymnus Cluniac. S.

1. O qui tuo, dux martyrum,
Profers coronam nomine: *
Non de caducis floribus
Tibi coronam nectimus.

2. Tuo corusco sanguine
Quam saxa fulgent pulcrius!
Aptata sacro vertici
Non sic micarent sidera.

3. Impressa frontis vulnera
Ceu tela lucis emicant: *
Et angelo monstrat parem
Quod prodidit e vultu ruber.

1. Tu prima Christo victime
Vitam rependis victima: ✠
Primusque festis emulo
Tu morte Christum prodicas.

5. Tu primus offensam tibi
Maris rubri pandis viam: ✠
Quo te sequentur Martyrum,
Quos dux preis, exercitus!

6. Tunc administer pauperum,
Nunc nuptiali splendius
Tui cruoris purpura: ✠
Mensis superni oculeas.

7. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: ✠
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

In 1. Nocturno.
antiphone.

1. Ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini ✠ ut annuntiem Jacob scelus suum. Mich. 3.

2. Factus est sermo Domini in corde meo quasi ignis exæstuans, ✠ clausus que in ossibus meis. Jer. 20.

3. Inimicus factus sum verum dicens, ✠ non enim poterant sustinere precepta Domini. Gal. 4. Luli. 48.

4. Suscitatur falsiloquus adversum faciem meam contradicens mihi: ✠ collegit furorem suum in me. Job. 16.

5. Comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: ✠ terribilibus oculis me intuitus est. ibid.

6. Aperti sunt coeli, et visiones Dei: ✠ et ecce ibi gloria Domini. Ezech. 1. 28.

℣. Providebam Dominum in conspectu meo semper:
℟. Quoniam a dextris est mihi, ne commovear.
Ps. 15.

## Lectio I.

Incipit epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios. cap. i.

Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater, ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum et nostro: gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

℟. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis: * considerate ergo viros ex vobis boni testimonii, quos constituamus super hoc opus.

℣. Levitæ erant ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis: ut custodiant quæ sibi fuerint commendata. * considerate.

Act. 6. Num. 8.

## Lectio II.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu: quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi: qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi. Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem filii eius Jesu Christi Domini nostri.

℟. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: * statues levitas in conspectu Aaron et filiorum eius, et consecrabis oblatos Domino. ℣. Elegerunt Stephanum virum plenum fide et Spiritu sancto, et statuerunt ante conspectum apostolorum. * statues.

N. S. act. 6.

## Lectio III.

Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi: ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephe, ego autem Christi? Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?

℟. Stephanus plenus gratia et fortitudine, * faciebat prodigia et signa magna in populo. ℣. Surrexit quasi ignis, et verbum illius quasi facula ardebat. * faciebat. act. 6. Luc. 48.

## Lectio IV.

Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizavi autem et Stephanæ domum: cæterum nescio, si quem alium baptizaverim. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem, qui salvi fiunt, id est, nobis Dei virtus est. Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo.

℟. Surrexerunt quidam disputantes cum Stephano: * et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui + qui loquebatur. ℣. Dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. * et non. ℣. Gloria. + qui. act. 6. Luc. 21.

In II. Nocturno.

Antiphonæ.

1. Odio habuerunt corripientem, * & loquentem perfecte abominati sunt. Amos. 5.
2. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum: * & quærunt animam meam, ut auferant eam. 3. Reg. 19.
3. Audivi terrorem in circuitu: * persequimini, si quo modo ultionem consequamur ex eo. Jer. 20.
4. Non fis tu mihi formidini: * spes mea tu in die afflictionis. ib. 17.
5. Domus Israel noluntaudire te, quia noluerunt audire me: * cui dedi faciem meam valentiorem faciebus eorum. Ezech. 3.
6. Nihil vereor, dum modo consummem ministerium verbi: * quod accepi a Domino. Act. 20.

V. Sederunt principes, & adversum me loquebantur:

℟. Servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis. Ps. 118.

## Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 188. de Sanct. nov. ed.

Natalem Domini hesterna die celebravimus, servi hodie natalem celebramus: sed natalem Domini celebravimus, quo nasci dignatus est, natalem servi celebramus, quo coronatus est. Celebravimus natalem Domini, quo indumentum nostro carnis accepit: natalem servi celebramus, quo sua carnis indumentum abjecit. Natalem Domini celebravimus, quo factus est similis nobis: celebramus natalem servi, quo factus est proximus Christo. Sicut enim Christus nascendo Stephano, ita Stephanus moriendo conjunctus

Ad Christo. Sed Domini nostri Jesu Christi de
nativitatis et passionis diem gemino devo-
tionis obsequio frequentat ecclesia, quoniam
utrumque medicina est. Nam et natus est,
ut renasceremur; mortuus est, ut in per-
petuum viveremus. Martyres autem ad
mala certamina nascendo venerunt, tra-
hentes originale peccatum: moriendo autem
ad bona certissima transierunt, finientes
omne peccatum.

℟. Locuti sunt adversum me principes, et ad omnem
populum dicentes: ✱ judicium mortis est
viro huic, quia prophetavit adversus civita-
tem istam. ℣. Statuerunt falsos testes,
qui dicerent: homo iste non cessat loqui verba
adversus locum sanctum et legem. ✱ judicium.
Jer. 26. act. 6.

## Lectio VI.

Nam si in persecutione constitutos futura
beatitudinis praemia non consolarentur,
quando illa de diversis passionibus supplicia
sustinerent? Si beatus Stephanus sublimibus
lapidum constitutus futura praemia non
cogitasset, quomodo illam grandinem per-
tulisset? Sed illius praeceptum gestabat in
animo, cujus praesentiam cernebat in coelo;
et ad eum flagrantissimo amore suspensus
carnem quantocyus relinquere, et ad ipsum
cupiebat advolare: nec mortem jam timue-
bat, quia Christum, quem pro se occisum
sciebat, viventem videbat: ac per hoc festi-
nabat etiam ipse mori pro illo, ut viveret
cum illo. Quidenim viderit beatissimus mar-
tyr in illo agone constitutus, recolligis ejus
dubio verba ejus, quod de actuum apostolo-
rum libro solebas audire: ecce, inquit, video
coelos apertos, et Christum stantem a dex-
tris Dei.

℟. Intuentes Stephanum omnes, qui

sedebant in concilio, * viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli. V. Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificavit eum in timore inimicorum.
* viderunt. Act. 6. vers. 15.

## Lectio VII.

Eja, fratres! sequamur eum: si enim sequimur Stephanum, coronabimur. Maxime autem sequendus et imitandus est nobis in dilectione inimicorum. Vestis enim, quia frequentium inimicorum congregatione circumdatus, cum crebris hinc et illinc saxorum ictibus tunderetur, placidus et intrepidus, mitis et lenis inter lapides, a quibus caedebatur, intuens illum pro quo caedebatur, non ait: Domine judica obitum meum; sed: accipe spiritum meum. Non ait: Domine Jesu vindica servum tuum, quem vides isto supplicio mortis addictum; sed: ne statuas illis hoc peccatum. Perstitens ergo beatissimus Martyr in testimonio veritatis, et charitatis ardens spiritu sicut nostis, pervenit ad gloriosissimum finem, et qui vocatus usque ad finem perseveravit, in fine, quod vocabatur adeptus est, sui nominis gloria Stephanus perductus est ad coronam.

℟. Quare aversus est populus iste in Jerusalem aversione contentiosa? * apprehenderunt mendacium, et noluerunt reverti. ℣. Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri. * apprehenderunt. Jer. 8. vers. 5.

## Lectio VIII.

Quando ergo beatus Stephanus pro Christo

primus sanguinem fudit, quasi corona profluit de cælo; ut eam sumerent sequentes in premio, qui præcedentis virtutem imitarentur in prælio. Impleverunt postmodum terram crebra martyria. Quicumque postea sanguinem pro Christi confessione fuderunt, imposuerunt coronam illam capiti suo, et eam secuturis integram servaverunt. Et modo fratres! de cælo pendet: quisquis eam concupierit, ad eam velociter volabit. Et ut sanctitatem nostram breviter atque celeriter hortemur, multis non opus est verbis: sequatur Stephanum, quicumque desiderat coronam.

℟. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? ✠ et interfecerunt eos, qui prænuntiabant de adventu Justi? ℣. Mitto ad vos prophetas et sapientes, et ex illis occidetis. ✠ crucifigetis. ℣. Gloria. ✠ occidetis. Act. 7. Matth. 23.

## In III. Nocturno.

Ant. Exaltabo te Domine, quia suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Domine clamavi ad te, et sanasti me. Ps. 29.

℣. Domine Deus. ut supra de Sanctitate Domini. pag. 131.

## Lectio IX.

De actibus apostolorum. cap. 6.

In diebus illis: crescente numero discipulorum factum est murmur græcorum adversus hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: non est æquum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis. Considerate ergo, fratres! viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto et sapientia, quos constituamus super

J. V. p. 1260.

hoc opus: nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide et Spiritu Sancto, et Philippum, et Prochorum, et Nicánorem, et Timónem et Pármenam, et Nicolaum advenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum apostolorum, et orantes imposuerunt eis manus.

℟. Intendens in coelum Stephanus vidit gloriam Dei, et ait: ✠ Ecce video coelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei. ℣. Ecce in coelo testis meus, et conscius meus in excelsis. ✠ Ecce video. Act. 7. Joh. 16.

## Lectio X.

Et verbum Domini crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quae appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum, qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano; et non poterant resistere sapientiae et Spiritui, qui loquebatur. Tunc subornaverunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiae in Moysen et in Deum.

℟. Dicunt: lapidetur, et aspiciat oculus noster: ✠ ipsi autem non cognoverunt consilium eius. ℣. Impetum fecerunt unanimiter in eum: et ejicientes eum extra civitatem, lapidabant. ✠ ipsi autem. Matth. 11. Act. 7.

## Lectio XI.

Commoverunt itaque plebem, et seniores et scribas: et concurrentes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium, et statuerunt falsos testes, qui dicerent: homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum et legem. audivimus enim eum dicentem: quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio viderunt faciem eius tamquam faciem angeli.

℟. Lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: ✠ Domine Jesu suscipe spiritum meum. ℣. Tu scis, quia duros ~~corporis~~ sustineo corporis dolores: propter timorem tuum libenter hoc patior. ✠ Domine. Act. c. 2. Matth. 6.

## Lectio XII.

Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in coelum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Dixit: ecce video coelos apertos, et filium hominis stantem a dextris Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eicientes eum extra civitatem lapidabant, et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Jesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamavit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

℟. Positis genibus clamavit voce magna dicens: ✱ Domine ne statuas illis hoc peccatum. ℣. Posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea; ego autem orabam. ✱ Domine. ℣. Gloria. ✱ Domine. Ant. 7. Ps. 108.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 23.

In illo tempore: Dicebat Jesus scribis et Pharisæis: ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes et scribas: et ex illis occidetis, et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris, et persequemini de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram a sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: benedictus, qui venit in nomine Domini.

Ad Laudes matutinas et horas.

antiphonæ.

1. Ipse in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: ✱ regem in decore suo videbunt oculi eius. Is. 33.
2. Aperti sunt cæli, et visiones Dei: ✱ et ecce ignis et splendor in circuitu eius. Ezech. 1.

3. Non parcius sum ad ruinam eius, qui me oderat: * ut expeterem maledicens animam eius. Job. 31.

4. ad Laud. Esto fidelis usque ad mortem, * Et dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2.

5. Assumam servum meum: * Et ponam thronum eius super lapides istos. Jer. 43.

## Lectio Jac. 1.

Beatus vir, qui sustinet tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

℟. br. Gloria et honore * coronasti eum Domine. Ps.

℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. * coronasti. Ps. 8.

## Hymnus Clun. S.

1. Quid obstinata pectora
Verbo Dei resistitis? *
Sacras docentis paginas
Sacrum quid os contunditis?

2. Omnes in unum fœdera,
Saxis graves armant manus: *
Gentes sed inter barbaras
Christum canebat prodicans.

3. Adhuc loquenti panditur
Stellata cœli regia: *
Ad dexteram Patris videt
Sublime stantem Filium.

4. Non deserit dux militem
Dum roborat, quem respicit: *
Sed arbiter certaminis
Futurus ipse præmium.

5. Deo mori sub judice
Pugnantis est victoria: *
Dum grando saxorum fluit,
Ut fortis affixus polo.

℣. Mons nempe largo vinde
Torrente lucis ebria: ✠
Nec corporis memor sui,
Jam plena almum ebibit.
℟. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: ✠
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.
℣. Tu Domine susceptor meus es:
℟. Gloria mea, et exaltans caput meum. Ps. 3.
Ad Bened. ant. Mendaces ostendit Dominus, qui maculaverunt illum. ✠ et dedit illi caritatem eternam. Sap. 10.

Oratio Sac. Gelas.

Da nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum.

Pro commemoratione octavæ Nativitatis

ant. Habemus redemtionem in Christo, ✠ qui est imago invisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Colos. 1.
℣. Benedictus, qui venit in nomine Domini:
℟. Deus Dominus, et illuxit nobis. Ps. 117.

Oratio Sac. Greg.

Concede nobis, omnipotens Deus: ut salutare tuum nova cœlorum lux mirabile, quod ad salutem mundi hodierna festivitate processit, nostris semper innovandis cordibus oriatur. qui tecum vivit.

## Ad Tertiam.

### Lectio Job. 16.

Pascus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces: ecce in cœlo testis meus, et conscius meus in excelsis.

℣. Dominus mihi adjutor:

℟. Non timebo, quid faciat mihi homo. ℣. 114.

## Ad Sextam.

### Lectio Matth. 5.

Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est.

℣. Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi:

℟. Ego autem orabam. ℣. 108.

## Ad Nonam.

### Lectio Isa. 50.

Juxta est, qui justificat me, quis contradicet mihi? Stemus simul. quis est adversarius meus? accedat ad me: Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est, qui condemnet me?

℣. Ecce Deus adjuvat me:

℟. Et Dominus susceptor est animæ meæ. ℣. 53.

## Ad Vesperas.

Antiphona ultima II. Vesperis Nativitatis.

### Lectio Apoc. 3.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.

℟.br. Posuisti Domine * super caput
eius:
℣. Coronam de lapide pretioso. * super. Ps. 20.

Hymnus Clun. S.

1. Miris probat se se modis
Prodepe prompta charitas: *
Et blandiens et impetrans
Amica semper charitas.

2. Dum saxa corpus atterunt,
Ad astra mens extollitur: *
O Christe, dixit, suscipe
Quem pono pro te spiritum.

3. Qui rectus orabat sibi,
Supplex et exspirans humi, *
Linqua diserti sanguinis
Pacem perorat hostibus.

4. Audivit e coelo Deus
Suprema verba Martyris: *
Precator ante quam fuit,
Fit proda Saulus gratiae.

5. Beata mors, tum candido
Sopore clausit lumina: *
Ad lucis aeternae jubar
Jam liber artus, evolat.

6. O Christe, quid non, dum fave,
Humana possunt pectora! *
Cuius triumphum pangimus,
Fac nos et exemplum sequi.

7. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna saecula. amen.

℣. Magna est gloria eius in salutari tuo:
℟. Gloriam et magnum decorem impones
super eum. Ps. 20.

Ad Magnif. ant. Invocavit Dominum omni-
potentem: ℟. Et si Dominus glorificavit eam,
in offerendo illi coronam gloriæ. Gali. 4.

Pro commemoratione S. Joannis apost.

Ant. Amantissimus Domini habitabit con-
fidenter in eo: ℟. quasi in thalamo tota
die morabitur, et inter humeros ejus requie-
et. Deut. 33.

℣. In velamento alarum tuarum exultabo:
℟. Adhæsit anima mea post te. Ps. 62.

Oratio Sac. Greg.

Ecclesiam tuam Domine benignus illustra:
ut beati Joannis apostoli tui et Evangelistæ
illuminata doctrinis, ad dona perveniat
sempiterna.

Pro commem. octavæ Nativitatis.

Ant. Filius Dei venit, et dedit nobis sensum,
ut cognoscamus verum Deum: ℟. et simus
in vero Filio ejus. 1. Jo. 5.

℣. Hic est Deus, Deus noster in æternum:
℟. Ipse reget nos in sæcula. Ps. 47.

Oratio ut supra ad Laudes.

## Die XXVII. Dec.

S. Joannis apostoli et Evangelistæ.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Jesum, pectoris sinu recubuit
Joannes, ℟ venite adoremus. Jo. 21.

Hymnus.

1. Tu, quem præ reliquis Christus amaverat,
O dulces hominis deliciæ Dei: ℟
Curarum socius, funeris et comes,
Et testis quoque gloriæ.
2. Fortunate nimis, cui licitum fuit
Attrectare manu Verbum, hominem Deum: ℟
Hunc audire, oculis cernere, mutuo
Quin et colloquio frui.

℣. Hoc dos quanta fuit, cum tibi credidit
Sensus Christus amans pectoris intimos: ✱
Quando monte super totus homo Deus
Sese numine vestiit.

4. Jesu in placido dum recubas sinu,
Totus plena Dei vivida flamina: ✱
Illapsu tacito se propius tuis
Numen sensibus inserit.

5. Hinc in semper amans, semper amabilis,
Hinc et frontis honos, virgineus pudor: ✱
Hinc coeleste iubar, quod super os decet,
Toto vertice funditur.

6. Patri maxima laus, maxima filio,
Amborumque sacro maxima Flamini: ✱
Haec est certa fides, fontibus e tuis
Quam divinitus hausimus. amen.

## In I. Nocturno.

### antiphona.

1. Vidit Jesus duos fratres, Jacobum Zebedei et Joannem fratrem eius in navi, ✱ cum Zebedaeo patre eorum. Matth. 4.

2. Vidit ipsos componentes retia in navi, ✱ et vocavit illos. Marc. 1.

3. Illi statim relictis retibus et patre, ✱ secuti sunt eum. Matth. 4.

4. Accedunt ad Jesum Jacobus et Joannes dicentes: ✱ da nobis, ut unus ad dexteram tuam, et alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Marc. 10.

5. Respondens Jesus dixit: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ✱ dicunt ei: possumus. Matth. 20.

6. Calicem quidem meum bibetis: ✱ sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. ibid.

℣. Calicem salutaris accipiam:
℟. Et nomen Domini invocabo. Ps. 115.

## Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 2.

Ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, et timore et tremore multo fui apud vos. Et sermo meus, et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

℟. Stupor circumdedit Petrum in captura piscium, similiter Jacobum et Joannem: ✠ et relictis omnibus secuti sunt Jesum. ℣. Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo. ✠ cf. Luc. 5. Ps. 106.

## Lectio II.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram: quam nemo principum hujus sæculi cognovit, si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum: nobis autem revelavit Deus per spiritum suum: spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit,

quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita et quæ sunt Dei, nemo cognovit, nisi spiritus Dei.

℟. Assumam te servæ meus, dicit Dominus, * et ponam te quasi signaculum, quia te elegi. ℣. Dabo tibi thesauros absconditos arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus. * et ponam. Agg. 2. Zf. 15.

## Lectio III.

Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quæ a Deo donata ~~sunt~~ sunt nobis: quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi, et non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem judicat omnia, ipse a nemine judicatur. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? nos autem sensum Christi habemus.

℟. Assumpsit Jesus Petrum et Jacobum et Joannem, et ascendit in montem, ut oraret, et facta est species vultus ejus altera: * et viderunt majestatem ejus. ℣. Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia. * et vid. Luc. 9. Vidi. 14.

## Lectio IV. cap. 3.

Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo lac vobis

rotum dedi, non estis: nondum enim
poteratis; sed nec nunc quidem potestis,
adhuc enim carnales estis. Cum enim sit
inter vos zelus et contentio, nonne carna-
les estis, et secundum hominem ambulatis?
cum enim quis dicat: ego quidem sum
Pauli; alius autem: ego Apollo; nonne
homines estis? quid igitur est Apollo? quid
vero Paulus? minister eius, cui credidistis,
et unicuique sicut Dominus dedit. Ego plan-
tavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum
dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid,
neque qui rigat, sed qui incrementum dat
Deus. Qui autem plantat, et qui rigat,
unum sunt.

℟. Amantissimus Domini habitabit
confidenter in eo: ✱ quasi in thalamo
tota die morabitur, et inter humeros
illius requiescet. ℣. Erat recumbens unus
ex discipulis eius in sinu Jesu, quem dilige-
bat Jesus. ✱ quasi. ℣. Gloria. ✱ quasi. Deut. 33.
Jo. 13.

## In II. Nocturno.

### antiphonæ.

℣. Non admisit Jesus, quemquam sequi, ✱
nisi Petrum, et Jacobum et Joannem. Marc. 5.

℣. Joannes recubuit in cœna super pectus
Jesu, et dixit: ✱ Domine, quis est, qui tra-
dit te? Jo. 21.

℣. Cum vidisset Jesus matrem, et discipulum
stantem, quem diligebat, dicit matri
suæ: ✱ ecce filius tuus. Jo. 19.

℣. Dicit discipulo: ecce mater tua: ✱ et ex
illa hora accepit eam discipulus in sua. ib.

℣. Venit Maria Magdalene ad Petrum, et ad
discipulum, quem amabat Jesus: ✱ et
dicit illis: tulerunt Dominum. Jo. 20.

℣. Stetit Jesus in littore, ✱ et dixit discipulus
ille, quem diligebat, Petro: Dominus est. Jo. 21.

℣. Dabis eum in benedictionem in seculum seculi:
℟. Letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Ps. 20.

## Lectio V.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri, de scriptoribus ecclesiasticis. cap. 9.

Joannes apostolus, quem Jesus amavit plurimum, filius Zebedæi, frater Jacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollavit, novissimus omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt, Christum ante Mariam non fuisse: unde et compulsus est divinam ejus nativitatem edicere.

℟. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc: ✝ et scimus, quia verum est testimonium ejus. ℣. Cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum facie. ✝ et scimus. Jo. 21. Vidi. 16.

## Lectio VI.

Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Justinus martyr et Irenæus. Interfecto autem Domitiano, et actis ejus ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub eorum principe rediit Ephesum; ibique usque ad Traianum principem perseverans, totas Asiæ fundavit, rexitque ecclesias: et confectus senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno mortuus, juxta eandem urbem sepultus est.

℟. Prophéta magnus et fidelis in conspéctu Dei, ℣ usque in sempitérnum ostendit futura, et abscóndita, antequam evenírent. ℣ Beátus, qui custódit verba prophétiæ libri hujus: ego Joannes audívi et vidi hæc. ℣ usque. Apoc. 22.

## Lectio VII.

Ex commentário ejúsdem in epístolam ad Galátas. l. 3. c. 6.

Beátus Joannes Evangelísta, cum Ephesi morarétur usque ad ultimam senectútem, et vix inter discípulórum manus ad ecclésiam deferrétur, nec posset in plura vocem verba contéxere, nihil aliud per síngulas solébat proférre collectas, nisi hoc: filióli, dilígite alterútrum. Tandem discípuli et fratres, qui aderant, tædio affécti, quod eadem semper audírent, dixérunt: magíster, quare semper hoc dícis? Qui respóndit: Dignam Joánnis sententiam: quia præceptum Dómini est, et sólum fiat, sufficit.

℟. Charíssimi! hoc mandátum habémus a Deo: ℣ ut qui díligit Deum, díligat et fratrem suum. ℣. Judícium patris audíte filii, et sic fácite, ut salvi sítis. ℣ qui díligit. 1. Jo. 4. Et 5.

## Lectio VIII.

Ex libro sancti Augustíni Epíscopi de consénsu Evangelistárum. l. 1. c. 4.

Tres primi Evangelístæ in his rebus maxíme diversáti sunt, quas Christus per humánam carnem temporáliter gessit: porro autem Joannes ipsam maxime divinitátem Dómini, qua Patri est æqualis, intendit, eámque præcípue suo Evangélio, quantum

inter homines sufficere credidit, commendare curavit. Itaque longe a tribus istis superius fertur; ita ut hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conversari; illum autem transcendisse nebulam, qua tegitur omnis terra, et pervenisse ad liquidum coelum, unde acie mentis acutissima atque serenissima videret in principio Verbum Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia: tanquam qui de pectore ipsius Domini, super quod discumbere in eius convivio solitus erat, secretum divinitatis eius uberius, et quodammodo familiarius biberit.

℟. Quod audivimus, et manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ, ✝ annuntiamus vobis: ✝ vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis.
℣. Incerta et occulta sapientiæ tuæ, manifestasti mihi Domine. ✝ vitam.
℣. Gloria. ✝ annuntiamus. j. Jo. j. Ps. 50.

## In III. Nocturno.

Ant. Ecce Deus noster iste: exspectavimus eum: ✝ et salvabit nos. Isa. 25.
cantica ut in Nativitate Domini.
℣. Hic est Deus, Deus noster in æternum:
℟. Ipse reget nos in sæcula. Ps. 47.

## Lectio IX.

De Epistola prima beati Joannis apostoli. cap. j.

Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, quod manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ: et vita manifestata est, et vidimus et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis. Quod vidimus et audivimus

annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum filio eius Jesu Christo.
℟. Hæc scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei, * et ℣. ut credentes vitam habeatis in nomine eius. ℣. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum. ℟. ut credatis. Jo. 20. 31.

## Lectio X.

Et hæc scribimus vobis, ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum. Et hoc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, et annuntiamus vobis, quoniam Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullo. Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut et ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, et sanguis Jesu Christi Filii eius emundat nos ab omni peccato.
℟. Vidimus et testificamur: * quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. ℣. Qui vidit, testimonium perhibuit, et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credatis. * quoniam. 1. Jo. 4. Jo. 19.

## Lectio XI.

Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum eius non est in nobis.
℟. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: * qui confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam

consequetur. ℣. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra. ✱ qui. Prov. 28. 1. Jo. 1.

## Lectio XII. cap. 2.

Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus. Qui dicit, se nosse eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est.

℟. Si diligitis me, mandata mea servate: ✱ qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. ℣. Cura disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est. ✱ qui. ℣. Gloria. ✱ qui. Jo. 14. Sap. 6.

## Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 21.

In illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere me. Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus ejus, & dixit: Domine, quis est, qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: non moritur; sed: sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium ejus.

## Ad Laudes matutinas ad horas.

### antiphonæ.

Hic est discipulus, quem diligebat Je-
sus: * qui et recubuit in cœna super
pectus eius. Jo. 21.

℣. Sub umbra illius, quem desideraveram
sedi: * et fructus eius dulcis gutturi
meo. Cant. 2.

℣. Inventi sunt sermones tui, et comedi
eos: * et factum est mihi verbum in
gaudium, et in lætitiam cordis. Jer. 15.

℣. ad laud. Cognitus est in verbis suis
fidelis: * quia vidit Deum lucis. Eccli. 116.

℣. Ad præceptum Domini elevabitur aqui-
la, et in arduis ponet nidum suum: *
Ad longe oculi eius prospicient. Job. 39.

### Lectio Apoc. 1.

Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi
Deus palam facere servis suis, quæ oportet
fieri cito, et significavit mittens per ange-
lum suum servo suo Joanni: qui testimo-
nium perhibuit verbo Dei, et testimonium
Jesu Christi, quæcumque vidit.

℟. br. Intróibo in potentias Domini: *
pronuntiabo mirabilia tua. Rep.

℣. Usque in altissima, quæ fecisti, magnalia.
* pronunt. ℣. Gloria. Rep. Ps. 70.

### Hymnus Cun.

1. Quæ dixit, egit, pertulit
Verbum Dei factum caro: *
Scriptis viri cœlestibus
Tres illa mundo nuntiant.

2. Sublimis omnes transvolat,
Et rapidus ad sedem Patris, *
Quod est apud Deum Deus,
Verbum Joannis prodicat.

3. Christi recumbens in sinu,
His hausit alta fontibus: *
His affluentis ebrius,
Erudat orbi, quod bibit.

4. Quas e beato pectore
Flammas amoris concipit! *
Vox hinc amorem personat,
Spirant amorem pagina.

5. O chare Christo, qui crucis
Te fixus heredem vocat: *
Tibique virgo virgini
Matrem relinquit virginem.

6. Sit tibi Christe gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

℣. Beatus homo, quem tu erudieris Domine:
℟. Et de lege tua docueris eum. Ps. 93.

Ad Benedict. ant. Filii Sion exultate et
letamini in Domino Deo vestro: * quia
dedit vobis doctorem justitiæ. Joel. 2.

Oratio Sacr. Greg.

Ecclesiam tuam Domine benignus illustra:
ut beati Joannis apostoli tui et evange-
listæ illuminata doctrinis, ad dona per-
veniat sempiterna. Per Dominum.

Pro commemoratione octavæ Nativitatis

Ant. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissol-
vat opera diaboli: * omnis, qui natus est
ex Deo, peccatum non facit. 1. Jo. 3.

℣. Benedictus qui venit in nomine Domini.
℟. Deus Dominus, et illuxit nobis. Ps. 117.

Oratio Sacr. Greg.

Largire, quæsumus Domine, fidelibus tuis
fidei, spei et charitatis augmentum: ut
qui de Nativitate Filii tui Domini nostri

esu Christi gloriantur, et adversa mundi tempestate non sentiant, et quæ temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant.

Ad commem. octavæ S. Stephani, vel post festum Innocentium notatur.

## Ad Tertiam.

### Lectio Isa. 51.

Posui verba mea in ore tuo, et in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cælos et fundes terram, et dicas ad Sion: populus meus es tu.

℣. Deus docuisti me a juventute mea:

℟. Usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Ps. 70.

## Ad Sextam.

### Lectio Apoc. 10.

Accepi librum de manu angeli, et devoravi illum, et erat in ore meo tanquam mel dulce: et dixit mihi: oportet te iterum prophetare gentibus, et populis et linguis, et regibus multis.

℣. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,

℟. Super mel ori meo. Ps. 118.

## Ad Nonam.

### Lectio Is. 45.

Dabo tibi thesauros absconditos et arcana secretorum: ut scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel.

℣. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es:

℟. Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis. Ps. 38.

## Ad II. Vesperas.

Antiphona, ut in II. Vesperis Nativitatis.

### Lectio Eccli. 15.

In medio ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit illum Spiritu sapientiæ et intellectus: et stolam gloriæ vestiet illum.

℟br. Prævenisti eum Domine, * in benedictionibus dulcedinis: Rep.
℣. Tribuisti ei longitudinem dierum * in bened. ℣. gloria. Rep. Ps. 20.

Hymnus Clun.

1. Jesu tyranni pro fide
Tuis juvenis victima:*
Terrore victus libero
Mens celsa supra sidera.

2. Illic revelat se tibi
Qui mortuus vivit Deus:*
Agnus salutis hostia,
Et morte devicta leo.

3. Arcana te valem docet
Regni sui mysteria:*
Dum per cruore Martyrum
Ubique spargendam fidem.

4. Urbem novam sponsam Dei,
Sponsi nitentem lumine,*
Piis refertam gaudiis,
Quam mens beata conspicit.

5. Fontes et agni lucidos
Ad quos jubente te vocas:*
Os sitire dat Deus
Gratis bibenda flumina.

6. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine:*
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

℣. Deus replet in bonis desiderium tuum.
℟. Renovabitur ut aquilæ juventus tua. Ps. 102.

Ad Magnif. ant. Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, * donec videant regnum Dei veniens in virtute. Marc. 8.

Pro commemoratione SS. Innocentium.

ant. Confurge Sion, effunde sicut aquam

er huum ante conspectum Domini: ℣ leva
Deum manus tuas pro anima parvulorum
eorum. Thren. 2.
℟. Capta bunt in animam justi:
℟. Et sanguinem innocentem condemna-
bunt. Bas. 93.

Oratio Sacr. Gelas.

Deus, cujus hodierna die preconium
innocentes Martyres non loquendo, sed
moriendo confessi sunt: omnia in nobis
vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam,
quam lingua nostra loquitur, etiam
moribus vita fateatur. Per Dominum.

Pro commem. ad Vativit. ant. Vitam
æternam dedit nobis Deus: et hæc vita in
Filio ejus est. j. Jo. 5.
℣. Hic est Deus, Deus noster in æternum:
℟. Ipse regit nos in sæcula. Bas. 47.

Oratio ut supra ad Laudes.

## Die XXVIII. Dec.

### SS. Innocentium Martyrum.
Festivitas II. classis. 12. Lect.

### Ad vigilias nocturnas.

Invit. Jesum complexantem et benedicen-
tem parvulos: ℣ Venite adoremus. Marc. 10.

Hymnus Prudentii.

1. Audit tyrannus anxius,
Adesse regum principem: ℣
Qui nomen Israel regat,
Teneatque David regiam.
2. Exclamat amens nuntio:
Successor instat, pellimur: ℣
Satellites i, ferrum rape,
Perfunde cunas sanguine.
3. Mas omnis infans occidat,
Scrutare matrium sinus: ℣

Interque materna ubera
Ensem cruentet pectore.

℣. Sedes tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: ✱
Cum Patre eumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

## In I. Nocturno.

### Antiphona.

1. Consurget rex impudens facie: ✱ et supra quam credi potest, universa vastabit. Dan. 8.
2. Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum, ✱ sicut regem, qui præparatur ad bellum. Job. 15.
3. Interficiet populum sanctorum secundum voluntatem suam, ✱ et dirigetur dolus in manu eius. Dan. 8.
4. Occidet plurimos, ✱ et contra principem principum consurget. ib.
5. Tetendit adversus Deum manum suam, ✱ et contra Omnipotentem roboratus est. Job. 15.
6. Non roborabitur homo ex impietate: ✱ et radix justorum non commovebitur. Prov. 12.

℣. Peccator stridebit super justum dentibus suis:
℟. Dominus autem irridebit eum. Ps. 36.

### Lectio 1.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 3.

Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: Dei enim sumus adjutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat.

dificat. Unusquisque autem videat,
uomodo superædificet. Fundamentum
enim aliud nemo potest ponere, præter
id quod positum est, quod est Christus Jesus.
℣. Herodes clam vocatis Magis diligenter
didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit
is. ℟. Multi sunt insidiæ dolosi; bona
enim ni mala convertens insidiatur.
diligenter. Matth. 2. Vali. ij.

## Lectio II.

Si quis autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides
pretiosos, ligna, fœnum, stipulam:
uniuscujusque opus manifestum erit;
dies enim Domini declarabit, quia in igne
revelabitur: et uniuscujusque opus
quale sit, ignis probabit. Si cujus opus
manserit, quod superædificavit, mercedem
accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit,
sic tamen quasi per ignem. ℣. Estis, quia
templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat
in vobis? Si quis autem templi Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum
enim Dei sanctum est, quod estis vos.
℟. In labiis suis induleat inimicus, et
in corde suo insidiatur; si immutaverit
vocem, non fidem habeatur sanguine. ℣. Ite,
interrogate diligenter de puero, et renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem
eum. in corde. Euch. 12. Matth. 2.

## Lectio III.

Nemo se seducat: si quis videtur inter
vos sapiens esse in hoc seculo, stultus
fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus
mundi stultitia est apud Deum: Scriptum

est enim: comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. Ecce nemo glorietur in hominibus: omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura; omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Dei.

℟. Sonitus terroris semper in auribus impii: ✠ et tum pax sit, insidias suspicatur. ℣. Herodes videns, quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde. ✠ cum pax. Job. 15. Matth. 2.

## Lectio IV. cap. 4.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die: sed neque meipsum judico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum: qui autem judicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus: qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo.

℟. Reges terræ, et principes convenerunt adversus Dominum, et adversus Christum ejus: ✠ qui habitat in cœlis irridebit eos. ℣. Futurum est, ut Herodes quærat puerum, ad perdendum eum. ✠ qui. ℟. Gloria. ✠ qui habitat. Ps. 2. Matth. 2.

## In II. Nocturno.

antiphonæ.

Vox in excelso audita est lamentationis Rachel plorantis filios suos: ✠ et nolentis consolari, quia non sunt. Jer. 31.

. Haec dicit Dominus: quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis: ✠ revertentur filii tui ad terminos suos. ib.

. Animaquiores estote filii: ✠ qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam jucunditatem cum salute vestra. Baruch 4.

. Circumspice, et vide jucunditatem a Deo tibi venientem: ✠ ecce veniunt filii tui in verbo sancti, gaudentes in honorem Dei. ib.

. Mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, ✠ spiritum iterum vobis cum misericordia reddet vitam. 2. Mach. 7.

. Modico nunc dolore justentato, ✠ sub testamento aeterno vita effecti sunt. ib.

. Novit Dominus dies immaculatorum.

. Hereditas eorum in aeternum erit. Psl. 36.

## Lectio V.

### Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Serm. un. de SS. Innoc.

Utili dispositione triplex ista solemnitas Natale Domini comitatur: ubi non modo inter continuas solemnitates devotio continua perseveret, sed et fructus dominicae nativitatis exinde nobis velut ex quadam ~~profectu~~ profectione evidentius innotescat. Siquidem advertere est in his tribus solemnitatibus triplicem quamdam speciem sanctitatis: nec facile praeter hoc tria sanctorum genera unum aliud pene arbitror in hominibus reperiri. Habemus in beato Stephano martyrii primitiae et opus et voluntatem: habemus solam voluntatem in beato Joanne: solum in beatis Innocentibus opus.

℟. Præcepit Pharao omni populo suo dicens: * quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proïcite. ℣. Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, et in finibus eius. * quidquid. Sæcul. j. Matth. 2.

## Lectio VI.

An vero de Innocentium coronis quis dubitet? qui pro Christo trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Christo non credit inter adoptionis filios numerari. alioquin quando eos vivos filii pueros puerilis, qui natus est nobis, non contra nos, propter se paterentur occidi, quod ubique solenne poterat prohibere, nisi melius aliquid eis provideret? ut quemadmodum cæteris infantibus hunc quidem circumcisio, nunc vero baptismus sine ullo proprio voluntatis usu sufficiat ad salutem: sic nihilominus pro eo susceptum martyrium illis sufficeret ad sanctitatem.

℟. Convertam luctum eorum in gaudium, * et consolabor eos, et lætificabo a dolore suo. ℣. Ego dabo de fonte aquæ vitæ gratis. * et consolabor. Jer. 31. apoc. 21.

## Lectio VII.

Si quæris eorum apud Deum merita, ut coronarentur, quære apud Herodem crimina, ut trucidarentur. an forte minor Christi pietas, quam Herodis impietas, ut ille quidem potuerit innoxios nec dare, Christus non potuerit propter se occisos coronare? Ergo Stephanus martyr apud homines, cuius voluntaria passio evidenter apparuit

eo vel maxime, quod in ipse morbis
rticulo tam pro persequentibus, quam
ose ipso sollicitudinem gereret amplio-
em, vinceretque in eo corporeo sensum
apionis internæ compassionis affectus,
illorum magis scelera, quam sua vul-
era plangeret. Sic Joannes apud Ange-
os martyr, quibus tamquam spiritua-
ibus creaturis spiritualia devotionis
ius signa certius innotuerunt. Ceterum
i sunt plane martyres tui, Deus: ubi in
quibus nec homo, nec angelus meritum
invenit, singulari tua prorogativa
gratiæ evidentius commendas tua.

℟. Quam admirabile est nomen tu-
um Domine! * ex ore infantium et
lactentium perfecisti laudem. ℣. Sinite
parvulos, et nolite prohibere eos ad me
venire; talium est enim regnum cœlorum.
* ex ore. Ps. 8. Matth. 19.

## Lectio VIII.

Consiverent hoc, qui de opere voluntа-
le contentiosis solent disputationibus
exercitari: considerent et advertant, neu-
trum negligi oportere, ubi non videtur
deesse facultas: præsertim cum utrumque
sine alterius: ubi tamen facultas deest:
non modo salutem conferri possit, sed
etiam sanctitatem. Sed hoc quoque
firmiter teneant, prodesse quidem opus
sine voluntate, non autem contra vo-
luntatem: ut unde salvantur infantes,
inde magis damnentur fide audentes.
Æmulemur proinde charitatem, et
diligamus bona opera, fratres mei, nec

infirmitatis, nec ignorantiæ peccata ullo modo parvi pendentes. Magis autem solliciti & timorati, agamus gratias benignissimo & largissimo Salvatori, qui humanæ salutis occasiones tam copiosa charitate perquirit, ut in his voluntatem operis, in his fine opere voluntatem, in his etiam fine voluntate operis salutis invenire laetetur, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem sui venire.

℟. Lætaberis in filiis tuis; * quoniam omnes benedicentur & congregabuntur ad Dominum. ℣. Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis. * quoniam. ℣. gloria. * quoniam

Job. 13. Jer. 31.

## In III. Nocturno.

Ant. Præcipitabit mortem in sempiternum: * et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie. Is. 25.

Cantica ut in die Nativitatis.

℣. Laudate pueri Dominum:
℟. Laudate nomen Domini. Ps. 112.

## Lectio IX.

De apocalypsi beati Joannis apostoli. cap. 6.

Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant. Et clamabant voce magna dicentes: usquequo, Domine, sanctus et verus, non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra? Et data

millis singulo stolo albo: et dictum
illis, ut requiescerent adhuc tempus
odicum, donec compleantur conserui
orum et fratres eorum, qui interfi-
iendi sunt sicut et illi.
℣. Invocabant Dominum, ut vocem
anquinis ad se clamantis audiret: ℟
d memorarentur iniquissimas mortes
arvulorum innocentium. ℣. Vox in
Rama audita est, ploratus et ululatus
multus, Rachel plorans filios suos.
℟ ut memor. 2. Mach. Matth. 2.

## Lectio X. cap. 7.

Unus de senioribus dixit mihi: hi, qui
amicti sunt stolis albis, qui sunt, et
unde venerunt? Et dixi illi: Domine
mi, tu scis. Et dixit mihi: hi sunt, qui
venerunt de tribulatione magna, et
laverunt stolas suas, et dealbaverunt
eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante
thronum Dei, et seruiunt ei die ac nocte
in templo eius: et qui sedet in throno,
habitabit super illos. Non esurient, neque
sitient amplius, nec cadet super illos
sol, neque ullus æstus: quoniam agnus,
qui in medio throni est, reget illos, et
deducet ~~illos~~ eos ad vitæ fontes aquarum.
℣. Hoc dicit Dominus: quiescat vox
tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis: ℟
~~reuertan~~ reuertentur filii ad terminos
suos. ℣. Agnus reget eos, et absterget
Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.
reuertentur. Jer. 31. Apoc. 7.

## Lectio XI. cap. 21.

Et vidi, Nouæ agnus stabat supra

montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de coelo, tamquam vocem aquarum multarum, et tamquam vocem tonitrui magni: et vocem quam audivi, sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia et seniores.

℟. Non inquinaverunt vestimenta sua: * ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. ℣. Laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine agni. * ambulabunt. apoc. 3. etc.

## Lectio XII.

Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo et agno, et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

℟. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, et qui eras, et qui venturus es: * quia regnasti, et advénit tempus reddere mercedem servis tuis et Sanctis. ℣. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et Sancti tui benedicant tibi. * quia. ℣. gloria. * quia. apoc. 11. Ps. 144.

Sequentia Sancti Evangelii
secundum Matthaeum. cap. 2.

In illo tempore: Angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens: Surge, et

cipe puerum & matrem eius, & fuge in
gyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi:
uturum est enim, ut Herodes quærat
uerum ad perdendum eum. Qui consur-
ens accepit puerum & matrem eius nocte,
& secessit in ægyptum: & erat ibi usque
d obitum Herodis, ut adimpleretur,
uod dictum est a Domino per Prophe-
am dicentem: ex ægypto vocavi filium
meum. Tunc Herodes videns, quoniam
lusus esset a Magis, iratus est valde,
& mittens occidit omnes pueros, qui erant
n Bethlehem, & in omnibus finibus
ius, a bimatu & infra, secundum tem-
us ~~Herodis~~, quod exquisierat a Magis.
Tunc adimpletum est, quod dictum est
per Jeremiam prophetam dicentem:
ox in Rama audita est, ploratus &
ululatus multus: Rachel plorans filios
uos, & noluit consolari, quia non sunt.

## Ad Laudes matutinas & horas.

### antiphonæ.

1. Lamentatrices assumant super nos
lamentum: ✝ quia mors ingressa est
domos nostras, disperdere parvulos
de foris. Jer. 9.
2. Cum cogitarent justorum occidere in-
fantes, ✝ uno liberato suscepta est
a populo sanitas. Sap. 18.
3. In paucis vexati, in multis bene
disponentur: ✝ quoniam Deus invenit
illos dignos se. Sap. 3.
1. ad Laud. Agnus, qui in medio throni
est reget illos: ✝ & deducet eos ad vita
fontes aquarum. apoc. 7.
4. Victricem manum tuam laudaverunt
pariter: ✝ quoniam sapientia aperuit os
mutorum, & linguas infantium fecit diser-
tas. Sap. 10.

## Lectio Sap. 4.

Gratia Dei et misericordia est in sanctos
eius, et respectus in electos illius: con-
demnat autem justus mortuus vivos
impios, et juventus celerius consumma-
ta longam vitam injusti.

℟. br. Laudate pueri Dominum * lau-
date nomen Domini: ℟ep.
℣. Qui humilia respicit in coelo et in
terra. * Laudate. ℣. Gloria. ℟ep. Ps. 112.

## Hymnus Sen.

1. Nolles in agnos ceu lupus
Amens tyrannus irruit: *
Et destinat promissa
In strage Christum perdere.

2. Cuno redundant sanguine,
Sed in Deum frustra furit: *
Unum petit tot morsibus,
Mortes tot unus effugit.

3. Matres querelis parite;
Quid rapta flebis pignora? *
Agnum salutis obsidem
Denso sequuntur agmine.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

℣. Dominus habitare facit sterilem in domo,
℟. Matrem filiorum lætantem. Ps. 112.

Ad Bened. ant. Jerusalem sta in excelso: * et
vide collectos filios tuos in verbo sancti gau-
dentes Dei memoriam. Baruch 5.

## Oratio Sacr. Gelas.

Deus, cujus hodierna die præconium Innocentes
Martyres non loquendo, sed moriendo confes-
sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica, ut fidem tuam, quam lingua nostra lo-
quitur etiam moribus vita fateatur. Per Do-
minum.

ocommemoratione octavo Nativitatis
nt. Christus est ante omnes, et omnia in
so constant: ✱ et per eum ~~complacuit~~ compla-
uit Deo reconciliare omnia in ipsum. Coloss. j.
. Benedictus qui venit in nomine Domini:
. Deus Dominus et illuxit nobis. Ps. 117.

Oratio Sac. Greg.

mnipotens sempiterne Deus, qui in Filii
ui Domini nostri nativitate tribuisti
otius religionis initium perfectionemque
onstare: da nobis, quæ sumus, in eius por-
ione cenferi, in quo totius salutis humanæ
umma consistit.

t fit commemoratio octavarum ut infra.

ad Tertiam.

Lectio 2. Tim. j.

Deus nos liberavit et vocavit vocatione sua
ancta, non secundum opera nostra, sed
ecundum propositum suum et gratiam.
. Ex ore infantium et lactentium perfe-
cisti laudem,
. Propter inimicos tuos Domine. Ps. 8.

ad Sextam.

Lectio 2. Cor. 4.

d quod in præsenti est momentaneum, et
eve tribulationis nostræ, supra modum
in sublimitate æternum gloriæ pondus ope-
atur in nobis.
. Eduxit populum suum in exultatione:
. Et electos suos in lætitia. Ps. 104.

ad Nonam.

Lectio Sap. 5.

n perpetuum vivent, et apud Dominum est
erces eorum, et cogitatio illorum apud
ltissimum: ideo accipient regnum decoris
et diadema speciei de manu Domini.
. Salvasti nos Domine de affligentibus nos:
. Et odientes nos confudisti. Ps. 43.

## Ad II. Vesperas.

Antiphona ut in II. vesperis Nativitatis.

Lectio Sap. 5.

Ecce quomodo computati sunt inter filios
Dei, et inter sanctos sors illorum est.

℟. br. Eduxit populum suum * in exul-
tatione: Rep.

℣. Electos suos in letitia. * in exult.

℣. Gloria. Rep. Ps. 104.

Hymnus Prudentii.

1. Salvete flores Martyrum,
Quos lucis ipse in limine, *
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas.

2. Vos prima Christi victima
Grex immolatorum tener: *
Aram ante ipsam simplices,
Palma et coronis luditis.

3. Quo proficit tantum nefas!
Quod erimen Herodem juvat? *
Unus tot inter funera
Impune Christus tollitur.

4. Sic fleta regis impii
Edicta quondam fugerat, *
Christi figuram preferens
Moses, recaptor civium.

5. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

℣. Salvasti nos de affligentibus nos:

℟. Odientes nos confudisti. Ps. 43.

Ad Magnif. ant. Pueri tui tam grandi agni
exultaverunt, magnificantes te Domine: *
qui liberasti illos. Sap. 19.

## o commemoratione octave Nativitatis.

nt. Recordatus est Dominus populi sui, *
e misertus est hereditatis sue. Psl. 10.
. Memoriam fecit mirabilium suorum:
. Misericors et miserator Dominus. Ps. 110.

Oratio ut supra ad laudes.

## Commemoratio reliquarum octavarum.

### Commemorationes octavarum simul collecte.

Ro Nativitate Domini ad Benedictus et Magnificat, ubi et orationes singulis diebus proprie.

Pro S. Stephano ad laudes. ant.

Mendaces ostendit Dominus, qui maculaverunt illum: * et dedit illi claritatem eternam. Sap. 10.

. Tu Domine susceptor meus es:
. Gloria mea, et exaltans, caput meum. Ps. 3.

d vesp. ant. Invocavit Dominum omnipotentem, * et sic Dominus glorificavit eum offerendo illi coronam glorie. Luc. 14.

. Magna est gloria eius in salutari tuo:
. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Ps. 20.

### Oratio San. Greg.

Deus, qui nos Unigeniti tui clementer incarnatione redemisti: da nobis patrocinia eorum continuata sanctorum, quibus capere valeamus salutaris mysterii portionem. Per eumdem.

Pro S. Joanne ad Laudes ant.

Filii Sion exultate, et letamini in Domino Deo vestro: * quia dedit vobis doctorem iustitie. Joel 2.

. Beatus homo, quem tu erudieris Domine:
. Et de lege tua docueris eum. Ps. 93.

ad vesp. ant. Amen dico vobis: sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, * donec videant regnum Dei venientem in virtute. Marc. 8.

℣. Deus replet in bonis desiderium tuum:
℟. Renovabitur ut aquilæ juventus tua. Ps. 102.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui per os beati apostoli tui Joannis Verbi tui nobis arcana reserasti: præsta quæsumus, ut quod ille nostris auribus excellenter infudit, intelligentiæ competentis eruditione capiamus.

Pro SS. Innocentibus ad Laudes ant.

Jerusalem sta in excelso, * et vide collectos filios tuos in verbo sancti, gaudentes Dei memoria. Bar. 5.

℣. Dominus habitare facit sterilem in domo:
℟. Matrem filiorum lætantem. Ps. 112.

ad vesp. ant. Pueri tui tamquam agni exultaverunt, magnificantes te Domine: * qui liberasti eos. Sap. 19.

℣. Salvasti nos de affligentibus nos:
℟. Et odientes nos confudisti. Ps. 43.

Oratio Thom.

Adjuva nos, quæsumus Domine, eorum deprecatione Sanctorum: qui Filium tuum humana nei dum voce profitentes, cœlestis sunt pro eius laude digna gratia coronati. Per eumdem Dominum.

## Dominica
## Infra octavam Nativitatis.
### Duplex majus. 12. lect.

Rubrica. 1. Si occurrat in festis S. Stephani, Joannis vel Innocentium, transfertur in octavam diem horum Sanctorum, ac tunc fiat de Dominica, ut infra notatur, cum

ommemoratione diei octavæ in utrisque
esperis, Laudibus et Missa.

: Si festum Nativitatis in Dominica
venerit, de ista Dominica fit officium
tm diei infra octavam XXIX. prout
infra post hanc Dominicam notatur.

B. Cæteris diebus, 29. 30. vel 31. de occur-
rente Dominica fit, ut hic notatur.

## Ad I. Vesperas.

Ad. In festo SS. Innocentum in sabbato,
de Dominica fit sola commemoratio: /

Antiphona ut in II. Vesperis Nativitatis.
post Circumcisionem vero, ut in die circum-
cisionis.

### Lectio. Coloss. 1.

Gratias Deo Patri, qui eripuit nos de po-
testate tenebrarum, et transtulit in reg-
num Filii dilectionis suæ: in quo habe-
mus redemptionem, remissionem pecca-
torum.

℟. br. Hymnus ex II. vesp. Nativitatis.

℣. Notum fecit Dominus salutare suum:
℟. In conspectu gentium revelavit justitiam
suam. Ps. 97.

Ad Magnif. ant. Ecce nos venimus ad te;
tu enim es Dominus Deus noster: * vere in
Domino Deo nostro salus Israel. Jer. 3.

### Oratio Sacr. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus: dirige actus
nostros in beneplacito tuo; ut in nomine
dilecti Filii tui mereamur bonis operibus
abundare. Qui tecum vivit.

Deinde fit commemoratio octavæ Nati-
vitatis, et cæterarum octavarum, juxta
ordinem dierum.

## Ad vigilias Nocturnas.

Invitat. Natus est nobis Salvator: ✱ venite adoremus. Luc. j.

### Hymnus Paris.

1. Verbum, quod ante secula
Sinu paterno nascens: ✱
Recens homo sub tempore
E virginis prodis sinu.

2. Fatale rumpis vinculum,
Quo nos Adamus nexuit: ✱
Reides, quod ille perdidit,
Spes illa tecum nascitur.

3. Jam dura discis perpeti,
Quo ferre fontes par fuit: ✱
Orbis salutis flebilis
Præludis in cunis puer.

4. Fis pauper, indigentia
Et nostra dilexisse mus: ✱
Luges, tuis et lacrymis
Totum lavas mundi scelus.

5. Pannis opertus vilibus
Lates, recumbens in præsepe: ✱
Homo! superbis, et Deum
Panni, præsepe non decent.

6. A Patre missus, perditi
Qui factus es mundi salus, ✱
Jesu perire non sinas,
Quos tot emisti laboribus.

7. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: ✱
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

### In I. Nocturno.

antiphona.

1. Deus ex semine David secundum promissionem ✱ eduxit Salvatorem Jesum. Act. 13.

℣. Ecce Deus noster iste, exspectavimus eum, ✱ et salvabit nos. Ps. 25.

℣. Ecce Deus salvator meus: ✱ fiducialiter agam, et non timebo. Is. 12.

℣. Joannes testimonium perhibet de ipso: ✱ qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Jo. 1.

℣. De plenitudine eius nos omnes accepimus: ✱ et gratiam pro gratia. ib.

℣. Deum nemo vidit unquam: ✱ unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse revelavit. ib.

℣. Notum fecit Dominus salutare suum.
℟. In conspectu gentium revelavit justitiam suam. Ps. 97.

Lectiones quatuor de scriptura et feria currente, cum ℟℟. ex I. Nocturno Nativitatis.

Si venerit post circumcisionem, sumuntur ℟℟. ubi post illud festum notantur: quod et de reliquis nocturnis observandum.

## In II. Nocturno.

### Antiphona.

℣. Fidelis sermo, et omni acceptione dignum: ✱ quod Christus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere. 1. Tim. 1.

℣. Ipse est pax nostra, solvens inimicitias in carne sua, ✱ ut reconciliet Deo. Eph. 2.

℣. Deus Filium suum misit benedicentem vobis: ✱ ut convertat se unusquisque a nequitiis suis. act. 3.

℣. Non misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum: ✱ sed ut salvetur mundus per ipsum. Jo. 3.

℣. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: ✱ his, qui credunt in nomine eius. Jo. 1.

℣. Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater: * ut filii Dei nominemur et simus. 1. Jo. 3.

℣. A Domino factum est istud.

℟. Est mirabile in oculis nostris. Ps. 117.

## Lectio V.

Sermo Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Hom. c. 2.

Evangelista patrem Salvatoris appellat Joseph, non quod vere juxta Pholinianos pater fuerit ejus, sed quod ad famam Mariæ conservandam pater fili ab omnibus æstimatus. Neque enim oblitus Evangelista, quod eam de Spiritu Sancto concepisse et virginem peperisse narraverit, sed opinionem vulgi exprimens, quæ vera historiæ lex est, patrem Joseph nuncupat Christi. Quamvis et eo modo pater illius vocabitur, quo et vir Mariæ recte intelligitur sine commixtione carnis, et ipsa copulatione conjugii, multo videlicet coniunctius, quam si esset alicunde adoptatus. Neque enim propterea non erat appellandus Joseph pater Christi, quia eum non genuerat, quandoquidem recte pater est etiam ejus, quem non ex sua conjuge procreatum alicubi adoptaverit.

℟. Erat pater Jesu et mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo: * Et benedixit illis Simeon. ℟. Mirati sunt in illo, et honorabant Deum. * Et. Luc. 2. Vuli. ij.

## Lectio VI.

Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur. Bene in resurrectionem, quia lumen est, quia gloria plebis Israel, quia dicit: ego sum resurrectio et vita. Quomodo autem in ruinam, nisi quia et lapis offensionis est et petra scandali, ideo ruina, his qui offendunt verbum, nec credunt.

e quibus ipse dicit: si non venissem, et lo-
tus eis fuissem, peccatum non haberent;
nunc autem excusationem non habent
e peccato suo. Cui non in se ipso tantum, sed
in suis quoque predicantibus in ruinam
positus est et resurrectionem multorum,
stante apostolo, qui ait: Christi bonus odor
umus deo in his, qui salvi fiunt, et in his,
ui pereunt.

℣. Ecce positus est hic in ruinam, et in re-
surrectionem multorum in Israel. ℟. Et in
signum cui contradicetur. ℣. Sicut scriptum
st: ecce pono in Sion lapidem offensionis, et
petram scandali. ℟. Et in. Luc. 2. Rom. 9.

## Lectio VII.

Qui enim verbum, quod audit, amando se-
quitur, bono odore refurgit, et salvatur. Qui
udiendo insequitur, eodem ipso bono odore cor-
uit et moritur. Signum autem, cui contra-
icetur, fidem dominice crucis accipe, de quo apo-
tolo Paulo dicunt Judei: nam de secta hac no-
um est nobis, quod ubique ei contradicitur.
t revelentur ex multis cordibus cogitationes.
nerbum erat quondam, qui Judeorum gra-
iam Christi, quam venturam ubique nove-
ant, recipere, qui audem respuere malunt.
t eius nativitate audita, revelabis mox
ordium cogitationibus, Herodes rex turbatus
st, et omnis Jerosolyma cum illo. Pastores
um timore et gaudio dei laudem resonant,
ominibus pacis nuntium pandunt.

℣. Vobis honor credentibus: * non creden-
ibus autem lapis offensionis et petra scan-
ali. ℟. Omnis qui credit in eum, non con-
undetur. * non cred. j. Petr. 2. Rom. 9.

## Lectio VIII.

ius doctrina et virtute diffamata alii ad
um quasi magistrum veritatis confluunt,
lii ab eo quasi seductore refugiunt. Ejus

Signo crucis erecto, hi quasi justè mortis dari blasphemantes irrident, illi quasi vitæ auctorem mori aridè dolent. Sed usque hodie usque ad consummationem seculi, prosentis ecclesiæ animam gladius durissimæ tribulationis pertransire non cessat, cum signo fidei ab improbis contradici, cum auditu Dei verbo multos cum Christo resurgere, sed plures a credulitate nuere genebunda pertrahat, cum revelatis multorum cordium cogitationibus, ubi optimum Evangelii seuit semen, ibi Zizania vitiorum vel plus justo prevalere, vel etiam, quod dictu grave est, sola germinare ac regnare conspicit.

℟. Dominum sanctificate: ✠ et erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis habitantibus Jerusalem. ℣. Israel in legem justitiæ non pervenit; offenderunt enim in lapidem offensionis. ✠ erit. ℣. Gloria. ✠ erit. Hf. 8. Rom. 9.

## In III. et Nocturno.

Ant. Domine dabis pacem nobis: ✠ omnia enim opera nostra operatus es nobis. Hf. 26.

Cantica, ut in festo Nativitatis.

℣. Viderunt omnes fines terræ,
℟. Salutare Dei nostri. Hf. 97.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 7.

An ignoratis fratres, (scientibus enim legem loquor,) quia lex in homine dominatur, quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, si

fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus
fuerit vir eius, ſoluta eſt a lege viri, ſegitur
ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.
Itaque, fratres mei, et vos mortificati eſtis
legi per corpus Chriſti; ut ſitis alterius, qui
ex mortuis reſurrexit, ut fructificemus deo.
Cum enim eſſemus in carne, paſſiones pec-
catorum, quæ per legem erant, operabantur
in membris noſtris, ut fructificarent morti.
Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis,
in qua detinebamur; ita ut ſerviamus in
novitate ſpiritus, et non in vetuſtate litteræ.
℟. ℟. ex III. Nocturno Nativitatis; poſt
Circumciſionem vero, ut ibi notatur.

## Lectio X.

Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? abſit.
Sed peccatum non cognovi niſi per legem;
nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex
diceret: non concupiſces. Occaſione autem
acceptâ, peccatum per mandatum operatum
eſt in me omnem concupiſcentiam: ſine
lege enim peccatum mortuum erat; ego
autem vivebam ſine lege aliquando. Sed
cum veniſſet mandatum, peccatum revixit;
ego autem mortuus ſum: et inventum eſt
mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc
eſſe ad mortem. Nam peccatum occaſione
acceptâ per mandatum, ſeduxit me, et per
illud occidit.

## Lectio XI.

Itaque lex quidem ſancta, et mandatum
ſanctum et juſtum et bonum. Quod ergo bo-
num eſt, mihi factum eſt mors? abſit. Sed
peccatum, ut appareat peccatum, per bonum
operatum eſt mihi mortem, ut fiat ſupra

modum peccans peccatum per mandatum.
Scimus enim, quia lex spiritualis est; ego
autem carnalis sum, venumdatus sub peccato.
Quod enim operor, non intelligo: non enim
quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi
malum, illud facio. Si autem quod nolo,
illud facio, consentio legi, quoniam bona
est. Nunc autem iam non ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum.

## Lectio XII.

Scio enim, quia non habitat in me, hoc est,
in carne mea, bonum. Nam velle adjacet
mihi, perficere autem bonum non invenio.
Non enim, quod volo bonum, hoc facio, sed
quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod
nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed
quod habitat in me, peccatum. Invenio igi-
tur legem, volenti mihi facere bonum, quo-
niam mihi malum adjacet: condelector
enim legi Dei secundum interiorem hominem:
video autem aliam legem in membris meis,
repugnantem legi mentis meæ, et captivantem
me in lege peccati, quæ est in membris meis.
Infelix ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius? Gratia Dei per Jesum
Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse
mente servio legi Dei, carne autem legi pec-
cati.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Erant Joseph et Maria
mater Jesu mirantes super his, quæ dice-
bantur de illo. Et benedixit illis Simeon, et
dixit ad Mariam matrem eius: ecce positus
est hic in ruinam et in resurrectionem multo-
rum in Israel, et in signum, cui contradicetur:

& tuam ipsius animam pertransibit gla-
dius, ut revelentur ex multis cordibus cogi-
tationes. Et erat Anna prophetissa, filia
Phanuel de tribu Aser: hæc processerat in
diebus multis, et vixerat cum viro suo annis
septem a virginitate sua. Et hæc vidua usque
ad annos octoginta quatuor: quæ non discе-
debat de templo, jejuniis et obsecrationibus
serviens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora super-
veniens, confitebatur Domino, et loquebatur
de illo omnibus, qui exspectabant redemptio-
nem Israel. Et ut perfecerunt omnia se-
cundum legem Domini, reversi sunt in Ga-
lilæam in civitatem suam Nazareth. Puer
autem crescebat et confortabatur plenus
sapientia, et gratia Dei erat in illo.

℣. Laudes matutinas et horas.

Antiphona de Nativitate, post octavam
vero de Circumcisione.

Lectio apoc. j.

Gratia vobis et pax a Jesu Christo, qui est
princeps regum terræ: qui dilexit nos, et
lavit nos a peccatis nostris.

℟. br. et hymnus ut in die.

℣. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes,
℟. Hic factus est in caput anguli. Ps. 117.

℣ Bened. ant. Ecce positus est hic in
ruinam et in resurrectionem multorum
in Israel: ℟ et in signum cui contradicetur. Luc. 2.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus: dirige actus
nostros in beneplacito tuo; ut in nomine di-
lecti Filii tui mereamur bonis operibus
abundare. qui tecum vivit.

Deinde fiunt commemorationes, prout in
die currente notantur.

## Ad Tertiam. Lectio Gal. 4.

Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est, usque ad prefinitum tempus a Patre.
℣. Quid est homo, quod memor es eius?
℟. Aut filius hominis, quoniam inspicias eum? Ps. 8.

## Ad Sextam. Lectio Gal. 4.

Cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes: at ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.
℣. Dominus dixit ad me:
℟. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ps. 2.

## Ad Nonam. Lectio Gal. 4.

Quoniam estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem: Abba pater: itaque jam non est servus, sed filius: quod si filius, et heres per Deum.
℣. Ipse invocabit me: pater meus es tu:
℟. Deus meus, et susceptor salutis meæ. Ps. 88.

## Ad II. Vesperas.

Per Dominica dicuntur sequentes antiphonæ, idque in omnibus festis per hanc octavam in Dominica occurrentibus.

### antiphonæ.

℣. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ℟ Ex utero ante luciferum genui te. Ps. 109.

℣. Redemptionem misit Dominus populo
suo: ℟ mandavit in æternum testamentum
suum. Ps. 110.

3. Exortum est in tenebris lumen rectis: ℟
misericors et miserator et justus. Ps. 111.

4. Excelsus super omnes gentes Dominus: ℟
et humilia respicit in cœlo et in terra. Ps. 112.

Extra Dominicam antiphona ut in II.
vesperis et Nativitatis.

Lectio Ephes. 4.

Jam non simus parvuli fluctuantes: veri-
tatem autem facientes in charitate, crescá-
mus in illo per omnia, qui est caput Christus.

R. br. et Hymnus ex II. Vesperis et Nativ.

℣. Videbit Dominus, et benedictus Deus meus:
℟. Exaltetur Deus salutis meæ. Ps. 17.

Ad Magnif. ant. Puer crescebat et confortá-
batur plenus sapientia: ℟ et gratia Dei erat
in illo. Luc. 2.

Deinde fiunt commemorationes, quæ in
die currente notantur.

N. 1. Si Dominica hæc in II. Vesperis concurrat
cum festo Circumcisionis, de Dominica nulla
fit commemoratio.

2. Si extra Dominicam fiat hoc officium,
omnia fiunt de die currente, præter anti-
phonas ad Magnificat et Benedictus, ora-
tionem, capitula ac versus ad horas, quæ
omnia sumuntur ex hac Dominica.

3. Si post festum Circumcisionis occurrat,
omnia fiunt, ut supra, sed R. R. in nocturnis,
et antiphonæ ad horas sumuntur ex
Vigilia Epiphaniæ, prout notatur, si occurrat

in Dominica. ad II. vesperas vero antiphono, ut supra.

## Die XXIX. Dec.

De octava Nativitatis.

O. Lect.

Invit. ut in festo. Hymnus: Verbum, quod ante secula. ex Dominica.

In I. Nocturno.

ant. Deus ex semine David secundum promissionem * eduxit Salvatorem Jesum. ad. js.

℣. Notum fecit Dominus salutare suum:
℟. In conspectu gentium revelavit justitiam suam. ℣. gr.

Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 4.

Hoc, fratres, transfiguravi in me et Apollo propter vos, ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est unus adversus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis: et utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus. ℣. Puto enim, quod Deus nos apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis et hominibus: nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cedimur, et instabiles sumus. et laboramus operantes manibus nostris.

℣. Sic tam infra octavas singulis psalmis singulo antiphono sint jungendo ad vigilias, sumantur ex Dominica infra octavam ad utrumque nocturnum, pro his tribus diebus.

R.P.X. dria posteriora ex I. Vesp. Nativitatis.

## Lectio II.

Maledicimur, et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus; tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam vos, haec scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. 9. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quae sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit, et cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem: non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Quid vultis? in virga veniam ad vos? an in charitate et spiritu mansuetudinis?

Si hodie vel sequentibus diebus occurrat Dominica, ex duabus primis lectionibus pro I. Nocturno fiant quatuor, et tertia jejuniorum omittitur.

## Lectio III.

Sermo sancti Basilii Episcopi.
de hum. Christi generat.

Deus in terra est, Deus inter homines versatur: non per ignem, tubam, montem fumantem, vel per turbinem, nubem, aut potestatem animas auditorum legem ferendo perterrens, sed proprio corpore cum hominibus cognatis

pie conversans ac diserens: Deus, inquam, in carne non ex intervallo agens, sicut in prophetis, sed conjunctum sibi humanitatem retinens, per carnem suam nostro cognatam adse traxit humanitatem. Discite itaque mysterium: ob hoc Deus in carnem venit, ut infirmam carni mortem interficeret. Nam sicut in venenis quidquid est noxium celebrale, superat antidotum corpori permistum atque perfusum; item ut in domo, aqua tenebre luminis adventu diffugiunt ac pereunt: sic mors in natura dominans humana, divinitatis presentia disparuit. O altitudinem benignitatis ~~pietatisque~~ humanitatisque Dei! O bonitatis quadam superabundantia a servitute vindicamur. Sed cur Deus homo factus est, rationem exquirant homines, cum magis eius bonitatem admirari deceat, quam divinitatem curiosius indagare. Quidnam tecum agendum homo? In sublimi Deum agentem minime quorebas; ad te vero per carnem descendentem, et tecum per carnem conversantem non recipis?

In II. Nocturno.

ant. Ecce Deus noster iste: expectavimus eum: * et salvabit nos. Is. 25.

Lectio j. Joan. 5.

Scimus, quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, et vita eterna.

℣. Cognoscamus in terra viam tuam:
℟. In omnibus gentibus salutare tuum. Ps. 66.

Oratio ex Matutinis.

## Ad Laudes matutinas, et horas.

Omnia ut in die, preter sequentia.

ad Bened. ant. Factus est nobis Christus Jesus sapientia a Deo, et justitia: * et sanctificatio et redemptio. 1. Cor. 1.

### Oratio Sac. ~~Gre~~ Greg.

Da quæsumus, Domine, populo tuo inviolabilem fidei firmitatem: atque unigenitum tuum in tua tecum gloria sempiternum, in veritate nostri corporis natum de matre virgine confitentur, et a presentibus liberentur adversis, et mansuris gaudiis inferantur. Per eumdem.

Pro commemoratione octavarum antiphona, ut preg.

### In II. Vesperis.

Omnia ut in festo.

ad Magnif. ant. Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est: * quod Dominus ostendit nobis. Luc. 2.

### Oratio ex Matutinis.

Et fiunt commemorationes octavarum p.

## Die XXX. Dec.

### De octava Nativitatis.

### S. Lect.

ut die precedenti notatur.

### In I. Nocturno.

ant. Ecce Deus Salvator meus: * fiducialiter agam, et non timebo. Is. 12.

℣. Recordatus est misericordiæ suæ:

℟. Et veritatis suæ domui Israel. Ps. 97.

### Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 3.

Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tolleatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, iam iudicavi ut presens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. ℣. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi: etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ; sed in azymis sinceritatis et veritatis.
℟. tria posteriora ex II. Noct. Nativitatis.

## Lectio II. cap. 5. ℣6.

Scripsi vobis in epistola: ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. ℣Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare? ℣Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis? ℣Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. auferte malum ex vobis ipsis. ℣. Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, iudicari

apud iniquos, et non apud sanctos? an nescitis,
quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? Et si
in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui
de minimis judicetis? Nescitis, quoniam
angelos judicabimus? quanto magis secularia?
Secularia igitur judicia si habueritis, contem-
tibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad
judicandum. ad verecundiam vestram dico:
sic non est inter vos sapiens quisquam, qui pos-
sit judicare inter fratrem suum? Sed frater cum
fratre judicio contendit, et hoc apud infideles?
Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod
judicia habetis inter vos. Quare non magis
injuriam accipitis? quare non magis fraudem
patimini? sed vos injuriam facitis et fraudatis:
et hoc fratribus.

## Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Ser. 5. in nat. Dom. nov. ed. 188. de temp. T. V. p. 884.

Quas laudes charitati Dei dicamus, quas gra-
tias agamus? qui nos ita dilexit, ut propter nos
fieret in tempore, per quem facta sunt tempora,
et multis servis suis in mundo minor esse et obire,
ipse mundo antiquior aeternitate: homo fieret,
qui hominem fecit, crearetur ex matre, quam
creavit; portaretur manibus, quas formavit;
lugeret ubera, quae implevit; in presepi muta
vagiret infantia Verbum, sine quo muta est
humana eloquentia. Vide, o homo! quid pro
te factus est Deus: doctrinam tanta humili-
tatis agnosce, etiam in nondum loquente
dolore. Tu quondam in paradiso tam facundus
fuisti, ut omni animae vivae nomen imponeres:
propter te autem creator tuus infans jacebat,
et nomine suo nec matrem vocabat. Tu in

Altissimo fructuosorum nemorum prodio
te perdidisti, obedientiam negligendo: ille obe-
diens in angustissimum diversorium morbalis
venit, ut mortuum quæreret moriendo.
Tu, cum esses homo, Deus esse voluisti, ut
perires: ille, cum esset Deus, homo esse voluit,
ut quod perierat, inveniret. Tantum te
præcipit humana superbia, ut te non posset
nisi humilitas sublevare divina.

In II. Nocturno.

Ant. Joannes testimonium perhibet de
ipso: * qui post me venturus est, ante me
factus est, quia prior me erat. Jo. 1.

Lectio 4ta. ut die præcedente.

Oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Ipse est pax nostra, solvens
inimicitias in carne sua: * ut reconciliet
Deo. Ephes. 2.

Oratio. Rom.

Præsta, quæsumus, Deus noster: ut familia
tua, quæ Filii tui Domini nostri Jesu Christi
est nativitate salvata, ejus etiam sit perpe-
tua redemptione secura. Per eumdem Dominum.

Deinde fiunt commemorationes octavarum,
antiphona et versus ut pag.

In II. Vesperis.

Ad Magnif. ant. Reversi sunt pastores, glori-
ficantes et laudantes Deum in omnibus, * quæ
audierant et viderant. Luc. 2.

Oratio ut supra.

Postea commemoratio octavarum, ut
pag.

## Die XXXI. Dec.

De octava Nativitatis.

S. Ced.

Gaud. et hymnus, ut die XXIX.

In I. Nocturno.

Ant. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse revelavit. Joj.

℣. Viderunt omnes termini,
℟. Salutare Dei nostri. Ps. 97.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 6.

An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidam fuistis: sed ablúti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, et venter escis: Deus autem hunc, et has destruet. corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori. Deus vero et Dominum suscitavit, et nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit.

℟. Tria posteriora ex III. Noct. Nativitatis.

## Lectio II. cap. 6. Ay.

An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? erunt, inquit, duo in carne una. qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis, quoniam membra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore vestro. 7. De quibus autem scripsistis mihi: bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et una quæque suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

## Lectio III.

### Sermo sancti Leonis Papæ.

### Serm. 2. in Nat. D.

Cum misericors omnipotensque Salvator ita Susceptionis humanæ moderaretur exordia, ut virtutem inseparabilis a suo homine Deitatis per velamen nostræ infirmitatis absconderet, illusa est securi hostis astutia, qui nativitatem pueri in salutem generis humani procreati non aliter sibi, quam omnium nascentium

nitavit obnoxiam. Vidit enim vagientem
atque lacrymantem, vidit pannis involutum,
circumcisioni subditum, et legalis sacrificii
oblatione perfunctum. agnovit deinceps
solita pueritiæ incrementa, et usque in viri-
les annos de naturalibus non dubitavit
augmentis. Omnem postremo in ipsum
enim furoris sui effudit, omnia tentamen-
torum genera percurrit: et sciens, quo hu-
manam naturam infecisset veneno, nequa-
quam credidit primæ transgressionis exsortem,
quem tot documentis didicisset mortalem.
Perstitit ergo improbus et avarus exactor
in eum, qui nihil ipsius habebat, insurgere:
sed dum vitiatæ originis præjudicium gene-
rale persequitur, chirographum, quo nitebā-
tur, excedit, a bello iniquitatis exigens pœnam,
in quo nullam reperit culpam. Solvitur itaque
lethifero pactionis male suasæ conscriptio, et
per iniustitiam plus petendi, totius debiti
summa vacuatur.

## In II. Nocturno.

Ant. Fidelis sermo et omni acceptione
dignus: * quod Christus venit in hunc mundum,
peccatores salvos facere. 1. Tim. 1.

Lectio IV. ut die XXIX.

Oratio ut infra.

℣. Benedicamus Domino. Deus Filium suum mihi be-
nedicentem vobis: * ut convertatis unusquisque
a nequitiis suis. Act. 3.

Oratio. Sac. Leon.

Deus, qui humanum genus a suo principe
lethaliter sauciatum, Christi tui nativitate
salvare dignaris: profita quæsumus, ut non
hæreamus in perditionis auctore, sed ad

Redemptoris nostri consortia transeamus.
Per eundem.
Postea fiunt commemorationes de octavis,
antiphona et versus ut pag.

## Ad vesperas.

### Solemne

### Antiphona, ut infra ad Matutinas.

### Lectio Rom. 8.

Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne: ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ~~sed~~ ambulamus, sed secundum spiritum.

℟. br. Misit verbum suum: * Sanavit eos: Rep.

℣. Et eripuit eos de interitionibus eorum.
* Sanavit. ℣. Gloria. Rep. Ps. 106.

### Hymnus Sex.

1. Debilis cessent elementa legis:
Sat diu mentes timor occupavit: *
Foedus aterni stabilire Jesus
Cepit amoris.

2. Sole de vero radius, paterni
Luminis purus sine nube splendor: *
Probra peccati puer ecce tristis
Sanguine profert.

3. Stillet excisos pueri per artus
Efficax noxas abolere sanguis: *
Obligat morti pretiosa totum
Stilla cruorem.

4. Hoc dies nomen tibi comparavit,
O puer! pronus quod adoret orbis: *

Tu simul dici, simul ipse Jesus
Jncipis esse.

℣. Summa laus Patri, simul aequa Nato,
Qui suo mundum redimit cruore: ✠
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus aevum. amen.

℣. Virili Dominus, et benedictus Deus meus:
℟. Et exaltetur Deus salutis meae. Ps. 17.

Ad Magnif. Ant. Propter nimiam charitatem
suam, qua dilexit nos Deus, convivificavit
nos in Christo, ✠ cujus gratia estis salvati,
non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ephes. 2.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui salutis aeternae, beatae Mariae vir-
ginitate foecunda, humano generi praemia
praestitisti: tribue quaesumus; ut ipsam pro
nobis intercedere sentiamus, per quam me-
ruimus auctorem vitae suscipere Dominum
nostrum Jesum Christum Filium tuum;
qui tecum.

Et nulla alia fit commemoratio.

## Die I. Januarii.

Circumcisio D. N. J. C.
Solemnitas II. classis.
12. lect.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Filium Dei factum ex muliere,
factum sub lege: ✠ Venite adoremus. Gal. 4.

Hymnus. Sen.

1. Noxium Christus simul introivit
Innocens orbem: Pater, inquit, adsum: ✠
Vindices proscal, venio paratus,
Ultio poenas.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

2. Non placet fusus cruor hostiarum:
Quod mihi optasti, Pater, esse corpus: ✱
Agnus implebo moriens figuras
Veras inanes.

3. Dixit: et Patris venerabus iram,
Sustulit vulnus filicis cruento: ✱
Et jugum legis subit ipse, servis
Ut inga demat.

4. Jam nihil carnem spoliare prodest,
Sed malas cordis resecare fibras,
Hoc opus: ✱ tali nova sanciuntur
Fœdera lege.

5. Summa laus Patri simul aqua noto,
Qui suo mundum redimit cruore: ✱
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus ævum. Amen.

## In I. Nocturno.

Antiphona et psalmi nocturnorum ut in die Nativitatis.

℣. Protector noster aspice Deus.
℟. Et respice in faciem Christi tui. Ps. 83.

## Lectio I.

De libro Geneseos. cap. 17.

Dixit Deus ad Abraham: Tu ergo custodies pactum meum, et semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me et vos, et semen tuum post te: circumcidetur ex vobis omne masculinum, et circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me et vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus quam emptitius circumcidetur, et quicumque non fuerit de stirpe vestra: erit que pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.

Si autem hoc festum venerit in Dominica, aut feria II. Psalmi nocturnorum et ad Matutinum dicuntur de die currente.

℟. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me et vos: ✱ circumcidetur vobis omne masculinum. ℣. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, et dedit illi testamentum circumcisionis. ✱ circumcid. Gen. 17. ad. 7.

## Lectio II.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 2.

Circumcisio prodest, si legem observes: si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? Et judicabit id, quod ex natura est, præputium legem consummans, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Judæus est: neque quæ in manifesto in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera; cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

℟. Abraham magnus pater multitudinis gentium: fuit in testamento cum Deo, ✱ in carne eius stare fecit testamentum. ℣. Signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei. ✱ in carne. Gali. 44. Rom. 4.

## Lectio III. cap. 8.

Nihil nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant: lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed

secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.

℟. Memor fuit Dominus verbi quod dixit — fuit ad Abraham, ✠ et ℣. statuit illud Jacob in præceptum, et Israel in testamentum æternum. ℟. Dico, Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. ✠ statuit. Ps. 104. Rom. 15.

## Lectio IV.

Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum; spiritus vero vivit propter justificationem. Quod si spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum ejus in vobis.

℟. Novus homo renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum: ✠ ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium: ℣. ✠ omnia, et in omnibus Christus. ℣. Quæ prima fuerunt, jam venerunt: nova quoque ego annuntio. ✠ ubi. ℣. Gloria. ✠ omnia. Coloss. 3. Ps. 42.

## In II. Nocturno.

℣. Apud Dominum misericordia, ℟. Et copiosa apud eum redemptio. Ps. 129.

## Lectio V.

Sermo sancti Cyrilli Alexandrini.
homil. in occurs. Dom. inter diuers.

Vidimus nuper infantulum in presepi jacentem Emmanuel, et humano more fasciis involutum, sed a sancto Angelorum exercitu diuinis laudibus celebratum: hi namque pastoribus natum eius annunciarunt. Decens enim et Pater eximium hunc uelut honorem cœlestibus tribuit, ut primi Christum prædicarent. Hactenus autem per ea, que more lecta sunt, uidemus Mosaicis cedentem legibus, quin potius eum, qui diuina legem majestate sanxit, suis ipsum legibus subjectum.

℟. In Christo circumcisi estis circumcisione non manufacta, in exspoliatione corporis carnis: ✱ sed ✝ in circumcisione Christi. Et Non adiicies ultra, sion: ut pertranseat per te incircumcisus, et immundus. Dixit Dominus. ✝ in circumcisione. Colos. 2. ff. 52.

## Lectio VI.

Quam ob ~~rem~~ causam, doctus est sapientissimus Paulus dicens: cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus: at ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex mulière, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Quaque redemit Christus de maledicto legis eos, qui sub lege erant, non tamen eos, qui legem seruauerant. Redemit autem quonam modo? Quam adimplens. Quemadmodo, se Deo et Patri in omnibus pro nobis obedientem exhibens, que nostre ex Adam inobedientie crimen dilueret. Scriptum est enim: sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita

℣. per unius obedientiam justi constituentur multi.

℟. Neque in manifesto, in carne, est circumcisio, sed circumcisio cordis in spiritu. * cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. ℣. In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. * cuius. Rom. 2. Gal. 6.

## Lectio VII.

Subiecit itaque nobiscum legi cervicem; atque id prudenti consilio, benignaque accommodatione: decebat enim eum implere omnem justitiam. Nam cum servi formam assumpsisset, eam ob causam velut in servorum numero adscriptus ratione humanitatis, tributorum exactoribus una cum aliis didrachma solvit, quamvis natura liber esset, ac nulli vectigalis, sed filius. Cum ergo illum videris servare legem, cave offendaris; nec inter servos liberum colloca, sed divini consilii: ac bitudinem potius mente reputa.

℟. Judicabo tibi, o homo! quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: * utique † facere judicium et misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo. ℣. Circumcisio nihil est, et præputium nihil est, sed observantia mandatorum Dei. † facere. et Rich. 6. 1. Cor. 7.

## Lectio VIII.

Igitur cum octava dies advenisset, qua die carnis circumcisio ex legis præscripto fieri solebat, nomen auctus, nimirum Jesus, quod exponitur salus populi. Sic enim Deus et Pater nominari Filium suum voluit ex muliere secundum carnem genitum. Tunc

nim certe factus est salus populi, nec
unius tantum, sed multorum; quin et
omnium gentium ac universæ terræ. Uno
igitur tempore circumcisus est, et nomen
accepit.

℟. Deus exaltavit illum, et donavit illi
nomen, quod est super omne nomen, ut ✠
in nomine Jesu omne genu flectatur.
℣. Dedit se, ut liberaret populum suum,
et adquireret sibi nomen æternum. ✠ in.
℣. Gloria. ✠ in nomine. Philip. 2. j. Mach. 6.

## In III. Nocturno.

Ant. Pariet Maria filium, et vocabis no-
men ejus Jesum: ✠ ipse enim salvum faciet
populum suum a peccatis eorum. Matth. j.

Cantica ut in Nativitate Domini.

℣. In Domino lætabitur cor nostrum:
℟. Et in nomine sancto ejus speravimus. Ps. 32.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Galatas. cap. 3.

Abraham credidit Deo, et reputatum est illi
ad justitiam. Cognoscite ergo, quia qui ex
fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. Providens
autem Scriptura, quia ex fide justificat
gentes Deus, prænunciavit Abrahæ: quia
in te benedicentur omnes gentes. Igitur
qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli
Abraham. Quicumque enim ex operibus
legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est
enim: maledictus omnis, qui non per-
manserit in omnibus, quæ scripta sunt
in libro legis, ut faciat ea. Quoniam

autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est, quia justus ex fide vivit. lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in illis.

℟. Circumcidite propulium cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis amplius: ✠ Dominum Deum timebis, et illi soli servies. ℣. Finis præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. ✠ Dominum. Deut. 10. 1. Tim. 1.

## Lectio X.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: maledictus omnis qui pendet in ligno; ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Lex ergo adversus promissa Dei? absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, vere ex lege esset justitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Priusautem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem, quæ revelanda erat.

℟. Mortificate membra, quæ sunt super terram, ✠ exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum. ℣. Circumcidimini Domino, et auferte præputia cordium vestrorum. ✠ exspoliantes. Coloss. 3. Jer. 4.

## Lectio XI.

Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur. At ubi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque fœmina; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

℟. Nos sumus circumcisio, ✠ qui spiritu servimus Deo, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne

fiduciam habentes. ℣. Non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis, aestimantur in semine. ✱ qui. Philip. 3. Rom. 9.

## Lectio XII. cap. 5.

State, et nolite iterum jugo servitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universae legis faciendae. Evacuati estis in Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem justitiae exspectamus. Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per charitatem operatur.

℟. Omnis lex in uno sermone impletur ✱ Diliges proximum sicut teipsum. ℣. Vos in libertatem vocati estis fratres, per charitatem spiritus servite invicem. ✱ Diliges. ℣. gloria. ✱ Diliges. Gal. 5.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus. Quod vocatum est prius quam in utero concipereretur.

### Oratio ad Matutinas.

### Ad Laudes matutinas et horas Antiphonae.

℣. Christum Jesum proposuit Deus propitiationem per fidem, ✱ in sanguine ipsius. Rom. 3.

℣. Redemit nos de maledicto legis, ✱ ut in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Jesu. Gal. 3

℣. Christus apparuit, ut peccata nostra tolleret; ✱ et peccatum in eo non est. 1. Jo. 3.

℣. ad Laudes. Ego Dominus Deus tuus, sanctus Israel: ✱ Salvator tuus. Isa. 43.

℣. Israel salvatus est in Domino salute aeterna: ✱ non confundemini usque in saeculum saeculi. Is. 45.

## Lectio III. 2.

Salvator noster Jesus Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

℟. br. Laudate Dominum, * quia bonus Dominus: ℟ep.

℣. Psallite nomini ejus, quoniam suave.

* quia. ℣. Gloria. ℟ep. Ps. 134.

## Hymnus Sen.

1. Felix dies, quam proprio
Jesus cruore consecrat: ✱
Felix dies, qua gestiit
Opus salutis aggredi.

2. Vix natus, ecce lacteum
Profundit infans sanguinem: ✱
Libamen est hoc funeris,
Amoris hoc preludium.

3. Amore se facit reum,
Pœnasque solvit innocens: ✱
Sub lege factus Legifer,
A lege nos ut eximat.

4. Quo Christus ictu lœditur,
Lex abrogata concidit: ✱
Et incipit lex sanctior,
Mansura semper charitas.

5. Tu Christe, quod non est tuum;
Nostro recide pectore: ✱
Inscribe nomen intimis,
Inscribe legem cordibus. Amen.

℣. Ipse redimet Israel,

℟. Ex omnibus iniquitatibus. Ps. 129.

℣ Bened. ant. Cum mortui estis in delictis et præputio carnis vestræ * convivificavit cum Christo, donans vobis omnia delicta. Coloss. 2.

Oratio Sacr. Greg.

Omnipotens Deus, cuius Unigenitus hodier-
na die corporalem suscepit circumcisionem:
spirituali circumcisione mentes nostras ab
omnibus vitiorum incentivis expurga;
et fac nos perseverare in novitate virtutum.
Per eumdem.

Et dicitur ad vigilias et matutinas.

Ad Tertiam. Lectio Rom. 10.

Omnis, qui credit in illum, non confundetur:
non enim est distinctio Judæi et Græci: nam idem
Dominus omnium, dives in omnes, qui invo-
cant illum. Omnis enim, quicumque invoca-
verit nomen Domini, salvus erit.
℣. Speravit in te, qui noverunt nomen tuum:
℟. Quoniam non derelinquisti quærentes te
Domine. ℣. g.

Oratio ad horas, nulla I. Vesperas.

Ad Sextam. Lectio Ephes. 1.

Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo, in
quo habemus redemptionem per sanguinem
ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias
gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis.
℣. Salvavit eos de manu odientium:
℟. Et redemit eos de manu inimici. ℣. 105.

Ad Nonam. Lectio Eph. 2.

Eramus natura filii iræ sicut et ceteri: Deus
autem, qui dives est in misericordia, propter
nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et
cum essemus mortui peccatis, convivificavit
nos in Christo, cujus gratia estis salvati.
℣. Salvavit eos propter nomen suum,
℟. Ut notam faceret potentiam suam. ℣. 105.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ut ad horas.

Ledio. Tit. 2.

Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie & juste & pie vivamus in hoc sæculo.
℟. br. & hymnus, ut in II. Vesperis Nativitatis.
℣. Non discedimus a te, vivificabis nos:
℟. Et nomen Domini invocabimus. Ps. 79.
Ad Magnif. ant. Cognovit Dominus, qui sunt eius: & discedat ab iniquitate, omnis qui nominat nomen Domini. 2. Tim. 2.

Oratio Tit.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in unigenito tuo novam creaturam nos tibi ipse fecisti: custodi opera misericordiæ tuæ, & ab omnibus nos maculis vetustatis emunda; ut per auxilium gratiæ tuæ in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum vivit.

Deinde fit commemoratio S. Stephani.

Ant. Elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto: & hunc statuerunt ante conspectum apostolorum, & orantes imposuerunt ei manus. Act. 6.
℣. Beatus, quem elegisti & assumpsisti:
℟. Inhabitabit in atriis tuis. Ps. 64.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias Martyrum in beati Levitæ Stephani sanguine dedicasti: tribue quæsumus, ut pro nobis interpellare existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Dominica

Post Circumcisionem.

Si hoc Dominica incidat in diem II. Januarii, non fit de ea commemoratio in II. Vesperis Circumcisionis. Si vero in diem III. vel IV. habet primas vesperas ritu duplici, et fit commemoratio octavarum occurentium.

In his tribus diebus in officio de Dominica antiphonæ dicuntur ex festo circumcisionis ad horas et vesperas, ad vigilias vero, ut in dominica infra octavam Nativitatis notantur, unde etiam totum officium petitur, præter responsoria prolixa, quæ dicuntur ut mox notabuntur; hymni autem desumuntur ex die V. Januarii. Lectiones I. Nocturni quatuor de die currente cum suis R.R.

Si autem incidat in vigiliam Epiphaniæ, officium fiet, ut dicetur infra in eadem vigilia.

## Die II. Januarii.

Octava S. Stephani Martyris.
Duplex 3. lect.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus, et antiphonæ Nocturnorum ut in festo. V. ut ibidem in I. Noct.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 7.

Volo omnes vos esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego. Quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere, quam uri. His autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere

innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. g. Nam coteris ego dico, non Dominus: si quis frater uxorem habet infidelem, et hoc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. R. j. Ego constitutus sum rex a Deo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius: ℣. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. R. Cui Deus dixit aliquando Angelorum: ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? ℣. Dominus. Ps. 2. Hebr. j.

Pro Dominica R. 2. Minuisti eum paulo minus ab angelis; ℣. gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. R. Eum qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem gloria et honore coronatum. ℣. gloria. Ps. 8. Hebr. 2.

## Lectio II.

Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi: in pace autem vocavit nos Deus. Unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies? Verumtamen unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, et sic in omnibus ecclesiis doceo? q. Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur.

circumcisio nihil est, et præputium nihil est:
sed observatio mandatorum Dei. Unusquisque
in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.
Servus vocatus es? non sit tibi curæ: sed et si pos-
sis fieri liber, magis utere. Qui enim in Do-
mino vocatus est servus, libertus est Domini:
similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.
Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.
Unusquisque in quo vocatus est, fratres,
in hoc permaneat apud Deum.

℟. Tu es Domine, qui extraxisti me de ventre,
spes mea ab uberibus matris meæ: ✠ narrabo
nomen tuum fratribus meis. ℣. Qui sanctifi-
cat, et qui sanctificantur, ex uno omnes:
propter quam causam non confunditur fra-
tres eos vocare dicens: ✠ narrabo. Ps. 21. Hebr. 2.

Pro Dominica ℟. 4. Sit nomen Domini bene-
dictum in sæcula: ✠ ante solem permanet no-
men eius, et ✠ benedicentur in ipso omnes tri-
bus terræ. ℣. Ipse est imago Dei invisibilis,
primogenitus omnis creaturæ. ✠ ante. ℣.
Gloria. ✠ benedicentur. Ps. 71. Coloss. 1.

Et sequens lectio omittitur.

## Lectio III.

Sermo sancti Fulgentii Episcopi.
Serm. 3. de S. Steph.

Necesse nobis est, fratres charissimi!
agnoscere, quibus armis præcinctus Stephanus
Iovitiam Judæorum potuit superare, pulsa
mercede feliciter triumphare. Invicta in eo
enituit insignia virtutis, qui nec fremen-
tium Iovitiam formidavit, nec lapidantium
ictibus devicta succubuit. Usque adeo enim
inter fremientes permansit interritus,
et inter lapidum fulmina securus,
ut in credulitatem Judæorum fidenter arguere-

et benignus pro lapidantibus exorare. Quod est ergo tam magnum atque insuperabile genus armorum? Procul dubio munimine regio septus nullatenus est ab adversariis superabus; quoniam rex noster, cum sit altissimus, pro nobis humilis venit, sed inanis venire non potuit. Magnum quippe donativum suis militibus attulit, quo eos non solum copiose ditavit, sed etiam ad certandum invictissime confortavit. attulit namque donum charitatis, quo perducere et homines ad consortium deitatis. Charitas ergo, quae de caelo in terras deposuit Christum, ipsa Stephanum de terra levavit ad caelum. Charitas, quae processit in rege, ipsa subsequenter refulsit in milite.

℟. Stephanus positis genibus clamavit voce magna dicens: ✱ Domine ne statuas illis hoc peccatum. ℣. Ego dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. ✱ Domine. ℣. Gloria. ✱ Domine. ad. j. ℣. Matth. 5.

## In II. Nocturno.

### Antiphona ut in festo.

### Lectio j. Beh. 6.

Non sitis reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis.

℣. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi:
℟. Ego autem orabam. ℣. Ps. 108.

### oratio ut infra.

## Ad Laudes Matutinas et horas.

Omnia ut in ipso festo, praeter sequentem orat.

Oratio Sur. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati levitæ Stephani sanguine dedicasti: tribue quæsumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum.

Deinde fiunt commemorationes octavarum S. Joannis et SS. Innocentium. antiphona et versus ut pag.

## ad II. Vesperas.

Antiphona ex Laudibus festi, lectio et cætera ut in II. vesperis festi, cum dicta oratione.

Postea fit commemoratio diei octavæ S. Joannis ex I. Vesperis, oratio ut infra, et de SS. Innocentium ut pag.

## Die III. Januarii.

Octava S. Joannis apostoli.
Duplex 3. lect.

### Ad vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus, ut in festo.

### In I. Nocturno.

Antiphona et V. ut in I. Noct. festi.

### Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 8.

De iis autem, quæ idolis sacrificantur, scimus, quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus, quia

nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus, nisi unus. 9. etsi sunt, qui dicantur dii, sive in coelo sive in terra: siquidem sunt dii multi, et domini multi: nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolóthytum manducant, et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducaverimus, abundavemus; neque si non manducaverimus, deficiemus. ℟. Timebunt gentes nomen tuum Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam: ✱ quia Dominus respexit in orationem humilium, et non sprevit precem eorum. ℣. Proposuit Deus instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt. ✱ quia. Ps. 101. Epkes. 1.

Pro II. Nocl. Dominica 6. ℟. Oculi mei languerunt pre inopia, clamavi ad te Domine tota die: ✱ pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea. ℣. Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. ✱ pauper. Ps. 87. et Matth. 8.

Lectio II. ib. et cap. 9.

Videte autem, ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolóthyta? et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est! Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam,

in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. 9. Non sum liber? non sum apostolus? nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino? Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hoc est. Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas? aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?

℟. Postula a me, * et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. ℣. Sic præcepit Dominus: posuite in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. † Dabo. Ps. 2. ant. 13.

Pro II. Noct. Dominica 8. Pf. Ecce electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum: * judicium gentibus proferet, et legem eius insulæ expectabunt. ℣. Notum sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, et ipsi audient. * judicium. ℣. Gloria. * judicium. Is. 42. act. 28.

Et sequens lectio omittitur.

## Lectio III.

Ex tractatu Sancti Augustini Episcopi in Joannem. Tract. 36.

In quatuor evangeliis, vel potius quatuor libris unius evangelii, Sanctus Joannes Apostolus non immerito, secundum intelligentiam spiritalem, aquilæ comparatus, altius multoque sublimius aliis tribus erexit prædica-

tionem fiam: et in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres Evangelistæ, tanquam cum homine Domino in terra ambulantes, de dignitate eius pauca dixerunt. Jesum autem quasi pigneri in terra ambulare, sicut ipse exordio sui sermonis intonuit cœpit se non solum super terram, et super omnem ambitum aeris et cœli, sed super omnem exercitum Angelorum, omnemque constitutionem visibilium potestatum, et pervenit ad eum, per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

℟. Quod vidimus, testamur: ✠ et ✠ annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis. ℣. Ad præceptum Domini elevabitur aquila, de longe oculi eius prospiciunt. ✠ annunt. Gloria. ✠ annuntiamus. j. Jo. j. Job. 39.

In II. Nocturno.

Antiphona ut in festo.

Lectio Eccli. j.

Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit? altissimus creator effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum; et probavit illam diligentibus se.

℣. Domine veritatem dilexisti:
℟. Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Ps. 50.

Oratio ut infra.

Ad Laudes et Matutinas et Horas.

Omnia ut in die festo.

Oratio Sacr. Gelas.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut

excellentiam verbi tui, quam beatus Evangelista Joannes aspexit, et conecnienter intelligere valeamus, et veraciter confiteri. Per eundem Dominum.

Deinde fit commemoratio SS. Innocentium. ut supra pag.

Ad II. Vesperas antiphona ex Laudibus festi, cetera ut in II. Vesperis eius, cum commemoratione SS. Innocentum ex I. Vesperis festi.

## Oratio Sac. Gelas.

Visitet ecclesiam tuam, Deus, Innocentum, quos hodie veneramur, exemplo sinceram tenere pietatem: qua prius vitam praestitit sempiternam, quam possit nosse praesentem. Per Dominum.

## Die IV. Januarii.

Octava SS. Innocentum.
Duplex 3. lect.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus ut in festo.

In I. et Nocturno.

Antiphona et V. ex I. et Nocturno festi.

### Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 9.

Quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, et de fructu eius non edit? aut quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem haec dico? an et lex haec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique haec dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi.

Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Si alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi. ℣. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt, et qui altari deserviunt, cum altari participant? ℣. Ita et Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi haec, ut ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit; vae enim mihi est, si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

℟. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: * habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. ℣. Tenebrae obtenebrarunt, et verum lumen jam lucet. * habitantibus. Is. 9. 1. Jo. 2.

Pro III. et Vad. Dominica. Jo. ℟. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: * ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. ℣. Egressus es Domine in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. * ut omnis. Jo. 3. Hab. 3.

## Lectio II.

Quae est ergo merces mea? ut Evangelium praedicans sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio. Etsi enim liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus

cum Judeis tanquam Judeus, ut Judeos
lucrarer: iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege
essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos,
qui sub lege erant, lucrifacerem: iis, qui sine
lege erant, tanquam sine lege essem: cum
sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi: ℣
ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Factus
sum infirmis infirmus, ut infirmos lucri-
facerem. Omnibus omnia factus sum, ut
omnes facerem salvos. ℣. Omnia autem facio
propter Evangelium, ut particeps eius efficiar.
Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes qui-
dem currunt, sed unus accipit bravium? Sic
currite, ut comprehendatis. Omnis autem, qui
in agone contendit, ab omnibus se abstinet: et illi
quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos
autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non
quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem
verberans, sed castigo corpus meum, et in servi-
tutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim,
ipse reprobus efficiar.

℣. In mundo erat, et mundus per ipsum factus
est, et mundus eum non cognovit. ℟. in propria
venit, et sui eum non receperunt. ℣. Cognovit
bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini
sui: Israel autem me non cognovit. ℟. in. Jo. 1. ℣. 1.

Ad III. Nocturno Dominica. 12. ℟. Cum esset
filius Dei, dedicit ex iis, quæ passus est, obedientiam:
et ℣. factus est omnibus obtemperantibus
sibi causa salutis æternæ. ℣. In terris visus est,
et cum hominibus conversatus est. ℟. et factus:
℣. Gloria. ℣. factus est. Hebr. 5. Baruch. 3.

## Lectio III.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
ex lib. 3. de Symb. ad Catech. c. 4.

O magnum Dominum gratiæ! quibus eorum meritis
præstitum est, ut sic vincerent infantes? et cæcum
loquuntur, et Christum confitentur. et cæcum
mutibus membrorum valent suscipere pugnam,
et victoriæ iam efferunt palmam. Quomodo
regnas Heroes, qui sic vinceris? Parvus ille non
te armatorum virorum fugerat manu, sed
innumerabili vicit turba morientium paren-
torum. Vis nosse, quid infantibus, quos trucidasti,
præstiteris? Ideo sæviisti ad eorum vitam, ne
cum suis parentibus occiderent veram vitam.
hoc illo per te agente, qui novit bene uti etiam
malis tuis. et eorum animas liberavit a pa-
rentum internecionis suæ societate, et te solum
inanem reliquit in scelere. Egit et agit gratia
causas suas, et per inimicos suos, et per ipsos,
et in ipsis: nam et ipsi, qui moriebantur,
natura filii erant, sicut et cæteri. Sed quid eis
præstitit gratia, nisi ut emeret eos de potestate
tenebrarum? Præstitit eis Christus, ut pro Chri-
sto morerentur: præstitit ut suo sanguine
ab originali peccato diluerentur. Abierunt
ad mortem, sed continuo eos mors reddidit vitæ.

℟. Convertam luctum eorum in gaudium. ✠
et ✠ consolabor eos, et lætificabo a dolore
suo. ℣. Ego dabo de fonte aquæ vivæ gratis.
* et. ℟. gloriâ. ✠ consolabor. Jer. 31. apoc. 21.

## In II. Nocturno.

Antiphona ut in festo.

### Lectio Jer. 31.

Hæc dicit Dominus: quiescat vox tua a ploratu,
et oculi tui a lacrymis, quia est merces operi
tuo, et revertentur de terra inimici: et est
spes novissimis tuis, ait Dominus: et re-
vertentur filii ad terminos suos.

℣. afferentur in latibula et exultatione:
℟. adducentur in templum regio. Ps. 44.

Oratio ut ~~infra~~ supra.

Ad Laudes matutinas et horas.

Omnia dicuntur ut in festo. Oratio ut supra ad vesp.

Ad II. Vesperas omnia ut in die, antiphona
ex laudibus, oratio ut supra. Deinde, si non fit
Sabbatum, fit commemoratio vigiliæ, antiph.
℣. et oratio ut infra.
At Sabbato autem fit sequenti modo.
Antiphona ex laudibus Circumcisionis ritu Duplici.

Lectio Isa. 19.

Cognoscetur Dominus ab Ægypto, et cognoscent
Ægyptii Dominum in die illa, et colent eum
in hostiis et in muneribus: et vota vovebunt
Domino, et solvent. Et percutiet Dominus Ægyp-
tum plaga, et sanabit eam, et revertentur ad
ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos.
Lib. Eripies me Domine: * de contradictionibus
populi. Rep.
℣. Constitues me in caput gentium. * de contrad.
℣. Gloria. Rep. Ps. 17.

Hymnus Paris.

1. Verbum, quod ante sæcula
Sinu paterno nasceris: *
Recens homo sub tempore
E virginis prodis sinu.

2. Fatale rumpis vinculum,
Quo nos Adamus nexuit: *
Reddes, quod ille perdidit:
Spes illa tecum nascitur.

3. Jam dura discis perpeti,
Quo ferre par sontes fuit: *
Cibis salutis flebilis
Proludis in cunis puer.

℣. Tis pauper, indigentia
Et nostra dilexisimus: ℟
Luges, tuis et lacrymis
Totum careas mundi scelus.
℣. Pannis operibus vilibus
Lates, recumbens in foeno: ℟
Homo superbis, et Deum
Panni, foenus non decerent.
℣. A Patre missus, perdidit
Qui factus es mundi salus: ℟
Jesu perire non finas,
Tot quos emis laboribus.
℣. Jesu tibi sit gloria sit gloria,
Qui natus es de Virgine: ℟
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.
℣. Tu Dominus altissimus super omnem terram:
℟. Nimis exaltatus es super omnes deos. Ps. 96.

Ad Magnif. ant. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Aegyptum: ℟ et commovebuntur simulacra Aegypti a facie eius. Is. 19.

Oratio Sac. Gelas.

Adesto, Domine supplicationibus nostris: ut populus tuus, qui te factore conditus, tegne est reparatus auctore, te etiam jugiter operante salvetur. Qui vivis.

Deinde fit commemoratio S. Innocentium ex II. Vesperis, oratio ut supra.

## Die V. Januarii.

Vigilia Epiphaniæ Domini.

Si venerit in Dominica, fit hoc novo:

Dupl. mai. 12. lect.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Filium Dei factum ex muliere, factum sub lege: ℟ venite adoremus. Gal. 4.

## Hymnus Deus.

1. Tac Christe nostri gratia
Defunde tot laboribus: *
Ut mente grata sic piis
Hos prædicari cantibus.

2. Casto parentis in sinu
Inclusus ardebas pati: *
Clemens ut discas mori,
Mortale corpus induis.

3. Vix natus, imbellis puer,
Aucta sentis frigora: *
En vile pro molle thoro
Fenum tibi supponitur.

4. Amore te facis reum,
Fers ipse pœnas innocens: *
Nec eximis te legibus
Supremus ipse legifer.

5. Qui primus excisa cruor
E parte stillat corporis: *
Membris micans ex omnibus
Torrentis instar prorupit.

6. Qui mucro lacteas necat,
Idem tuum pectus fodit: *
Et quo cadebant parvuli,
Hoc tu cadebas vulnere.

7. Exul Deus prompta fuga
Tuo saluti consulis: *
Intrans Pharon verax Deus
Mittus dies mendacibus.

8. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

### In I. Nocturno.

antiphona, ut in Dominica infra octavam
Nativitatis in utroque nocturno. pag.

℣. Salvos nos fac Domine Deus noster.
℟. Et congrega nos de nationibus. Ps. 105.
Lectiones quatuor ex duabus infra, omissa
tertia, cum quatuor RR. ex die II. Januarii.

## In II. Nocturno.

℣. Sperent in te Domine:
℟. Qui noverunt nomen tuum. Ps. 9.

### Lectio V.

Ex epistola Sancti Athanasii ad Epictetum.
Quo pacto viri, qui dicuntur Christiani, vel
ambigere ausi sunt, sitne Dominus, qui ex
Maria natus est, substantia et natura sua
Filius Dei; secundum carnem vero ex semine
David et ex carne sancta Mariæ ortus? Quinam
vero ea temeritate fuerunt, ut dicerent,
Christum, qui carne passus et crucifixus est,
non esse Dominum et Salvatorem, ac Deum
Filiumque Patris? aut quomodo christiani
volunt nuncupari, qui dicunt, in sanctum
hominem, perinde atque in unum ex prophetis,
venisse Verbum, nec ipsum hominem factum
fuisse ex Maria corpus assumendo; sed aliud
esse Christum, et aliud Dei Verbum, quod
ante Mariam et ante sæcula Filius erat
Patris? aut qua quæso ratione christiani
fuerint, qui dicunt, alium esse Filium, et
aliud Dei Verbum? Semen Abrahæ appre-
hendit, ut ait apostolus, unde debuit per om-
nia fratribus assimilari, et corpus assumere
nobis simile. Propterea igitur adest vere
Maria, ut ab ea illud assumat, et tamquam
proprium illud pro nobis offerat.

℟℟. quatuor ex die III. Januarii.

### Lectio VI.

Illud ipsum corpus octavo die circumcisum
est, idem a Simeone in ulnas susceptum,

dissum puer evasisset, duodecimque annorum factum esse, et ad trigesimum usque pervenisse annum. Non enim pulchra non nulli suspicati sunt, ipsa verbi substantia mutata, circumcisa est, cum sit immortalis et immutabilis; sed in corpore circumciso, gestato, edente, bibente, laborante, cruci affixo et patiente erat impassibile et incorporeum Dei Verbum. Sed quae corporis erant propria, sibi ipsi incorporeo existenti propria effecit. Nam quae humanum Verbi corpus patiebatur, haec ipsa Verbum, quod corpori conjunctum erat, ad se referebat, ut nos Verbi deitatis participes esse possemus.

## Lectio VII.

Ac illud per quam mirabile fuit, idem fuisse patiens et non patiens: patiens quidem, quatenus proprium ipsius corpus patiebatur, et quatenus in ipso patiente erat; non patiens autem, quia Verbum cum natura sua Deus sit, impassibile est. Haec autem non fictione facta sunt, quemadmodum nonnulli existimarunt, absit: sed salvatore vere homine facto, hinc totius hominis salus consecuta est. Verum nequaquam fictitia res est salus nostra, neque solius corporis, sed vere totius hominis, animae scilicet et corporis, salus in ipso Verbo facta est. Humanum itaque naturae erat, quod ex Maria prodiit, secundum divinas scripturas, eorumque erat Domini corpus: verum, inquam, fuit cum idem atque nostrum exstiterit. Haec vero nonnulli commiscentur et dicunt, quemadmodum in singulos prophetas Verbum advenit, ita quoque in quendam hominem ex Maria filium venisse, inutile est

agitare, cum eorum insania manifestam sui confutationem praeferat.

## Lectio VIII.

Nam quare, si ita venerit, quolibet Sanctorum comedente, et libente, laborante et moriente, non dicitur ipsum verbum comedere et libere, laborare et mori, sed de solo Maria filio ita dicitur? Quocunque enim corpus illud passum est, haec quasi ipso patiente verba dicta sunt. Et cum de aliis omnibus dictum sit dum taxat, quod geniti et nati sint, de solo Maria filio dictum est: Et verbum caro factum est. Ex quibus ostenditur, ad reliquos quidem sanctos verbum factum esse vel prophetarent; ex Maria autem Verbum carne assumta prodiisse, qui natura quidem et substantia Verbum Dei erat, secundum carnem autem ex semine David, et ex carne Mariae homo factus est, ut ait Paulus. Hunc Ariani abnegarunt; nos vero agnoscentes adoramus, nec filium a Verbo dividimus, sed agnoscimus ipsum Verbum esse filium, per quem facta sunt omnia, et per quem nos redempti sumus.

## In III. Nocturno.

Ant. Auferet Dominus Deus lacrymam abomni facie: et opprobrium populi sui auferet de universa terra. Is. 25.

Cantica vel in Nativitate Domini.

℣. Confitebor tibi in populis Domine:
℟. Et psalmum dicam tibi in gentibus. Ps. 56.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 9.

Veritatem dico in Christo, non mentior, testi-
monium mihi perhibente conscientia mea in
Spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna
est, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim
ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus
meis, qui sunt cognati mei secundum carnem,
qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filio-
rum, et gloria, et testamentum, et legislatio,
et obsequium, et promissa: quorum, et ex quibus
est Christus secundum carnem, qui est super omnia
Deus benedictus in sæcula. amen. Non autem
quod excciderit verbum Dei. Non enim omnes,
qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ: neque qui
semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac
vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis,
hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis, æsti-
mantur in semine. Promissionis enim verbum
hoc est: secundum hoc tempus veniam, et erit
Saræ filius.

℟. Annuntiabitur Domino generatio ven-
tura: * et annuntiabunt cœli justitiam ejus
populo qui nascetur, quem fecit Dominus.
℣. Dominabitur a mari usque ad mare, et a
flumine usque ad terminos orbis terrarum.
* et. Ps. 21. et 71.

## Lectio X.

Non solum autem illa: sed et Rebecca ex
uno concubitu habens, Isaac patris nostri.
Cum enim nondum nati fuissent, aut ali-
quid boni egissent aut mali: ut secundum
electionem propositum Dei maneret: non
ex operibus, sed ex vocante dictum est ei:
quia major serviet minori, sicut scriptum
est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.
Quid ergo dicemus? num quid iniquitas est
apud Deum? absit. Moysi enim dicit: mise-
rebor cujus miserear, et misericordiam

præstabo, cuius miserebor: igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra. Ergo cuius vult miseretur, et quem vult indurat.

℟. Date Domino gloriam familiæ populorum, levate sacrificium, venite in conspectu eius: ✠ et adorate Dominum in decore sancto. ℣. Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem. ✠ et adorate. j. Par. 16. Ps. 95.

## Lectio XI.

Dicis itaque mihi: quid adhuc queritur: voluntati eius quis resistit? o homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Quod si Deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam. quos et vocavit nos non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: vocabo non plebem meam plebem meam, et non dilectam dilectam, et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam: et erit: in loco, ubi dictum est eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.

℟. Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ: ✠ et adorabunt in conspectu eius universæ familiæ gentium. ℣. Convertentur, quia ipsius est magnificabitur usque ad terminos terræ ✠ et adorab. Ps. 21. Mich. 5.

## Lectio XII.

Isaias autem clamat pro Israel: si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. Verbum enim consummans et abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus super terram. Et sicut prædixit Isaias: nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus. Quid ergo dicemus? quod gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem justitiæ, ad legem justitiæ non pervenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali: et omnis, qui credit in eum, non confundetur.

℟. Terra Zabulon et terra Nephthali, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium: * populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. ℣. Consurgens Joseph accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel; et admonitus in somnis secessit in partes Galilææ. * Populus. ℣. Gloria. Populus. Ut supra. Matth. 2.

### Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 2.

In illo tempore: Defuncto Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens: Surge et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus

in somnis secessit in partes Galilee. Et veniens habitavit in civitate, que vocatur Nazareth. ut adimpleretur, quod dictum est per prophetas. quoniam Nazareus vocabitur.

Oratio ut infra ad laudes.

Si vero vigilie extra Dominicam venerit.

Simpl. 3. lect.

At vigilias nocturnas.

Invit. ut supra. hymnus, supra ex vesperis.

In I. Nocturno.

Antiphone ex Dominica infra octavam Nativitatis pro utroque nocturno.

℣. Confitebor tibi in populis Domine:
℟. Et psalmum dicam tibi in gentibus. Ps. 56.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 10.

Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt; et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari: et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum bene placitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. ℣. Hec autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. Neque idololatre efficiamini sicut quidam ex ipsis; quem ad modum scriptum est: sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt una die viginti tria

millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.

℟. Amen habebitur: ut supra ex III. Noct.

## Lectio II.

Haec autem in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite a idolorum cultura: ut prudentibus loquor, vos ipsi judicate, quod dico. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Videte Israel secundum carnem: nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? Dico, quod idolis immolatum sit? aut quod idolum sit aliquid? Sed quae immolant gentes, daemoniis immolant, et non Deo. Nolo autem vos socios fieri daemoniorum. Non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum: non potestis mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum.

℟. Tu autem Domine. Supra 10. ℟.

## Lectio III.

Sermo sancti Petri Chrysologi.

Serm. 155.

Sepe quærimus, quare sic mundum
Christus intrat, ut ventris experiatur
angustias, partus patiatur injuriam,
sustineat vincla pannorum, cunabula
toleret imbecilla, lacrymis uberum nu-
trimenta disquirat, et tam gradus ne-
cessitatesque persentiat. Qualiter
venire debuit, qui voluit apportare gra-
tiam, timorem pellere, quærere charita-
tem? Natura docet omnes, quid valeat,
quid mereatur infantia. Infantia quam
barbariem non vincit, quam non feritatem
mitigat, quam crudelitatem non com-
primit? quid non amoris expostulat,
quid non affectionis extorquet, quam non
imponit gratiam, quam non impetrat
charitatem? Hoc ita esse sciunt patres,
matres sentiunt, probant omnes, viscera
humana testantur. Sic ergo nasci voluit,
qui amari voluit, non timeri: et tamen
apud malitiam humanam sic blanda, sic
pia, sic chara audite quid proficit infantia.
Si Hierosolyma, si rex, si scribæ, si principes
Sacerdotum ad Christi sic turbantur infan-
tiam, quid isti facerent, Christus perfectum
mox in hominem si recipiet, si fuctus diversitas,
et multitudine, si cum suspectis, si cum
extraneis?

℟. Quæsierunt me qui ante non interro-
gabant, invenerunt, qui non quæsierunt
me: ✝ ecce ego ad gentem, quæ non invoca-
bat nomen meum. ℣. Isaias audet et
dicit: inventus sum a non quærentibus
me: palam apparui iis, qui me non in-
terrogabant. ✝ ecce. ℣. Gloria. ✝ ecce.
Is. 65. Rom. 10.

In II. Nocturno.

Lectio Isai. 11.

Relinquent gentes idola sua, et venient in Jerusalem; et gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Israel.

℣. Timebunt gentes nomen tuum Domine:

℟. Et omnes reges terræ gloriam tuam. Ps. 101.

Oratio ut infra ad Laudes.

Ad Laudes matutinas et horas. antiphonæ.

1. Miserebor eius, quæ fuit absque misericordia: ✱ et dicam non populo meo, populus meus es tu. Ose. 2.

2. Magnificabor, et sanctificabor, et notus ero in oculis multarum gentium: ✱ et scient, quia ego Dominus. Ezech. 38.

3. Increpabitur sublimitas hominum et elevabitur Dominus solus in die illa: ✱ et idola penitus conterentur. Is. 2.

4. Veniet omnis caro: ✱ ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Is. 66.

5. ad Laudes. Operuit cœlos gloria eius, et laudis eius plena est terra. ✱ Splendor eius, ut lux erit. Hab. 3.

Lectio apoc. 15.

Quis non timebit te Domine, et magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo.

℟. br. Vacate et videte: ✱ quoniam ego sum Deus. Rep.

℣. Exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. ✱ quoniam. ℟. gloria. Rep. Ps. 45.

Hymnus Prim.

1. Divine crescebas puer,
Crescendo discebas mori: ✱
Hæc destinata tunc erant
Mortis tuæ præludia.

2. Natus Deo, volens legi,
Elegit obscurum patrem: ✱
Qui fecit æternas domos,
Domo latet sub paupere.

3. Cœlum manus quæ sustinent,
Fabrile contrectant opus: ✱
Supremus astrorum parens
Fit ipse vilis artifex.

4. Tremenda cuius prospedes
Mandata portant spiritus: ✱
Cui pronus orbis subditur,
Se fronte fabro subdidit.

5. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: ✱
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

℣. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.
℟. Illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Ps. 66.

Ad Bened. ant. Illumina Domine his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent, ✱ ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc. 1.

Oratio Sacr. Gelas.

Corda nostra, quæsumus Domine, venturæ festivitatis splendor illustret: quo mundi hujus tenebris carere valeamus, et perveniamus ad patriam claritatis æternæ.
Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio Zach. 2.

Applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt mihi in populum, et habitabo in medio tui: et scies, quia Dominus exercituum misit me ad te.
℣. Benedicentur in ipso omnes tribus terræ:
℟. Omnes gentes magnificabunt eum.
Ps. 71.

## Ad Sextam. Lectio Soph. 2.

Venerabilis Dominus omnes Deos terræ, et adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium.

℣. Adorabunt eum omnes reges terræ:
℟. Omnes gentes servient ei. Ps. 71.

## Ad Nonam. Lectio Is. 45.

Convertimini ad me, et salvi eritis omnes fines terræ, quia ego Deus, et non est alius.

℣. Reminiscentur et convertentur ad Dominum:
℟. Omnes fines terræ. Ps. 21.

## Ad Vesperas.

### Solemnitas. antiphona.

1. Ecce ego declinabo super Jerusalem quasi fluvium pacis: * et quasi torrentem inundantem gloriam gentium. Is. 66.

2. Circumspice Jerusalem ad orientem: * et vide incunditatem a Deo tibi venientem. Bar. 4.

3. Dilata locum tentorii tui, ad dextram enim et ad lævam penetrabis: * et semen tuum gentes hereditabit. Is. 54.

4. Videbis et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum: * quando conversa fuerit ad te fortitudo gentium. Is. 60.

### Lectio Rom. 15.

Erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt.

℟. br. Benedicentur in ipso * omnes tribus terræ. Resp.

℣. Omnes gentes magnificabunt eum. * omnes. ℣. Gloria. Resp. Ps. 71.

### Hymnus Ven. Fortunati.

1. Agnoscat omne sæculum,
Venisse vitæ præmium: *.

Post hostis asperi jugum,
Apparuit Redemtio.

2. Jam Jesse radix floruit,
Et virgo fructum edidit: *
Fœcunda partum protulit,
Et virgo Mater permanet.

3. Jam nata lux est et salus,
Fugata nox, et victa mors: *
Venite gentes, credite,
Deum Maria protulit.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: *
Cum Patre eumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.

℣. Reges Tharsis et insulæ munera offerent.
℟. Reges Arabum et Saba dona adducent. Ps. 71.

Ad Magnif. ant. Civitas Dei luce splendida fulgebis: nationes ex longinquo ad te venient: * et munera deferentes adorabunt in te Dominum. Tob. 13.

Oratio ut ad Laudes.

## Die VI. Januarii.

Epiphania D. N. J. C.
Solemnitas I. classis. 12. lect.

### Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Verbum vitæ, quod apparuit nobis: * venite adoremus. 1. Jo. 1.

Hymnus Prudentii.

1. En! Perfici ex orbis sinu,
Sol unde sumit ianuam: *
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi.

1. Quis iste tantus, inquiunt,
Regnator, astris imperans: ✱
Quem sic tremunt cœlestia,
Cui lux et astra serviunt?

2. Jam flos subit. Davidicus,
Radice Jessæa editus: ✱
Sceptrigue per virgam virens
Rerum cacumen occupat.

4. Exin sequuntur percibi
Fixis in altum vultibus: ✱
Quo stella fulcum traxerat,
Clarumque signabat viam.

6. Gaudete, quidquid gentium,
Judæa, Roma, Græcia: ✱
Ægypte, Thrax, Persa, Scytha,
Rex unus omnes possidet.

8. Jesu tibi sit gloria,
Qui te revelas gentibus: ✱
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.

In I. Nocturno. antiphona.

1. Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini: ✱ et fluent ad eum omnes gentes. Isa. 2.

2. Præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos: ✱ et telam, quam ordituus est super omnes nationes. Is. 25.

3. Auferet ~~Deus~~ Dominus Deus lacrymam ab omni facie, ✱ et opprobrium populi sui auferet de universa terra. Is. 25.

4. Venient, qui perditi fuerint de terra: ✱ et adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem. Is. 27.

5. Noli timere, quia ego tecum sum: ✱ ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Is. 43.

Psalmi Nocturnorum et ad Matutinas dicuntur de Psalterio, ea feria III. ubi et in die octavæ.

℣. Ave anola veniet, qui non erat mecum: ✱ advena quondam tuus adjungetur tibi. Ps. 54.
℣. Omnes gentes venient, et adorabunt coram te Domine:
℟. Et glorificabunt nomen tuum. Ps. 85.

## Lectio I.

### De Isaia Propheta. cap. 42.

Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium, et legem eius insulæ expectabunt. Ego Dominus vocavit te in justitia, et apprehendi manum tuam, et servavit te. Et dedit te in foedus populi, in lucem gentium: ut aperires oculos cæcorum, et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentis in tenebris.
℟. Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob: ✱ ecce dedite in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.
℣. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. ✱ ecce dedi. Isa. 49. Ps. 2.

## Lectio II. cap. 55.

Omnes sitientes venite ad aquas, et qui non habetis argentum, properate, emite et comedite: venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac. Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate? audite audientes me, et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram et venite ad me: audite

vivet anima vestra, et asperiam vobis cum
vinculum sempiternum, misericordias David
fideles.

℟. Viri sublimes ad te transibunt, et tui
erunt: * te adorabunt, tegue deprecabuntur:
tantum in te est Deus, et non est absque te Deus.
℣. Est repromissio omnibus, qui longe sunt:
quoscumque advocaverit Dominus Deus. *
te ador. Jf. 44. ad. 2.

## Lectio III.

Tue testem populis dedi eis, ducem ac praeceptorem gentibus. Tue gentem, quam nesciebas,
vocabis: et gentes, quae te non cognoverunt,
ad te current, propter Dominum Deum tuum,
et sanctum Israel, quia glorificavit te.
Verbum meum, quod egredietur de ore meo,
non revertetur ad me vacuum, sed faciet
quaecumque volui, et prosperabitur in his,
ad quae misi illud. quia in laetitia egrediemini, et in pace deducemini: montes et
colles cantabunt coram vobis laudem, et
omnia ligna regionis plaudent manu. Pro
spinis ascendet abies, et pro urtica crescet
myrtus: et erit Dominus nominatus in
signum aeternum, quod non auferetur.
℟. Venient populi multi et gentes robustae *
ad quaerendum Dominum exercituum in
Jerusalem, et deprecandam faciem Domini.
℣. Venient ab oriente, et occidente et aquilone et austro. * ad. Zach. 8. Luc. 13.

## Lectio IV. Jf. 60.

Surge, illuminare Jerusalem, quia venit
lumen tuum, et gloria Domini super te orta
est. Quia ecce tenebrae operient terram,

caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, et filia tua de latere surgent. Tunc videbis, et afflues, et mirabitur, et dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha: omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes et laudem Domino annuntiantes.

℟. Super ipsum continebunt reges os suum * quia quibus non est narratum de eo, viderunt, et qui non audierunt, contemplati sunt. ℣. an Judæorum Deus, nonne et gentium? immo et gentium * quia. ℣. gloriâ. * quia. Isa. 52. Rom. 15.

## In II. Nocturno. antiphonæ.

1. Exurge Jerusalem, et sta in excelso: * et circumspice ad orientem. Bar. 5.

2. Vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem, * in verbo sancti gaudentes Dei memoriâ. ib.

3. Congregabuntur omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem: * et non ambulabunt in pravitate cordis sui. Jer. 3.

4. Ad te gentes venient ab extremis terræ, et dicent: * vere mendacium possederunt patres nostri. Jer. 16.

5. Salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa: * ut gregem populi sui. Zach. 9.

6. Resplebitur terra ut cognoscant gloriam Domini: * quasi aquæ operientes mare. Hab. 2.

℣. Omnis terra adoret te, et psallat tibi:
℟. Psalmum dicat nomini tuo Domine. Ps. 65.

## Lectio V.

Sermo Sancti Leonis Papæ.
Serm. 2. de Epiph.

Gaudete in Domino dilectissimi iterum dico gaudete, quoniam brevi intervallo temporis post solemnitatem nativitatis Christi festivitas declarationis eius illuxit: atque quem in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnovit. Verbum enim caro factum sic susceptionis nostræ temperavit exordia, ut natus Jesus et credentibus manifestus, et persequentibus esset occultus. Jam tunc ergo cœli enarraverunt gloriam Dei, et in omnem terram sonus veritatis exivit, quando et pastoribus exercitus angelorum Salvatoris sibi annuntiator apparuit, et Magos adeum adorandum previa stella perduxit: ut a solis ortu usque ad occasum veri regis generatio coruscaret, cum rerum fides et regna orientis per Magos discerent, et Romanum imperium non lateret.

℟. Magnum est pietatis Sacramentum, ✠ quod manifestatum est in carne, prædicatum est gentibus. ℣. Illumina re Jerusalem, quia venit lumen tuum. ✠ quod. j. Tim. 3. Isa. 60.

## Lectio VI.

Nam et Jovitia Herodis, volens primordia suspecti sibi regis extinguere, huic dispensationi nescius serviebat: ut dum atroci intentus facinori ignotum sibi puerum indiscreta infantium cæde persequitur, annuntiatum cœlitus dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur: quam promptiorem ad narrandum diligentiorem que faciebat et

Superna significationis novitas, et reverentissimi persecutoris impietas. Jam autem etiam Ægypto Salvator illatus est, fulgens antiquis erroribus dedita iam ad vicinam salutem per occultam gratiam significatur: et quæ nondum ejecerat ab animo superstitionem, jam hospitis recipere meruit veritatem. R. In Christo Jesu, vos qui eratis longe, facti estis prope: ✠ ipse enim est pax nostra, ℣ qui fecit utraque unum. R. Convertentur, quia nunc magnificabitur Dominus usque ad terminos terræ; et erit iste pax. ℣ qui fecit. Ephes. 2. Mich. 5.

## Lectio VII.

Merito igitur, dilectissimi, diei isti manifestationi Domini consecratus specialem in toto mundo obtinuit dignitatem, quæ in cordibus nostris digno debet splendore claresceré, ut rerum gestarum ordinem non solum credendo, sed etiam intelligendo veneremur. Quantam enim gratiarum actionem debeamus Domino pro illuminatione gentium, probat obcecatio Judæorum. Quid enim tam cæcum, tam lucis alienum, quam illi sacerdotes et scribæ Israelitarum fuerunt? qui per continuos Magis, ab Herode quærente, ubi Christus secundum scripturarum testimonium nasceretur, hoc responderunt de prophetico eloquio, quod indicabat stella de cælo. Cui ubique paruerat Magos Hierosolymis præter missis, usque ad cunabula pueri, sicut postmodum fecit sua significatione perducere: nisi ad confundendam Judæorum duritiam pertinuisset, ut non solum duce sideris, sed etiam ipsorum professione innotesceret nativitas Salvatoris.

℣. Mysterium Christi nunc revelatum est, ut
sitis esse coheredes et compartiципes promissio-
nis Dei in Christo Jesu: * ut innotescat multi-
formis sapientia Dei. ℟. Populus, quem
non cognovi, servivit mihi; in auditu auris
obedivit mihi. * ut. Eph. 3. ℣. 17.

## Lectio VIII.

Jam ergo ad eruditionem gentium propheti-
cus sermo transibat, et pronuntiatum anti-
quis oraculis Christum alieniganea corda
edisebant: cum Judæorum infidelitas veri-
tatem ore proferret, et mendacium corde reti-
neret. Noluerunt enim agnoscere oculis, quem
de sacris indicabant libris: utquem non ado-
rabant in infantiæ infirmitate humilem,
postea crucifigerent in virtutum sublimitate
fulgentem. Quo ista, Judæi! tam imperita in
vobis scientia est, et tam indocta doctrina? In-
terrogati, ubi Christus nasceretur, veraciter
et memoriter dicitis, quod legistis, in Bethlehem
Juda. Hunc principem natum et pastoribus
Angeli, et vobis nuntiavere pastores. Hunc
principem natum longinquo orientalium
gentium nationes insolito novi sideris splen-
ore didicerunt. Et ne de loco editi regis ambi-
erent, vestra eruditio prævidit, quod stella non
ocuit. Cur vobis viam, quam aliis aperitis
ostruitis! cur in vestra infidelitate resident
rubium, quod ex vestra fidi responsione mani-
estum? Locum nativitatis de Scripturarum
estimonio demonstratis, præsentiam temporis
e cœli et terræ attestatione cognoscitis: et
amen ubi ad persequendum animus Herodis
xarsit, ibi ad non credendum vester Jesus ob-
uruit.

℣. Familiæ populorum afferte Domino

gloriam et imperium; date Domino gloriam nomini eius: * levate sacrificium, et venite in conspectu eius; et ℣ adorate Dominum in decore sancto. ℟. Non est distinctio Judæi et Græci; nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. * levate. ℟. gloria. ℣. adorate. 1. Baral. 16. Rom. 10.

## In III. Nocturno.

Ant. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: * quoniam confirmata est super nos misericordia eius. Ps. 116.

### Canticum I. Ex. 26.

Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator: * ponetur in ea murus et antemurale.

Aperite portas, et ingrediatur gens justa, * custodiens veritatem.

Vetus error abiit, servabis pacem; * pacem, quia in te speravimus.

Sperastis in Domino in seculis æternis: * in Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incurvabit habitantes in excelso: * civitatem sublimem humiliabit.

Humiliabit eam usque ad terram: * detrahet eam usque ad pulverem.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis: * gressus egenorum.

### Canticum II. Ex. 49.

Hæc dicit Dominus redemptor Israel sanctus eius ad contemptibilem animam: * ad abominatam gentem, ad servum dominorum:

Reges videbunt, et consurgent principes: * et adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, et sanctum Israel, quia elegit te.

Hæc dicit Dominus: in tempore placito exaudivi te; * et in die salutis auxiliatus sum tui.

Observavi te, et dedite in foedus populi: ✠ ut suscitares terram, et possideres hereditates dissipatas:
Ut diceres his, qui vincti sunt; exite: ✠ et his, qui in tenebris; revelamini.
Super vias pascentur: ✠ et in omnibus planis pascua eorum.
Non esurient, neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol: ✠ quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos.
Et ponam omnes montes meos in viam: ✠ et semita mea exaltabuntur.

## Canticum III. ibid.

Ecce isti de longe venient, et ecce illi ab aquilone et mari; ✠ et isti de terra australi.
Laudate cœli, et exulta terra, jubilate montes laudem: ✠ quia consolatus est Dominus populum suum, et pauperum suorum miserebitur.
Ecce levabo ad gentes manum meam: ✠ et ad populos exaltabo signum meum.
Et afferent filios tuos in ulnis; ✠ et filias tuas super humerum portabunt.
Erunt reges nutritii tui, et regiæ nutrices tuæ: ✠ vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.
Et scies, quia ego Dominus: ✠ super quo non confundentur, qui expectant eum.

℟. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: ✠ quoniam confirmata est super nos misericordia ejus. Ps. 116.
℣. Benedicite gentes Deum nostrum:
℟. Et auditam facite vocem laudis ejus. Ps. 65.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 2.

Vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum

Seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri: Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo: cujus gratia estis salvati: et conresuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu: ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

℣. Salutare tuum parasti Deus ante faciem omnium populorum: ✱ lumen ad revelationem gentium. ℣. Videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges magnificum tuum. ✱ lumen. Luc. 2. ℣. 62.

## Lectio X.

Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est: non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne manufacta; quia eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.

℟. Ultra flumina Æthiopiæ inde supplices mei: ✱ filii dispersorum meorum deferent munera mihi. ℣. Apertis thesauris suis obtulerunt Magi Christo munera, aurum, thus, et myrrham. ✱ filii. Sept. S. Matth. 2.

## Lectio XI.

Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et médium parietem, maceriæ solvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem illis, qui prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites et advenæ, sed estis cives sanctorum, et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

℟. Vocate sunt stellæ, et dixerunt: adsumus; et luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas: ✱ Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. ℣. Stella, quam viderant Magi in oriente, antecedebat eos; usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. ✱ Hic est. Bar. 3. Matth. 2.

## Lectio XII. cap. 4.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus

est in justitia et sanctitate veritatis.
℟. Benedicimus te Domine Deus Israel;
fecisti enim nobiscum misericordiam tuam: ✠
fac ut cognoscat universitas gentium, ✠
quia tu es Deus solus in universa terra.
℣. Magna et mirabilia sunt opera tua,
Deus omnipotens. ✠ fac. ℣. Gloria ✠. quia.
Tob. 8. apoc. 15.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. 2.

Cum natus esset Jesus in Bethlehem Juda
in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente
venerunt Jerosolymam dicentes: ubi est qui
natus est rex Judæorum? vidimus enim
stellam ejus in oriente, et venimus adorare
eum. Audiens autem Herodes rex turbatus
est, et omnis Jerosolyma cum illo. Et con-
gregans omnes principes sacerdotum et scri-
bas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus
nasceretur. At illi dixerunt ei: in Bethlehem
Judæ: sic enim scriptum est per prophetam:
Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam
minima es in principibus Juda: ex te
enim exiet dux, qui regat populum meum
Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis
diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ
apparuit eis: et mittens illos in Bethlehem
dixit: Ite et interrogate diligenter de puero,
et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et
ego veniens adorem eum. Qui cum audissent
regem abierunt. Et ecce stella, quam viderant
in oriente, antecedebat eos, usque dum ve-
niens staret supra, ubi erat puer. Videntes
autem stellam gavisi sunt gaudio magno
valde. Et intrantes domum, invenerunt
puerum cum Maria matre ejus, genuflex.
et procidentes adoraverunt eum. Et apertis

thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et Myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

## Ad Laudes Matutinas et Horas

### Antiphonæ.

1. Benignitas et humanitas apparuit * Salvatoris nostri Dei. Tit. 2.
2. Vita manifestata est, et vidimus vitam æternam, quæ erat apud Patrem, * et apparuit nobis. 1. Jo. 1.
3. Voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in gentibus, * quod est Christus. Colos. 1.
4. Gratia data est a Deo, * ut fiat oblatio gentium accepta, et sanctificata in Spiritu Sancto. Rom. 15.
5. Ad Laud. Laudate Dominum omnes stellæ et lumen: * Laudate eum reges terræ, et omnes populi. Ps. 148.

### Lectio 2. Tim. 1.

Deus nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia: manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi.

℟. br. Benedictus qui venit * in nomine Domini: ℣. Deus Dominus et illuxit nobis. Ps. 117.

### Hymnus Baris.

1. Huc vos o miseri: furda relinquite,
Quæ cæci colitis, mutaque numina: *
Se vobis aperit splendida civitas
Veri Numinis hospita.
2. En vestra præeunt primitiæ Magi:
Vatum dicta patent: * exitiabilem
Errorum tenebris objiciens diu
Miro lumine spargitur.

3. Ambosse populi, dissociabilis
Quos dudum paries separat, unicum
In corpus coeunt. * Hoc proprium novo
Ambobus maneat Deus.

4. Varians Dei consilia! o duo
Deturbata gradu, primus amor Dei,
Plebs Juda, * tuis gloria gentium
Damnis, vitaque nascitur.

5. Jam nativa oleo brachia decidunt,
Rami degeneres, germen adulterum: *
Miraturque novos semine non suo
Arbor crescere surculos.

6. Nos radix oleo sustinet; ach! cave,
Qui stas, ne sterili deficias fide: *
Tu ramos veteres insere denuo,
Tu serva Deus insitos. amen.

℣. Exortum est in tenebris lumen rectis,
℟. Misericors, et miserator et justus. Ps. iii.

Ad Bened. ant. Qui dixit de tenebris lucem
splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, *
ad illuminationem scientiæ claritatis Dei
in facie Christi Jesu. 2. Cor. 4.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum
gentibus stella duce revelasti: concede pro-
pitius; ut qui jam te ex fide cognovimus,
usque ad contemplandam speciem tuæ celsi-
tudinis perducamur. Per eumdem.

Clausula hymnorum per octavam.

Jesu tibi sit gloria,
Qui te revelas gentibus: *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

Ad Tertiam. Lectio Rom. 15.

Nunc sine lege justitia Dei manifestata
est, testificata a lege et prophetis: justitia

autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes et
super omnes qui credunt in eum; non enim
est distinctio.
℣. In conspectu gentium revelavit justitiam
suam:
℟. Recordatus est misericordiæ suæ. Ps. 97.

## Ad Sextam. Lectio Rom. 9.

Vocavit nos Deus non solum ex Judæis, sed etiam
ex gentibus, sicut in Osee dicit: vocabo non
plebem meam, plebem meam; et non dilectam,
dilectam; et non misericordiam consecutam,
misericordiam consecutam.
℣. Annuntiaverunt cæli justitiam ejus:
℟. Et viderunt omnes populi gloriam ejus. Ps. 96.

## Ad Nonam. Lectio Rom. 15.

Dico, gentes super misericordia honorare
Deum, sicut scriptum est: propterea confite-
bor tibi in gentibus Domine, et nomini tuo
cantabo; et iterum dicit: Lætamini gentes
cum plebe ejus.
℣. Afferte Domino patriæ gentium:
℟. Afferte Domino gloriam et honorem. Ps. 95.

## Ad II. Vesperas.

### Antiphona ut ad primas.

### Lectio Col. 1.

Ambuletis digne Deo per omnia placentes,
gratias agentes, Deo Patri, qui dignos nos
fecit in partem sortis Sanctorum in lumine:
qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et
transtulit in regnum filii dilectionis sui.
℣. Jn lumine vultus tui ambulabunt, Dne
et in justitia tua exaltabuntur:
℟. Et in nomine tuo exultabunt tota die. Ps. 88.

### Hymnus Paris.

1. Quæ stella sole pulchrior
Coruscat! ✱ Hoc regis novi
Revelat ortus, hoc Dei
Prosignat ad cunas iter.

2. Stat patribus priscis fides;
En stella surgit ex Jacob: ✱
Arrectus ad spectaculum
Totus orbis emicat.

3. Dum sidus admonet foris,
Lux fulget intus clarior: ✱
Suadetque vi blanda Magos
Signi dulcorem quærere.

4. Segnes amor nescit moras,
Labor, pericla, nil movent: ✱
Domum, propinquos, patriam,
Deo vocante, deserunt.

5. Mitante dum nos alliis,
O Christe, stella gratiæ: ✱
Ne tarda cœlesti jubas
Nostra corda lumini.

6. Jesu tibi sit gloria,
Qui te revelas gentibus: ✱
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.

℣. Populi confitebuntur tibi in æternum:
℟. Et in sæculum sæculi. Ps. 114.

Ad Magnif. ant. Ecce testem populis dedi eum; ✱ Ducem ac præceptorem gentibus. Is. 55.

Si hodie sit Sabbatum, fit commemoratio Dominicæ, ut infra: et in sequentibus diebus infra octavam omittuntur duo primo lectiones de epistola prima, et leguntur alio ex secunda ad Corinthios, juxta ordinem feriarum, prout infra post Dominicam I. ponuntur; lectio autem tertia dicitur, ut die suo per

octavam notatur, cum R̃R̃. adnotatis. Id
tam in omnibus diebus post Dominicam occu-
rentibus observandum.

## Die VII. Januarii.

Secunda dies infra octavam.

Simpl. 3. lect.

Per hanc octavam omnia dicuntur, ut in die,
praeter ea, quae infra singulis diebus propria
ponuntur.

### In I. Nocturno.

Ant. Erit in novissimis diebus praeparatus
mons domus Domini: ✠ et fluent ad eum
omnes gentes. Ff. 2.

℣. et R̃R̃. de nocturno festi, cujus est bene-
dictio, nempe feria 2. et 5. ex primo, feria
3. et 6. ex secundo, feria 4. et Sabbato ex
tertio: id quod infra omnes octavas observatur,
nisi aliter notetur.

### Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 13.

Si linguis hominum loquar et Angelorum,
charitatem autem non habeam, factus sum
velut aes sonans, aut cymbalum tinniens.
Et si habuero prophetiam, et noverim mys-
teria omnia et omnem scientiam: et si habuero
omnem fidem ita ut montes transferam, cha-
ritatem autem non habuero, nihil sum. Et
si distribuero in cibos pauperum omnes fa-
cultates meas, et si tradidero corpus meum
ita ut ardeam, charitatem autem non habuero,
nihil mihi prodest. Charitas patiens est,
benigna est: charitas non aemulatur, non
agit perperam, non inflatur, non est am-
bitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irri-
tatur, non cogitat malum, non gaudet

super iniquitate, congaudet autem veritati:
omnia suffert, omnia credit, omnia sperat,
omnia sustinet.

## Lectio II.

Charitas nunquam excidit, sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, Sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.

## Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papæ.

Serm. 1. de

Agnoscamus, dilectissimi! in Magi sacramentis Christi vocationis nostræ fideique primitias, et exultantibus animis beatæ spei initia celebremus. Exinde enim in æternam hereditatem cepimus introire. Exinde nobis Christum loquentia scripturarum arcana patuerunt, et veritas, quam Judæorum obcæcatio non recepit, omnibus nationibus lumen sumum invexit. Honoretur itaque a nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostræ auctor apparuit, et quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cælis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas Domino munerum species obtulerunt: ita et nos de cordibus nostris quæ Deo sunt digna proferamus. Quamvis enim omnium

bonorum sit ipse largitor, etiam nostro tamen fructum quaerit industriæ. Non enim dormientibus provenit regnum coelorum, sed in mandatis Dei laborantibus atque vigilantibus: ut si dona illius irrita non fecerimus, per ea, quæ dedit, mereamur accipere, quod promisit.

## In II. Nocturno.

Ant. Præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos: * Melam, quam ordimus est super omnes nationes. Is. 25.

## Lectio j. Petri 2.

Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

℣. Omnes gentes plaudite manibus:
℟. Jubilate Deo in voce exultationis. Ps. 46.

## Oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob: * ecce dedi te in lucem gentium. Is. 49.

## Oratio Sanct. Leon.

Da quæsumus omnipotens Deus: ut qui nova incarnati Verbi tui luce perfundimur; hoc in nostro resplendeat opere, quod fulget in mente. Per eumdem.

## Dicitur ad omnes horas.

Ad Magnif. ant. Hæc prophetæ locuti sunt et Moyses: * passibilis Christus lumen annuntiaturus est populo et gentibus. Act. 26.

## Die VIII. Januarii.

Tertia dies infra octavam.
Simpl. ad Laud.

## In I. Nocturno.

Ant. Auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, * et opprobrium populi sui auferat de universa terra. Is. 25.

### Lectio. I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 14.

Sectamini charitatem, amulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis. qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, et exhortationem, et consolationem. Qui loquitur linguis, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat. Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est, qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt voces dantia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonitum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

### Lectio II.

Ita et vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur? eritis enim in aera loquentes. Tam multa, ut puto, genera linguarum sunt in hoc mundo, et nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, et qui loquitur mihi barbarus.

sic et vos, quoniam emulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quæritis, ut abundetis. Oret ergo, qui loquitur lingua, ore suo interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? orabo spiritu, orabo et mente, psallam spiritu, psallam et mente. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia Dei volo quinque verba sensu meo loqui, ut et alios instruam: quam decem millia verborum in lingua.

## Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 2. de Epiph. al. 30. de temp.

Ad partum Virginis adorandum Magi ab oriente venerunt. Illi erant primitiæ gentium, nos populus gentium. Magnum sacramentum. Ille prophetium iacebat, et Magos ab oriente invitabat. Absondebatur in stabulo, et agnoscebatur in cælo; simul eius celsitudinem humilitatemque commendans, ut qui in aperto cælo signis fidereis monstrabatur, in angusto diversorio pannis involutus inveniretur; in validis infantilibus membris, in molliculis infantilibus membris, involutus infantilibus pannis, pannis adoretur a Magis, timeretur a malis. Timuit enim cum rex Herodes, eisdem sibi Magis annuntiantibus, cum adhuc quæreret parvulum, quem cognoverant cælo levi iam natum. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges ante terrebant infantis? Pie timeant nunc reges ad Patris dextram iam sedentem, quem rex ille impius timuit adhuc matris ubera lambentem. Ille enim rex, ultor impiorum regum et rector piorum,

non ita natus est, ut reges nascuntur in seculo; quia ille natus est, cuius regnum non est de hoc seculo. Nobilitas fuit nascentis in virginitate parientis, et nobilitas parientis in divinitate nascentis. Denique cum tam multi iam nati atque defuncti essent reges Judaeorum, numquam quemquam eorum adorandum Magi quesierunt; quia nec quemquam eorum coelo loquente didicerunt.

In II. Nocturno.

Ant. Venient, qui perditi fuerint de terra: * et adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem. Ps. 27.

Lectio IV. ut die VII. oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Habitantibus in regione umbre mortis * lux orta est eis. Ps. 9.

Oratio Sacr. Greg.

Deus illuminator omnium gentium, da populis tuis perpetua pace gaudere: et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris, quod trium Magorum mentibus inspirasti. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Eratis vox aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino: * ut filii lucis ambulate. Eph. 5.

Die IX. Januarii.

Quarta dies infra octavam.

Simpl. 3. lect.

In I. Nocturno.

Ant. Noli timere, quia ego tecum sum: * ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Is. 43.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 14.

Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege scriptum est: quoniam in aliis linguis et labiis loquar populo huic: et nec sic exaudient me, dicit Dominus. Itaque linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetia autem non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conveniat universa ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intrent autem idiota et infideles, nonne dicent quod insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: occulta cordis eius manifesta fiunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians, quod vere Deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad aedificationem fiant. Sive lingua quis loquitur, secundum duos, aut ad multum tres, et per partes, et unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur et Deo.

## Lectio II.

Prophetae autem duo aut tres dicant, et alteri diiudicent. quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, et omnes exhortentur: et spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut et in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent, turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. an a

vobis verbum Dei processit? aut in vos solos pervenit? Si quis videtur propheta esse aut Spiritualis, cognoscat, quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres, æmulamini prophetare, et loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant.

## Lectio III.

De Sermone Sancti Augustini Episcopi.

Serm. cit.

Nunc ergo, charissimi, gratiæ filii et hæredes, videte vocationem vestram, et manifestato Judæis et gentibus Christo tamquam angulari lapidi perseverantissima dilectione cohærete. Manifestatus enim est in ipsis cunabulis infantiæ suæ his qui prope, et his qui longe erant, Judæis in pastorum propinquitate, gentibus in Magorum longinquitate. Utrosque sibi lapis ille angularis applicuit: quippe qui venit fluctu mundi eligere, ut confunderet sapientes, et non vocare justos, sed peccatores: ut nullus magnus superbiret, nullus infimus desperaret. Unde Scribæ et Pharisæi dum nimis docti et nimis justi sibi videntur, cunis nascentis civitatem ostenderunt prophetica eloquia recitantes, hunc reprobaverunt ædificantes. Sed quia factus est in caput anguli, et quod natus ostendit, passus implevit: huic nos inhæreamus cum alio pariete habente reliquias Israel, quo per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Eos enim pastores idipse figurabant de proximo conjungendos, id est ~~eos~~ nos, quorum ex longinquo vocationem Magorum significabat adventus, jam non peregrini et inquilini, sed cives Sanctorum et

domestici Dei maneamus, coædificati super
fundamentum apostolorum et prophetarum
ipso summo angulari lapide existente christo
Jesu: qui fecit utraque unum, ut in uno ame-
mus unitatem, et ad colligendos ramos, qui
etiam de oleastro inserti, per superbiam fracti
hæretici facti sunt, quoniam potens est Deus
iterum inserere illos, habeamus infatigabi-
lem charitatem.

In II. Nocturno.

Ant. Ecce avola veniet, qui non erat meum: *
advena quondam tuus adjungetur tibi. Ps. 54.

Lectio et V. ut die VII. oratio ut infra.

Ad Bened. ant. Venient ad te, et adorabunt
vestigia pedum tuorum, * omnes qui detra-
hebant tibi. Ps. 65.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, fidelium
splendor animarum, qui hanc solemnitatem
electionis gentium primitiis consecrasti:
impple mundum gloria tua, et subditis tibi
populis per luminis tui appare claritatem.
Per Dominum.

Ad Magnif. Ant. Omnes gentes adorabunt in
conspectu tuo Domine: * quoniam judicia tua
manifestata sunt. apoc. 15.

Dies X. Januarii.

Die quinta infra octavam.

Simpl. O. Fer.

In I. Nocturno.

Ant. Exurge Jerusalem, et sta in excelso: *
et circumspice ad orientem. Bar. 5.

Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 15.

Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid et baptizantur pro illis? ut quid et nos periclitamur omni hora? quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus et bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia prava. Vigilate justi, et nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad verecundiam vobis loquor. Sed dicet aliquis: quomodo resurgunt mortui? quali ve corpore venient? Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, et unicuique seminum proprium corpus.

## Lectio II.

Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominum, alia vero pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora coelestia, et corpora terrestria: sed alia quidem coelestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum: stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum: seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est et spirituale, sicut scriptum est: factus est primus homo Adam in [illegible],

rimam ꝛc̃ventem / novissimus Adam in spiri-
tum vivificantem. Sed non prius, quod spirituale
est, sed quod animale; deinde quod spirituale.

## Lectio III.

### Sermo sancti Petri Chrysologi.

Serm. 160.

Quamvis in ipso dominicæ incarnationis
sacramento adfuerint clara semper divini-
tatis insignia: Deum tamen venisse in huma-
num corpus multis modis operit, et revelat
hodierna solemnitas: ne perdat per ignoran-
tiam semper obscuritatibus involuta morta-
litas, quod tantum tenere meruit et possidere
per gratiam. Venit qui nobis nasci voluit,
a nobis noluit ignorari: et ideo sic operit, ne
magnum pietatis sacramentum magnifice-
ret erroris occasio. Hodie Magus, quem ful-
gentem quondam in stellis, in cunis reperit
vagientem. Hodie Magus clarum miratur in
pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum.
Hodie Magus qui nubi videat, profundo stupore
involvit, in terra cælum, in cœlo terram,
in deo hominem, in homine Deum, et universo
cœlo non capacem concludi corpore perspicit.
Unde Magus, qui scrutari non valet, capere
non potest, mox adorat: videt enim non si-
mulare in cœlo stellas, lunam, solem, qualiter
illuxisse carnem contemplatur in terris: videt
in uno eodemque corpore divinitatis et huma-
nitatis convenisse commercium. Hic cum
credit Deum, sentit regem, intelligit humani
generis amore moriturum: et spaciosa cogi-
tatione pertractat, quem ex modum possit
mori Deus, qualiter possit vita resistentior occidi.
Itaque videns credere se, et non discutere,
mysticis muneribus confitebur thure Deum,
auro regem, myrrha esse moriturum.

## In II. Nocturno.

Ant. Vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem: * in verbo sanctorum gaudentes Dei memoria. Bar. 5.

Lectio 4e. ut die VII. oratione ultima.

Ad Benedict. ant. Reges Arabum et Saba dona adducent: * et adorabunt eum omnes reges terræ. Ps. 71.

## Oratio Sac. Greg.

Concede nobis omnipotens Deus: ut salutare tuum nova cœlorum luce mirabile, quod ad salutem mundi hodierna festivitate processit, nostris semper innovandis cordibus oriatur. Per Dominum.

Ad Magnif. ant. Reges terræ afferent gloriam suam et honorem: * et afferent gloriam et honorem gentium. apoc. 21.

## Die XI. Januarii.

Sexta dies infra octavam.

Simpl. O. Lect.

## In I. Nocturno.

Ant. Congregabuntur omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem; * et non ambulabunt in pravitate cordis sui. Jer. 3.

## Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 15.

Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Igitur qualis portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis. Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem

resurgebit. Ecce mysterium vobis dico: omnes
quidem resurgemus, sed non omnes immutabi-
mur. In momento, in ictu oculi, in novissima
tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent in-
corrupti, et nos immutabimur. Oportet enim
corruptibile hoc induere incorruptionem, et mor-
tale hoc induere immortalitatem. Cum autem
mortale hoc induerit immortalitatem, tunc
fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in
victoria. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors
stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum
est: virtus vero peccati lex.

## Lectio II. cap. 15. 16.

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam
per Dominum nostrum Jesum Christum. Itaque
fratres mei dilecti, stabiles estote et immo-
biles, abundantes in opere Domini semper,
Scientes, quod labor vester non est manis in
Domino. De collectis autem, quae fiunt in sanctos,
sicut ordinavi ecclesiis Galatiae, ita et vos facite.
Per unam sabbati unusquisque vestrum apud
se seponat, recondens quod ei bene placuerit:
ut non, cum venero, tunc collectae fiant. Cum
autem presens fuero, quos probaveritis per
epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram
in Jerusalem. Quod si dignum fuerit, ut et ego
eam, mecum ibunt.

## Lectio III.

Sermo sancti Gregorii Papae.
hom. 10. in Evang.

Magi aurum, thus et myrrham detulerunt.
Aurum quippe regi congruit; thus vero in
Dei sacrificium ponebatur: myrrha autem
mortuorum corpora condiuntur. Cum ergo

Magi, quem adorant, etiam mysticis muneribus prædicant, auro regem, thure Deum, myrrha mortalem. Nos itaque Domino offeramus aurum, ut hunc ubique regnare fateamur: offeramus thus, ut credamus, quod is, qui in tempore apparuit, Deus ante tempora existit: offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in sua divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem. Quamvis in auro, thure et myrrha intelligi et aliud possit. Auro namque sapientia designatur, thure autem, quod Deo incenditur, virtus orationis exprimitur: per myrrham vero carnis nostræ mortificatio figuratur. Dato ergo regi aurum offerimus, si in conspectu illius, claritate superne sapientiæ respondemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus, ut suave aliquid Deo per cœleste desiderium redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus.

## In II. Nocturno.

Ant. Ade gentes venient ab extremis terræ, et dicent: * vere mendacium possederunt patres nostri. Jer. 16.

Lectio IV. ut die VII. oratio ut infra.

ad Bened. ant. Erit in loco, ubi dicebatur eis: non populus meus vos; * dicetur eis: filii Dei viventis. Ose. 1.

### Oratio Sacr. Gelas.

Deus, qui per hujus celebritatis mysterium æternitatis tuæ lumen cunctis gentibus suscitasti: da plebibus, Redemptoris sui plenum cognoscere fulgorem; ut ad perspectam claritatem per ejus incrementa perveniat. Per eumdem.

℣. Magnif. ant. Domine, redemisti nos Deo
in omni tribu, et lingua, et populo et natio-
ne: ℟. et fecisti nos Deo nostro regnum. Apoc. 5.

## Die XII. Januarii.

Septima dies infra octavam.
Simpl. 3. lect.
In 1. Nocturno.

Ant. Salvabit eos Dominus Deus eorum in
die illa: ℟. ut gregem populi sui. Zach. 9.

### Lectio I.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 16.

Veniam ad vos, cum Macedoniam pertransiero:
nam Macedoniam pertransibo, apud vos
autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo,
ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo
enim vos modo in transitu videre; spero enim
me aliquantulum temporis manere apud
vos, si Dominus permiserit. Permanebo autem
Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim
mihi apertum est magnum et evidens, et
adversarii multi. Si autem venerit Timo-
theus, videte, ut sine timore sit apud vos;
opus enim Domini operatur, sicut et ego.
Ne quis ergo illum spernat: deducite autem
illum in pace, ut veniat ad me; exspecto enim
illum cum fratribus. De Apollo autem fratre
vobis notum facio, quoniam multum rogavi
eum, ut veniret ad vos cum fratribus: et
utique non fuit voluntas, ut nunc veniret;
veniet autem, cum ei vacuum fuerit.

### Lectio II.

Vigilate, state in fide, viriliter agite, et
confortamini: omnia vestra in charitate
fiant. Rogo autem vos fratres, nostis domum

Stephano et Fortunati et Achaici: quoniam
sunt primitiæ Achaiæ, et in ministerium
sanctorum ordinaverunt se ipsos: ut et vos
subditi sitis eiusmodi, et omni cooperanti et
laboranti. Gaudeo autem in præsentia
Stephani et Fortunati et Achaici: quoniam
id, quod vobis deerat, suppleverunt; refece-
runt enim et meum spiritum et vestrum.
Cognoscite ergo, qui huiusmodi sunt. Salutant
vos ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino
multum Aquila et Priscilla cum domestica
sua ecclesia, apud quos et hospitor. Salu-
tant vos omnes fratres. Salutate invicem
in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli.
Si quis non amat Dominum nostrum Jesum
Christum, sit anáthema, Maran atha. Gratia
Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Chari-
tas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu,
amen.

## Lectio III.

De sermone sancti Gregorii Papæ.

l. c.

Magnum nobis aliquid Magi innuunt,
quod in regionem suam per aliam viam
revertuntur. In eo namque, quod admo-
niti faciunt, nobis profecto insinuant, quid
faciamus. Regio quippe nostra paradisus
est, ad quam Jesu cognito redire per viam,
qua venimus, prohibemur. A regione etc-
nim nostra superbiendo, inobediendo,
visibilia sequendo, cibum vestitum gustando
discessimus: sed ad eam necesse est, ut flendo,
obediendo, visibilia contemnendo redeamus.
Per aliam ergo viam ad regionem nostram
regredimur, quoniam qui a paradisi gaudiis
per delectamenta discessimus, ad hæc per
lamenta revocamur. unde necesse est,
fratres charissimi! ut semper pavidi sem-

verque suspecti ponamus ante oculos cordis
nine culpas operis, illinc judicium extremo
districtionis. Cernemus, quam districtus judex
veniat, qui judicium minatur et latet: ter-
rores peccatoribus intentat, et tamen adhuc
sustinet: et ideirco venire citius differt,
et minus inveniat, quos condemnet. Cuni-
mus flebibus culpas, et cum Psalmista voce,
præveniamus faciem ejus in confessione.

In II. Nocturno.

Ant. Replebitur terra, ut cognoscant glo-
riam Domini: * quasi aquæ operientes
mare. Hab. 2.

Lectio 4ª. ut die VII. oratio ut infra.

℣. Bened. ant. Qui redempti sunt a Domino,
revertentur laudantes: * et lætitia sempi-
terna super capita eorum. Is. 51.

Oratio Sacr. Greg.

Illumina, quæsumus Domine, populum
tuum, et splendore gloriæ tuæ cor eius semper
accende: ut Salvatorem tuum et incessanter
agnoscat, et veraciter apprehendat Dominum
nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui
tecum.

Dominica infra octavam.

Duplex majus 12. lect.

Ad 1. Vesperas.

Antiphonæ de Epiphania.

Lectio Isa. 45.

Convertimini ad me et salvi eritis, omnes
fines terræ; quia ego Deus, et non est alius.
In meipso juravi, egredietur de ore meo
justitia verbum, et non revertetur, quia mihi
curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua.
℟. br. Benedicentur in ipso * omnes tribus
terræ:
℣. Omnes gentes magnificabunt eum. Ps. 71.

Hymnus: En Perfici. ex vigiliis Epiphaniæ.
℣. Quærite Dominum, et confirmamini:
℟. Quærite faciem eius semper. Ps. 104.
Ad Magnif. ant. Quæretis me, et invenietis,
cum quæsieritis me in toto corde vestro: ✠
et inveniar a vobis, ait Dominus. Jer. 29.

Oratio fer. Greg.

Vota, quæsumus Domine, supplicantis
populi cœlesti pietate prosequere: ut et
quæ agenda sunt, videant, et ad implenda,
quæ viderint, convalescant. Per Dominum.
Et fit commemoratio octavæ per antiphonam et orationem, quæ occurrit secundum ordinem dierum, in utrisque vesperis et matutinis.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. ut in die. Hymnus. Hæc vos miseri.
ex matutinis ibidem: antiphona, versus,
cantica, et ℟℟. omnium nocturnorum
ut in die Epiphaniæ.

Lectiones I. Nocturni leguntur ut infra
Dominica 1. post Epiphaniam.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.
hom. 2. super Missus.

In (Jesu) agnoscitur longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens, verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens. Videas, si attendas, potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari: Deum denique lacrymantem, sed angelos reficientem: ægrotantem, sed miseros consolantem. Videas, si attendas, tristari

Letitiam / pavere fiduciam / salutem pati, vitam mori / fortitudinem infirmari. Sed, quod minus mirandum est / ipsa ibi cernitur fortitudo letificans / pavor confortans / passio salvans / mors vivificans / infirmatos roborans. Virum autem dixerim fuisse Jesum / non solum iam cum diceretur vir prophetæ potens in opere et sermone / sed etiam cum tenera adhuc infantis membra Dei Mater blando vel foveret in gremio / vel gestaret in utero.

## Lectio VI.

Vir igitur erat Jesus necdum etiam natus / sed sapientia / non ætate / animi vigore / non viribus corporis / maturitate sensuum / non corpulentia membrorum. Neque enim minus habuit sapientiæ / vel potius non minus fuit sapientia Jesus conceptus / quam natus / parvus / quam magnus. Sive ergo latens in utero / sive vagiens in præsepio / sive iam grandiusculus interrogans doctores in templo / sive jam perfecte ætatis docens in populo / æque profecto plenus fuit Spiritu sancto. Nec fuit hora in quacumque ætate sua / qua de plenitudine illa / quam in sui conceptione accepit in utero / vel aliquid minueretur / vel aliquid eidem adiiceretur.

## Lectio VII.

Recte movear / quod de ipso legis: Jesus autem proficiebat sapientia et ætate / et gratia apud Deum et homines. Nam quod de sapientia et gratia hic dictum est / non secundum quod erat / sed secundum quod apparebat / intelligendum est: non quia videlicet aliquid ei novum accederet / quod ante non haberet / sed quod audere videretur,

quando volebat ipse, ut videretur. Tu homo, cum proficis, non quando, nec quantum vis, proficis: sed de nescientе tuus moderatur profectus, tua vita disponitur.

## Lectio VIII.

At vero puer Jesus, qui disponit vitam tuam, ipse disponebat et quam, et quando volebat, et quibus volebat, sapiens apparebat; quando et quibus volebat, sapientior; quando et quibus volebat, sapientissimus: quamquam nisi nunquam esset, nisi sapientissimus. Similiter et cum semper omni gratia plenus fuisset, sive quam apud Deum, sive quam apud homines habere deberet; pro suo tamen arbitrio eam nunc plus, nunc minus ostentabat, prout cernentium vel meritis congruere, vel saluti expedire sciebat.

## In III. Nocturno.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. ii.

Numquid Deus repulit populum suum? absit. Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam, quam prescivit. An nescitis, in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum adversum Israel: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam. Sed quid dicit illi divinum responsum: reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo et in hoc tempore reliquiæ secundum

lectionem gratiæ salvo facto sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est: dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, usque ad hodiernum diem. Et David dicit: fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem & in scandalum, & in retributionem illis: obscurentur oculi eorum, ~~ne~~ ne videant, & dorsum eorum semper incurva.

## Lectio X.

Dico ergo: numquid sic offenderunt, ut caderent? absit: sed illorum delicto salus est gentibus, ut illos æmulentur. quod si delictum illorum divitiæ sunt mundi, & diminutio eorum divitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum? Vobis ~~autem~~ enim dico gentibus, quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? quod si delibatio sancta est, & conspersa: & si radix sancta & rami. quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis olivæ factus es; noli gloriari adversus ramos. quod si gloriaris; non tu radicem portas, sed radix &c.

## Lectio XI.

Dices ergo: fracti sunt rami, ut ego inserar.

Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin et tu excideris. Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam olivam: quanto magis ii, qui secundum naturam inserentur suae oliae?

## Lectio XII.

Nolo enim vos ignorare fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est: veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat impietatem a Jacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine poenitentia enim sunt dona et vocatio Dei. Sicut enim aliquando et vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.

Sequentia sancti Evangelii se-
cundum Lucam. cap. 2.

Cum factus esset Jesus annorum duodecim,
ascendentibus illis Jerosolymam secundum
consuetudinem diei festi, consummatisque
diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in
Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus.
Existimantes autem illum esse in comitatu,
venerunt iter diei, et requirebant eum inter
cognatos et notos. Et non invenientes, re-
gressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.
Et factum est, post triduum invenerunt illum
in templo, sedentem in medio doctorum, au-
dientem illos et interrogantem eos. Stupe-
bant autem omnes, qui eum audiebant,
super prudentia et responsis ejus. Et videntes
admirati sunt. Et dixit Mater ejus ad illum:
Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et
ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos:
Quid est, quod me quærebatis? nesciebatis,
quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me
esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod
locutus est ad eos. Et descendit cum eis et venit
Nazareth, et erat subditus illis. Et Mater ejus
conservabat omnia verba hæc in corde suo.
Et Jesus proficiebat sapientia et ætate et gra-
tia apud Deum et homines.

Ad Laudes matutinas et horas.

Antiphonæ ut in Epiphania.

Lectio Apoc. 21.

Claritas Dei illuminavit civitatem sanctam,
et lucerna ejus est agnus: et ambulabunt
gentes in lumine ejus, et reges afferent
gloriam suam et honorem in illam.
℣. br. et Hymnus: Jesus refulsit. ut in die.

℣. Deus stetit in synagoga deorum:
℟. In medio autem eius deos dijudicat. Ps. 81.
ad Bened. ant. Invenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, ✠ audientem illos, et interrogantem eos. Luc. 2.

Oratio ut in I. Vesperis.

Commemoratio Epiphaniæ per antiphonam et orationem, quæ occurrit secundum ordinem diérum.

Ad horas antiphona, versus et lectiones ex Epiphania, oratio ut supra notatur.

## Ad II. Vesperas.

### Lectio Ephes. 4.

Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram unius cuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

℟. br. Ad hymnus ex II. Vesperis Epiphaniæ.
℣. Benedictionem dabit legislator,
℟. Ibunt de virtute in virtutem. Ps. 83.
Ad Magnif. ant. Jesus proficiebat sapientia et ætate et gratia ✠ apud Deum et homines. Luc. 2.

Et fit commemoratio octavæ per antiphonam et orationem de die currente.

Si concurrat cum primis vesperis diei octavæ, vesperæ dicuntur de ea, cum commemoratione Dominicæ.

### De Dominica infra octavam.

Die 12. Jan. - D. Lect.

Si Epiphania venerit in Dominica,

Sequenti die undecima seu feria sexta ad vesperas dicitur lectio, R. br. hymnus, V. antiph. ad Magnif. et oratio, ut supra in 1. Vesperis Dominico. Ad vigilias lectiones tres et cetera de die 12. Januarii, cum oratione ex Dominica. Ad matutinas vero omnia, ut supra in Dominica notatur, cum commemoratione octavae ex eadem die 12. Jan. In II. Vesperis autem nulla fit amplius commemoratio Dominicae.

## Die XIII. Januarii.

Octava Epiphaniae,
et Baptismus Christi.
Dupl. mai. 12. lect.

### Ad I. Vesperas. antiphonae.

1. Erit fons patens habitantibus Jerusalem * in ablutionem peccatoris. Zach. 13.
2. Sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter gentes: * et effundam super vos aquam mundam. Ezech. 36.
3. Mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: * et ab universis idolis vestris mundabo vos. Ib.
4. Exibunt aquae vivae de Jerusalem, * et erit Dominus rex super omnem terram. Zach. 14.

### Lectio I.

Erit Jerusalem sancta, et alieni non transibunt per eam amplius; et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et per omnes rivos Juda ibunt aquae; et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum.

R. br. Fluminis impetus laetificat * civitatem Dei:
℣. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ps. 45.

## Hymnus Clun.

1. Lavacra puri gurgitis
Coelestis agnus abbigit: *
Peccata quae non detulit,
Nos abluendo justulit.

2. Non abluunt lympha Deum,
Sed abluit lymphas Deus: *
Carnisque contactu sacro
Vim dat lavandi crimina.

3. Promissus ecce jam patet
Fons abluendis cordibus: *
Res mira! corpus tingitur,
Mentisque labes tollitur.

4. His vincta nam canalibus
Regis supremi purpura, *
Tinctos cruentat, et nivis
Justar dat esse candidos.

5. Fecunda sancto Spiritu
Virgo Deum nobis parit: *
Fecunda sancto Spiritu
Nunc unda nos parit Deo.

6. Jesu tibi sit gloria,
Mundi secelus qui diluis: *
Cum Patre eumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

Sta claudunter hymni huius diei.

℣. Flumina plaudent manu a conspectu Domini:
℟. Quoniam venit. Ps. 97.

Ad Magnif. ant. Noli timere; effundam enim aquas super sitientem, et fluenta super aridam: * et effundam spiritum meum. Is. 44.

Oratio Sac. Gelas.

Deus, cuius Unigenitus in substantia nostra carnis apparuit: presta quesumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur. Qui tecum vivit.

## Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Jesum, qui baptizat in Spiritu sancto: *
venite adoremus. Jo. 1.

### Hymnus Clun.

1. Clamantis ecce vox sonans
Deserta Judæa quatit: *
Nox ad Joannem confluunt,
Deos criminum moles gravat.

2. Ipse permissus reis
Accedit agnus innocens: *
Agnus, suo qui sanguine
Delebit orbis crimina.

3. Sub nube carnis abdunum
Lucerna Solem delegit: *
Lymphis nec audet tingere,
A quo lavari debuit.

4. Parere sed fas est Deo,
Et quando se se deprimit: *
Hunc omne virtutum genus
Implere nempe sic decet.

5. Agnosce Præcursor, tibi
Jn hoc revelat quem Deus: *
Tu mergis undis corpora,
Hic corda mundat Spiritu.

6. Jesu tibi sit gloria,
Mundi scelus qui diluis: *
Cum Patre amnique Spiritu,
Jn sempiterna sæcula. amen.

### Jn I. Nocturno antiphona.

1. Aquæ inundabunt, et delebitur fœdus vestrum cum morte; * et pactum vestrum cum inferno non stabit. Jf. 28.

2. Effundam super vos aquam mundam; * et Spiritum meum ponam in medio vestri. Ezech. 36.

3. Mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram: * et Dominus commorabitur in Sion. Joel. 3.

4. Erunt super omnem montem excelsum rivi decurrentium aquarum: * in die, qua alligaverit Dominus vulnus populi sui. Ps. 36.

5. Ageni et pauperes quærunt aquas, et non sunt: * ego Dominus exaudiam eos. Ps. 41.

6. Dicite pusillanimis, confortamini, et nolite timere: * quia scisso sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine. Is. 35.

℣. Visitasti Domine terram et inebriasti eam:

℟. Flumen Dei repletum est aquis. Ps. 64.

Quatuor lectiones dicuntur de epistola secunda ad Corinthios infra posita, ex illa feria, in qua hoc octava occurrit: in Dominica vero legitur eius initium. ℟℟. I. Nocturni ex I. Noct. Epiphaniæ.

## In II. Nocturno antiphonæ.

j. Fuit Joannes in deserto baptizans, * et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Marc. j.

2. Joannes baptizavit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: * in eum, qui venturus esset post ipsum ut crederent, hoc est, in Jesum. Act. ix.

3. Venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem: * ut baptizaretur a eo. Matth. 3.

4. Joannes prohibebat eum dicens: * ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me. Ib.

5. Respondens Jesus dixit: sine modo; * sic enim decet nos implere omnem justitiam. Ib.

6. Baptizatus est Jesus a Joanne in Jordane: * et statim ascendens de aqua vidit cælos apertos. Marc. j.

℣. Viderunt te aquæ Deus:
℟. Et timuerunt, et turbatæ sunt abyssi. Ps. 76.

## Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni.
orat. 39. in S. lumina.

Christi nativitatem prius apta solemnitate celebravimus, cum stella concurrimus, cum magis adoravimus, cum pastoribus luce circumfusi sumus, cum angelis divinam gloriam prædicavimus. Nunc vero alia Christi actio, aliud mysterium sequitur. Cohiberi non possum animi voluptatem, divini afflatus impetu agor, ac propemodum Joannis instar fastum nuntium profero: non quidem, ut ille, procursor, cæterum a solitudine veniens. Christus illuminatur, simul et nos illuminemur. Christus baptizatur: simul et nos descendamus, ut cum ipso pariter ascendamus. Nec vero hoc solum, quod Jesus baptizatur, sed alia quoque spectanda sunt, nimirum quis, a quo et quando; purus scilicet, a Joanne, et cum signorum edendorum initium facit.

℟. Vox Domini revelabit condensa, et in templo ejus omnes dicent gloriam: ✠ Dominus diluvium inhabitare facit, et sedebit Dominus rex in æternum. ℣. In diebus Noe octo animæ salvæ factæ sunt per aquam, quod et vos nunc similis formæ salvos facit Baptisma. ✠ Dominus. Ps. 28. 1. Petr. 3.

## Lectio VI.

Veterum baptizat Joannes, accedit Jesus; sorte quidem sanctificaturus et baptismum, manifeste autem, ut totam veterem aquam deleat in aquis: ante vero et propter nos, Jordanem, nimirum ut spiritus et caro esset,

Sic etiam per spiritum et aquam initians. Non admittit Baptista, Jesus certat. Ego a te debeo baptizari, dicit lucerna soli; vox verbo; amicus sponso, inter natos mulierum maior, primogenito omnis creaturæ; is qui a materno ventre prosultaverat, ei qui in ventre adoratus fuerat; præcursor et præcursurus ei, qui apparuerat, et appariturus erat. Quid autem Jesus? sine modo, hoc enim certo consilio et dispensatione fit.

℟. In diebus illis venit Jesus a Nazareth Galilææ: ✠ et baptizatus est a Joanne in Jordane. ℣. Dicite pusillanimis: Deus ipse salvabit vos; quia sicco sunt in deserto aquæ. ✠ et bapt. Marc. 1. ℣. 35.

## Lectio VII.

Ascendit Jesus ex aqua, mundum enim secum in actum effert, ac cœlos, quos Adam clauserat sibi et posteris, quemadmodum flammeo gladio paradisum, findi atque aperiri cernit. ac spiritus testimonium perhibet divinitatis; ad similem enim aurit. et vox cœlitus mittitur; illius enim eratis, de quo testimonium perhibebatur. Aut columba spiritus apparet; a multis enim seculis columba diluvii finem nuntiare consuevit.

℟. Jesu baptizato et oranti aperti sunt cœli: ✠ et descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum. ℣. Hic servus meus, suscipiam eum; electus meus; complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum. ✠ descendit. Luc. 3. ℣. 42.

## Lectio VIII.

Vos igitur hodie Christi baptismum venerémur, ac festum honeste celebremus, non ventris deliciis operam dantes, sed spiritualiter nos oblectantes. Lavamini, mundi estote. Si peccato rubri estis ac prope sanguinei, quasi nive dealbamini. Si coccinei estis, ac omnino vini sanguinum, ad candorem lanæ pervenitote. Purgamini, inquam: nulla enim re Deus perinde delectatur, ut hominis resipiscentia ac salute, propter quam omnis sermo, et omnia mysteria. Sicut ut sicut luminaria in mundo, ita et nos alios hominibus estis vis quædam vivifica, et velut lumina perfusa, magno illi lumini adstantes, et a Trinitate illuminabi: cujus nunc radium a divinitate, quæ una est, emanantem accipitis in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

℟. Hæc vox de cœlis dicens: ✠ Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. ℣. Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit. ✠ Hic est. ℣. Gloria. ✠ Hic est. Matth. 3. Ps. 28.

## In III. Nocturno.

Ant. Ecce ego declinabo super Jerusalem quasi fluvium pacis: ✠ et quasi torrentem inundantem gloriam gentium. Is. 66.

Cantica ut in die Epiphaniæ.

℣. Benedicite gentes Deum nostrum:
℟. Et auditam facite vocem laudis ejus. Ps. 65.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 12.

Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari

huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri: ut probetis, quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta. Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: et unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei.

℣. Vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: ecce agnus Dei: ✱ ecce qui tollit peccatum mundi. ℣. Justificabit ipse justos multos, et iniquitates eorum ipse portabit. ✱ ecce qui. Jo. j. Gl. 55.

## Lectio X.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

℟. Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum: ✱ hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. ℣. Deponet iniquitates nostras, et proiciet in profundum omnia peccata nostra. ✱ hic est. Joan. j. Mich. 7.

## Lectio XI.

Dilectio sine simulatione: odientes malum,

adhærentes bono: charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite, et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum invicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

℟. Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu: ✠ quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. ℣. Non est Judæus, neque græcus, non est servus neque liber: omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. ✠ quicumque. Gal. 3.

## Lectio XII.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim: mihi vindicta, ego retribuam dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi; hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

℟. Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: ✠ et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore. ℣. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium. ✠ pax. ℣. Gloria. ✠ pax. Colos. 3. Eph. 4.

300.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. j.

In illo tempore: vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo dixi: post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Et ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Joannes dicens: quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, et mansit super eum. Et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.

Oratio ut infra.

Ad Laudes matutinas et horas antiphonæ.

1. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto: * non potest introire in regnum Dei. Joan. 3.

2. Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est: * oportet vos nasci denuo. ib.

3. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, * salvus erit. Marc. 16.

4. Ego recipiam vos, et ero vobis in patrem, * et vos eritis mihi in filios et filias. 2. Cor. 6.

5. ad Laud. Aque omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini: * quia exaltavit cornu populi sui. Ps. 148.

Lectio apoc. j.

Gratia vobis et pax a Jesu Christo, qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris, et fecit nos regnum et sacerdos Deo et Patri suo: ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum amen.

℟. br. Deduxit eos in abyssis, * et salvavit eos.
℣. Et operuit aqua tribulantes eos. Ps. 105.

Hymnus Clun.

1. Emergit undis, et Deo
Fundit preces homo-Deus: *
Patet polorum regia,
Adest repente Spiritus.

2. Instar columbæ, verdici
Illapsus in fidei sacro: *
Summi patris vox personat,
Dilectus hic est Filius.

3. Christi dicata corpore,
Sic quem lavacra consecrant: *
Hic nascitur proles Dei,
Coelum precanti panditur.

4. Castis fit ac innoxiis
Columba simplex moribus: *
Divinus hunc in hos regit,
Agit, fovetque Spiritus.

5. Fac Christe, fac Deus potens,
Lotos tuis in fontibus, *
Tuo cruore candidos
Ut nulla labes inquinet.

6. Cœlo renatos omnia
Terrena da contemnere: *
Fixisque mens obtutibus
Aperta spectet sidera.

7. Jesu tibi sit gloria,
Mundi scelus qui diluis: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.

℣. Contribulasti capita draconum in aquis:
℟. Tu dirupisti fontes et torrentes. Ps. 73.
Ad Benedicamus. Ecce Agnus Dei: * ecce qui tollit peccata mundi: Joan. 1.

Oratio.

Deus, qui unigeniti Filii tui baptismo flumina

Sanctificare voluisti aquarum: da, ut renati aqua & Spiritu perveníre ad gaudia eterna mereamur. Per eumdem ... in unitate ejusdem.
Et dicitur hic & ad Vigilias tantum.

## Ad Tertiam. Lectio Tit. 3.

Deus salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite eterne.
℣. Beata gens, cujus est Dominus Deus ejus:
℟. Populus, quem elegit in hereditatem sibi. Ps. 32.

Oratio ut in I. Vesperis, per horas.

## Ad Sextam. Lectio Ephes. 5.

Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aque in verbo vite: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujus modi; sed ut esset sancta & immaculata.
℣. Flumen Dei repletum est aquis:
℟. Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus. Ps. 64.

## Ad Nonam. Lectio 2. Petr. 1.

Per Christum Deus maxima & preciosa nobis promissa donavit: ut per hec efficiamini divine consortes nature, fugientes ejus, que in mundo est, concupiscentie corruptionem.
℣. Apud te Domine est fons vite:
℟. & in lumine tuo videbimus lumen. Ps. 35.

## Ad II. Vesperas.

Omnia dicuntur de S. Nomine Jesu, ut in proprio de Sanctis, cum commemorationibus ibi notatis. Quod si contingat, vesperas esse de

die octava, hoc modo fit. Antiphona, ut supra ad horas.

Lectio Ezech. 47.

In illo tempore, qui egrediuntur ad humulos sabuli orientalis, et descendunt ad plana deserti, intrabunt mare et exibunt, et sanabuntur aquae: et omnis anima vivens, quae serpit, quocunque venerit torrens, vivet: et erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquae istae, et sanabuntur, et ibi vivent omnia, ad quae venerit torrens.

R. br. hymnus et V. ut ad I. Vesperas.

Ad Magnif. ant. Jesus plenus Spiritu sancto regressus est a Jordane: et agebatur a Spiritu in desertum. Luc. 4.

Oratio ultima I. Vesperis.

## Dominica I.

Quae est infra octavam, vel octava die Epiphaniae. Omnia, ut supra notantur.

### In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios. cap. i.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater, ecclesiae Dei, quae est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in universa Achaia: gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra.

R. R. ex I. Nocturno Epiphaniae.

## Lectio II.

Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas et nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis, scientes, quod sicut sociï passionum estis, sic eritis et consolationis. Non enim volumus ignorare, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit et eruit; in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet: adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

## Lectio III.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis, et cognovistis: spero autem, quod usque in finem cognoscetis, sicut et cognovistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis, et per vos transire in Macedoniam, et iterum e Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Judæam. Cum ergo hoc

voluissem, num quid levitate usus sum? aut, quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me Est et Non?

## Lectio IV.

Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo Est et Non. Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me et Silvanum et Timotheum, non fuit Est et non, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est: ideo ~~per~~ et per ipsum Amen deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus: qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quoniam parcens vobis non veni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri, nam fide statis.

Lectiones et RR. II. et III. Nocturni ex Dominica infra octavam, vel ex die octava, si in eam incidat.

In sequentibus trium hebdomadæ ferüs, infra octavam Epiphaniæ occurrentibus, lectio de expositione omittitur, eiusque loco dicitur tertia propria cuilibet diei assignata, cum RR. ex Epiphania juxta ordinem feriarum. Post octavam vero, lectio scripturæ adsignata dividitur, si fiat de aliquo festo 12. lectionum; si trium vero lectionum festo, prima est de scriptura, secunda de expositione, si festum non habeat duas proprias, alias expositio omittitur, et tertia de sancto. Si contingat dari de feria, prima dividitur ad q. et tertia est de expositione. RR. infra hanc hebdomadam dicuntur, prout die 2. 3. 4.

Januarii notantur, nempe feria 2. A 5. ex die II. feria 3. A 6. ex die III. feria VI. A Sabbato ex die IV. Sequentibus vero hebdomadibus ex Dominica II. post Epiphaniam.

## Feria II.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 2.

Statui hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, et quis est, qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non, cum venero, tristitiam super tristitiam habeam; de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus, quia meum gaudium omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis. * Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio hæc, quæ fit a pluribus: ita ut e contrario magis donetis, et consoleminí, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui ejusmodi est. 9. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim et scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, et ego: nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana; non enim ignoramus cogitationes ejus. Cum venissem autem Troadem propter

vangelium Christi, et ostium mihi apertum
esset in Domino, non habui requiem spiri-
tui meo, eo quod non invenerim Titum
fratrem meum: sed valefaciens eis pro-
fectus sum in Macedoniam. * Deo autem
gratias, qui semper triumphat nos in Christo
Jesu, et odorem notitiæ suæ manifestat per
nos in omni loco: quia Christi bonus odor
sumus Deo, in iis qui salvi fiunt, et in iis
qui pereunt: aliis quidem odor mortis
in mortem, aliis autem odor vitæ in
vitam. Ad hæc quis tam idoneus? Non
enim sumus sicut plurimi, adulterantes
verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex
Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chry-
sostomi. hom. 1. in hanc epist.

Vespero pretium est quærere, quam ob causam
Apostolus priori ad Corinthios epistolam
secundam adjecerit. Cum in priori dixisset:
Veniam ad vos, multo tamen spatio temporis
interjecto non venit Corinthum, Spiritu ni-
mirum eum detinente in multo magis
necessariis. Idcirco opus habebat altera
epistola, nequaquam habiturus, si ad breve
tempus differtur promissum adventum.
Iterum non ob hanc tantum causam scrip-
sit iterum, verum etiam ea, quod prior
ea epistola reddiderat illos meliores. Si-
quidem et illum, qui commiserat stuprum,
castigaverant ac prorsus ejecerant: et pecunia-
rum collectionem, quam jusserat Apostolus,
multo studio fecerant, et Titum ab eo mis-
sum plurima cum benevolentia exceperant.
His omnibus motus scripsit alteram episto-
lam; par enim erat, ut sicut peccantes increpa-
rat, ita correctos complecteretur et collaudaret.

## Feria III.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 3.

Incipimus iterum nos metipsos commendare? aut numquid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus: manifestati, quod epistola estis Christi ministrata a nobis, et scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non litteræ, sed Spiritu; littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. ✠ Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ evacuatur; quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur, per gloriam est; multo magis quod manet, in gloria est. ℣.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius, quod evacuatur; sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen

in lectione veteris testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur; usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. * Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est, ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi. epist. ad Anastas. 115. ol. 8.

Lex docendo et jubendo, quod sine gratia miseris non potest, hominis demonstrat suam infirmitatem, ut quorat demonstrata infirmitas Salvatorem, a quo sanata voluntas esset, quod infirma non posset. Lex igitur reducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorem, diffundit Spiritus charitatem, implet charitas legem. Ideo lex pedagogus vocatur, sub cujus minacissima severitate qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt? Proinde ne littera sine spiritu occidat, Spiritus vivificans credentibus et invocantibus datur; charitas vero Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut fiat, quod idem apostolus dicit: plenitudo legis charitas. Ita bona est lex illi, qui ea legitime utitur: utitur autem legitime, qui intelligens, quare sit data, per ejus comminationem confugit ad gratiam liberantem.

## Feria IV.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4.

Deo habentes administrationem, juxta quod
misericordiam consecuti sumus, non defici-
mus, sed abdicamus occulta dedecoris, non
ambulantes in astutia, neque adulterantes
verbum Dei: sed in manifestatione veritatis
commendantes nos metipsos ad omnem con-
scientiam hominum coram Deo. ✠ Quod si
etiam opertum est Evangelium nostrum,
in iis, qui pereunt, est opertum, in quibus
deus huius seculi excocavit mentes infidelium,
ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii
gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim
nos metipsos prædicamus, sed Jesum Christum
Dominum nostrum, nos autem per servos
vestros per Jesum. Quoniam Deus, qui dixit
de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit
in cordibus nostris, ad illuminationem scien-
tiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. ℣.
Habentes autem thesaurum istum in vasis
fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, et
non ex nobis. In omnibus tribulationem
patimur, sed non angustiamur, aporiamur,
sed non destituimur, persecutionem pati-
mur, sed non derelinquimur, deïcimur,
sed non perimus: semper mortificationem
Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et
vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.
Semper enim nos, qui vivimus, in mortem
tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu ma-
nifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors
in nobis operatur, vita autem in vobis. ✠
Habentes autem eumdem spiritum fidei,
sicut scriptum est: credidi propter quod lo-
cutus sum, et nos credimus, propter quod et

sequimur, scientes, quoniam qui suscitavit
Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et consti-
tuet vobiscum. Omnia enim propter vos,
ut gratia abundans per multos in gratia-
rum actione abundet in gloriam Dei.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

### hom. 9.

Plerisque in locis volemus, nec quod volumus,
assequimur: non sic tamen, ut a propositis
rebus excidamus. Hoc quippe non eo per-
mittit Deus, ut vincamur, sed ut exerceamur.
Persecutionem patimur, sed non derelinquimur:
deicimur, sed non perimus. Quamvis enim ten-
tationes contingunt, non ea tamen contingunt,
quæ extentationibus oriri solent: idque per
Dei potentiam, et gratiam. Alibi autem hoc
Deum idcirco permittere ait, tum ob ipsorum
humilitatem, tum ad aliorum securitatem:
hic vero, ut Dei potentia elucescat. Vides ne,
quantus quæstus ex tentationibus redeat?
Nam et Dei vim offendebant, et gratiam am-
plius delegebant; sufficit enim tibi gratia
mea, inquit, et ad humilitatem conducebant,
alios compescebant, et illos tolerantiores ef-
ficiebant. Patientia enim, inquit, probatio-
nem operatur, probatio spem. Nam qui in
quam plurima pericula inciderant, atque
ex iis spe divina freti emerserant, hinc do-
cebantur, ut illi magis hærerent in omnibus.

## Feria V.

## Lectio 1.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4. 5.

Propter quod non deficimus, sed licet is,
qui foris est, noster homo corrumpatur,

tamen is, qui intus est, renovatur de die
in diem. Id enim, quod in presenti est mo-
mentaneum et leve tribulationis nostre,
supra modum in sublimitate eternum
glorie pondus operatur in nobis: non con-
templantibus nobis, quo videntur, sed quo
non videntur. Quo enim videntur, tempo-
ralia sunt, quo autem non videntur, eterna
sunt. * Scimus enim, quoniam si terrestris
domus nostra huius habitationis dissol-
vatur, quod edificationem ex Deo habemus,
domum non manufactam, eternam
in cœlis. Nam et in hoc ingemiscimus, ha-
bitationem nostram, quo de cœlo est, super-
indui cupientes, si tamen vestiti, non nudi
inveniamur. Nam et qui sumus in hoc
tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod
nolumus exspoliari sed supervestiri, ut
absorbeatur, quod mortale est, a vita. Qui
autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui
dedit nobis pignus spiritus. 9.
Audentes igitur semper, scientes quoniam
dum sumus in corpore, peregrinamur
a Domino; per fidem enim ambulamus,
et non per speciem. Audemus autem et bo-
nam voluntatem habemus magis peregri-
nari a corpore, et presentes esse ad Domi-
num. Et ideo contendimus sive absentes
sive presentes placere illi. omnes enim nos
manifestari oportet ante tribunal Christi,
ut referat unusquisque propria corporis,
prout gessit, sive bonum sive malum. *
Scientes ergo timorem Domini, hominibus
suademus, Deo autem manifesti sumus.
Spero autem et in conscientiis vestris ma-
nifestos nos esse. Non iterum commenda-
mus nos vobis, sed occasionem damus vobis

loriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in
acie gloriantur, et non in corde. Sive enim
mente excedimus, deo: sive sobrii sumus, vobis.

## Lectio II.

### De expositione sancti Augustini Episcopi.

Ser. 344. n. ed.

Vide duas mortes, unam temporalem eam-
emque primam; alteram sempiternam
et eamdem secundam. Prima mors omnibus
reparata est; secunda solis malis, impiis,
infidelibus, blasphemis, et quidquid aliud
sanae doctrinae adversatur. Si fieri potest,
ambas non vis pati. Scio, vivere amas, mori
non vis; sed de hac vita in aliam vitam si
transire velles, ut non mortuus resurgeres,
sed vivus in melius mutareris. Hunc ap-
lectum ostendit apostolus, ubi ait: habita-
ionem habemus ex deo, domum non manu-
factam, aeternam in coelis. Genium in hoc
ingenisci mus, habitaculum nostrum, quod
e coelo est, superindui cupientes. In quo nolu-
nus, inquit, exspoliari, sed supervestiri, ut
absorbeatur mortale a vita. Non vis spoliari,
sed spoliandus es. Hoc tamen agas oportet,
ut spoliatus per mortem carnea tunica,
inveniaris indutus lorica fidei. Hoc enim
scutum adjungit: si tamen et indubi, non
udi inveniamur. Nam prima mors spo-
iatura est de carne, interim seponenda, et
uo tempore recipienda. Hoc velis nolis.
on enim quia vis, resurges; aut si nolis, non
esurges; aut si resurrectionem non credis,
ropterea non resurges. Opus est, ut potius
gas, ut qui resurrecturus es, velis nolis,
e resurgas, ut habeas, quod velis.

## Feria VI.

## Lectio 1.

De epistola secunda beati Pauli Apostoli
ad Corinthios. cap. 6.

Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim:
Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile,
ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam
offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. ✠ Sed in omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros,
in multa patientia, in tribulationibus,
in necessitatibus, in angustiis, in plagis,
in carceribus, in seditionibus, in laboribus,
in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in
scientia, in longanimitate, in suavitate,
in Spiritu sancto, in charitate non ficta,
in verbo veritatis, in virtute Dei: per
arma justitiæ a dextris et a sinistris, per
gloriam et ignobilitatem, per infamiam,
et bonam famam: ut seductores, et veraces;
sicut qui ignoti, et cogniti: quasi morientes,
et ecce vivimus: ut castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, et omnia
possidentes. ℣.
Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor
nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eamdem autem habentes
remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini et vos. Nolite jugum ducere cum
infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ
cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad
tenebras? quæ autem conventio Christi ad
Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

qui autem consensus templo Dei cum idolis? ✱
Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit
Deus: quoniam inhabitabo in illis, et inam-
bulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi
erunt mihi populus. Propter quod exite
de medio eorum, et separamini, dicit Domi-
nus, et immundum ne tetigeritis: et ego
recipiam vos, et ero vobis in patrem, et vos
eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus
omnipotens.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.
hom. 12. in h. e.

Quodnam illud tempus acceptabile? Tempus
videlicet beneficii et gratiæ, in quo de
peccatis admissis rationes non exposcuntur,
nec pœnæ pendentur, in quo unacum recon-
ciliatione innumeris quoque bonis fru-
mur, justitia nimirum, sanctificatione,
aliisque omnibus. ac proinde acceptabile
hoc tempus vocat, quoniam eos quoque,
qui innumeris sceleribus sese obstrinxerant,
admittebat: nec tantum admittebat, sed
ad summum etiam honoris gradum sub-
vehebat: non secus atque adveniente rege
judicii tempus non est, sed gratiæ ac salutis.
Hoc eam causam acceptabile hoc tempus vocat,
quamdiu adhuc in flamm[illegible] versamur,
quamdiu adhuc in excolenda vinea operam
navamus, quamdiu undecima hora super-
est. Aedamus, ac vitam nostram recte
instituamus. Nam si cum tot vitiis scate-
mus, et admisit nos, et iis liberavit, omni-
bus solutos, eaque, quæ nostri muneris sunt,
præstantes, an non multo magis admissurus
est?

Sabbatho.

## Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 7.

Has ergo habentes promissiones, charissimi! mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus. Non ad condemnationem vestram dico: prædiximus enim, quod in cordibus nostris estis ad commoriendum, et ad convivificandum. ✠ Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi. 9. Non solum autem in adventu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me, ita ut magis gauderem. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœnitebat, videns quod epistola illa, etsi ad horam, vos contristavit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur; sæculi autem tristitia mortem operatur. ✠ Ecce enim hoc ipsum, secundum

Veum contristari vos, quandam in vobis
operabur sollicitudinem: sed defensionem,
ed indignationem, sed timorem, sed desi-
derium, sed aemulationem, sed vindictam.
In omnibus exhibuistis vos inconta minatos
esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis, non
propter eum, qui fecit injuriam, nec propter
eum, qui passus est: sed ad manifestandam
ollicitudinem nostram, quam habuimus
ro vobis coram Deo; ideo consolati sumus.

## Lectio II.

De expositione Sancti Joannis Chrysostomi.
hom. 14. in hanc ep.

Eodem nunc modo ii, qui accusantur, affici
debent, hoc est, ut lugeant ac lamententur,
et magistrorum suorum desiderio flagrent,
avidius que eos, quam ipsos parentes, requi-
rant: ab his quippe vivere, ab illis bene
vivere habent. Sic paternas objurgationes
ferre convenit, sic unacum antistitibus
eos, qui peccant, dolore affici. Non enim
ni ipsis totum positum est, sed partim etiam
in nobis. Etenim si is, qui flagitium admisit,
e quidem a patre reprehendi, a fratribus
utem deliniri videat, segnior efficitur.
Proinde cum pater objurgat, tu quoque cum
o irascaris, tum ut fratris curam geres,
um ut cum patre indignatus, magnum stu-
ium exhibe, et lacrymare, non quia objurga-
us est, sed quia peccavit. Alioquin si exstuam
uidem ego, tu vero destruas, quid aliud age-
nimur, quam ut labore nos ipsos confi-
amus? Haec autem vobis a me dicta sunt,
cum antistites justis de causis irascuntur,
os quoque cum ipsis irascamini: ut cum
uempiam objurgatum videritis, ipsi eum
agis etiam aversemini, quam magister ipse.

ni deliquit, vos magis, quam magistros pertimescat. Etenim si magistri solius timor in ipsius animo versetur, cibo peccabit. Sin autem tot oculos ac tot ora pertimuerit, cautius vitam instituet.

Si Septuagesima incidat in Dominicam secundam post Epiphaniam, tunc hodie in officio festi occurrentis fiet commemoratio illius Dominico secundo in laudibus matutinis per ant. V. et orationem, ut infra ad laudes Dominico notatur; in vesperis vero nulla amplius erit eius commemoratio.

## Ad Vesperas.

Omnia dicuntur ut in psalterio.

Ad Magnif. ant. Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt: ✠ ecce facta sunt omnia nova. 2. Cor. 5.

## Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, qui cœlestia simul et terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, et pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum.

## Dominica II.

### Post Epiphaniam.

### Duplex majus. 12. lect.

### Ad vigilias nocturnas.

### Omnia dicuntur de psalterio.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 8.

Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macedoniæ: quod in multo experimento tri-

ulationis abundantia gaudii ipsorum fuit;
lactissima paupertas eorum abundavit in
divitias simplicitatis eorum: quia secundum
virtutem testimonium illis reddo, et supra
virtutem voluntarii fuerunt, cum multa
exhortatione obsecrantes nos gratiam et
communicationem ministerii, quod fit in
sanctos. Et non sicut speravimus, sed semet-
ipsos dederunt primum Domino, deinde
nobis per voluntatem Dei; ita ut rogaremus
Titum, ut quemadmodum cepit, ita et per-
ficiat in vobis etiam gratiam istam.
℟. Apud Dominum misericordia, et co-
piosa apud eum redemptio: * et ipse redimet
Israel ex omnibus iniquitatibus eius. ℣.
Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos
redimeret ab omni iniquitate. * et ipse.
℟. 129. Tit. 2.

## Lectio II.

Sed sicut in omnibus abundatis fide et
sermone et scientia et omni sollicitudine,
insuper et charitate vestra in nos, ut et in
hac gratia abundetis. Non quasi imperans
dico, sed per aliorum sollicitudinem etiam
vestre charitatis ingenium bonum com-
probans. Scitis enim gratiam Domini
nostri Jesu Christi, quoniam propter vos
egenus factus est, cum esset dives, ut illius
inopia vos divites essetis. Et consilium
in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui
non solum facere, sed et velle cepistis ab
anno priore: nunc vero et facto perficite,
ut quemadmodum prompta est animus
voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo,
quod habetis. Si enim voluntas prompta
est, secundum id, quod habet, accepta est,
non secundum id, quod non habet. Non enim

ut alius sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate.

℟. In te Domine speraverunt patres nostri, speraverunt, et liberasti eos: * ad te clamaverunt et salvi facti sunt: et in te speraverunt, et non sunt confusi. ℣. Juxta fidem defuncti sunt, confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram: ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. * ad te. ℟. j. Hebr. ij.

## Lectio III.

In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestro inopiae sit supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: qui multum, non abundavit, et qui modicum, non minoravit. Gratias autem Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi. quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Evangelio per omnes ecclesias.

℟. Benedic anima mea Domino, et omnia, quae intra me sunt, nomini sancto eius: * anima mea noli oblivisci omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. ℣. Misit Deus Filium suum, propitiationem pro peccatis nostris. * anima. ℟. Ps. 102. j. Joa. ij.

## Lectio IV.

Non solum autem (sed et ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae in hanc gratiam, quae ministratur a nobis ad Domini gloriam, et destinatam voluntatem nostram: devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quae

inistratur a nobis. Providemus enim bona
on solum coram deo, sed etiam coram
ominibus. Misimus autem cum illis et
ratrem nostrum, quem probavimus in
ultis sepe sollicitum esse, nunc autem
ulto sollicitiorem, confidentia multa
in vos. Sive pro Tito, qui est socius meus,
et in vos adjutor, sive fratres nostri, apostoli
ulesiarum, gloria Christi. Ostensionem
ergo, que est charitatis vestre, et nostre
gloriæ pro vobis, in illos ostendite in fa-
iem ulesiarum.

℟. Speciosus forma pre filiis hominum,
diffusa est gratia in labiis tuis: sedes tua
Deus in seculum seculi: * virga directionis
virga regni tui. ℣. Ad angelos quidem dixit:
ui facit angelos suos spiritus, ad Filium
utem: Thronus tuus Deus in seculum seculi.
℟ Virga. ℣. Gloria. * virga. Ps. 44. Hebr. j.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

Sermo sancti Maximi Episcopi.
hom. j. de Epiph.

nvitatus, ut legitur, Dominus perrexit ad
uptias; sed ut dignaretur hoc virginis filius,
ostre eruditionis est ratio, ut docti exemplo,
gitimarum illum nuptiarum non negemus
uborem. Vadit ergo ad nuptias Dei Filius, ut
nas dudum potestate constituit, nunc presentia
o benedictione sanctificet. Vadit ad nuptias
teris instituti, novam sibi perpetue virgi-
itatis frontem de conversione facturus. Vadit ad nuptias, quem nuptie non pro-
erunt. Vadit ad nuptias, non ubique ubicunque
ulcetur, sed ut mirabilius innotescat.
adit ad nuptias non sumpturus pocula, sed
aturus. Clam cum defuisset nuptiantibus vinum,
illi beatissima Maria: vinum non habent.

℟. quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te: * perfecisti eis, qui sperant in te. ℣. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. * perfecisti. Ps. 30. j. Cor. j.

## Lectio VI.

Cui velut indignans respondit Jesus: quid mihi et tibi mulier? nondum venit hora mea. Hæc verba indignantis esse quis dubitet? Sed ut ciro, ut reor, quia dum temere ei mater de defæcato carnalis poculi suggerebat, qui venerat totius orbis gentibus novum salutis æterno calicem propinare. Quod enim ait: nondum venit hora mea, illam nimirum gloriosissimam passionis suæ horam, atque illud redemptionis nostræ vinum, quod vitæ omnium proficeret, promittebat. Nam quod petebat Maria, erat gratiæ temporalis: quod Christus parabat, gaudii sempiterni. Nec tamen piguit benignissimum Dominum, dum magna veniunt, parva præstare. Audeo venerabilis Maria, vere et mater Domini, in spiritu futura prænoscens, ac dominicam providens voluntatem, sollicite ministros admonuit dicens: quodcumque dixerit vobis, facite. Sicubi profecto mater sancta objurgationem illam Domini Filiique sui non irascentis offensam prætendere, sed miserantis portare mysterium.

℟. Deus meus, in te confido, non erubescam: * denim universi, qui sustinent te, non confundentur. ℣. Patior, sed non confundor; scio enim cui credidi. * denim. Ps. 24. 2. Tim. j.

## Lectio VII.

Tunc Dominus in crepatæ matris revelans pudorem, fluentique jam aperiens majestatem, exspectantibus ait ministris: impplete hydrias aqua. Atque mora, obsequium suum obediens minister exhibuit. Ecce repente aqua

f. relevans

illo ceperunt mirabiliter fortitudinem sumere.
ducere colorem, odorem prebere, saporem
concipere, totamque simul mutare natu-
ram. Que permutatio aquarum a sua in
aliam creaturam, presentis creatoris est
testata virtutem. Nulla te, quicunque es,
qui inter ista cunctaris, infidelitas turbet,
quod dubium non est, ad nutum creatoris
creaturarum elementa perdere. Aut cur
non credamus, per hunc dominica vinum fieri
potuisse de aqua, cum nobis operante Deo so-
mentis imbrium, terre de gremio per ministe-
ria vinearum aqua surgat in vinum.
℟. Voluntatem timentium se faciet Dominus,
et deprecationem eorum exaudiet, et salvos
faciet eos: ✠ custodit Dominus omnes diligentes
se. ℣. Nos ergo diligamus Deum, quoniam
ipse prior dilexit nos. ✠ custodit. 6ps. 114. 1. Jo. 4.

## Lectio VIII.

Hoc, inquit, fecit Jesus initium signorum
in Cana Galilee, et manifestavit gloriam
suam, et crediderunt in eum discipuli eius.
Crediderunt discipuli, non utique hoc, quod
fieri cernebant, sed illud, quod carnalis vi-
dere non potuit aspectus. Crediderunt, non
quod Christus Jesus filius esset virginis,
quod sciebatur, sed quod idem unigenitus
esset altissimi, quod in opere probatum.
Unde et nos, fratres! toto corde credamus
ipsum esse Dei filium, quem filium homi-
nis confitemur. Credamus illum nostre
conformem nature et paterne substantie
coequalem, quoniam et nuptiis interfuit
homo, et aquas in vinum mutavit ut Deus:
quatenus fidei huius merito nos etiam
Dominus noster Jesus Christus illo gratie sue vi-
no propitius potare dignetur.

℟. Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. ℣. Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono. * custodit. ℣. gloria. * custodit. Ps. 96. Rom. 12.

## In III. Nocturno.

### Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 13.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas, nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt: nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.

℟. Cum metu et tremore vestram salutem operamini: * Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et perficere, pro bona voluntate. ℣. Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est. * Deus. Philip. 2. Eph. 2.

### Lectio X.

Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa præstatis; ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem honorem.

Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit. Nam: non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instaurabitur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

℟. Vos in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carni; ✠ sed ✠ per charitatem spiritus servite invicem. ℣. Omnis enim lex in uno sermone impletur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. ✠ per. Gal. 5.

## Lectio XI.

Et hoc scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox processit, dies autem appropinquavit. abiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.

℟. Quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, et in tota anima tua? ✠ Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies. ℣. In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. ✠ Dominum. Deut. 10. Gal. 5.

## Lectio XII. cap. 14.

Infirmum autem in fide assumite, non in dissceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Qui manducat, non manducantem non spernat, et qui non manducat, manducantem non judicet, Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Alius judicat diem inter diem, alius autem judicat omnem diem: unusquis in suo sensu abundet.

℟. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; † plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt. * Sanctus. ℣. gloria. † plena. Is. 6. j. Jo. 5.

℟. 4. proferia quarta et Sabbato.

A mandatis tuis Domine intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis: * lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. ℣. Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia. * lucerna. ℣. gloria. * lucerna. Ps. 118. 2. Tim. 3.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 2.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino dicit Mater Jesu ad eum: vinum non habent. Et dicit

Jesus: quid mihi & tibi est mulier? non-
dum venit hora mea. Dicit Mater eius
ministris: quodcumque dixerit vobis, fa-
cite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex
positæ, secundum purificationem Judæo-
rum, capientes singulæ metretas binas
vel ternas. Dicit eis Jesus: implete hydrias
aqua. Et impleverunt eas usque ad sum-
mum. Et dicit eis Jesus: haurite nunc, et
ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem
gustavit architriclinus aquam vinum
factam, et non sciebat, unde esset, ministri
autem sciebant, qui hauserant aquam,
vocat sponsum architriclinus, et dicit ei:
omnis homo primum bonum vinum ponit,
et cum inebriati fuerint, tunc id, quod
deterius est: tu autem servasti bonum
vinum usque adhuc. Hoc fecit initium
signorum Jesus in Cana Galilææ, et mani-
festavit gloriam suam: et crediderunt in
eum discipuli eius.

Reliqua omnia de psalterio per annum.

Ad Benedictus ant. Dicit Mater Jesu ministris: *
quodcumque dixerit vobis Jesus, facite. Jo. 2.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Magnif. ant. Fecit initium signorum
Jesus in Cana Galilææ, et manifestavit
gloriam suam: * et crediderunt in eum
discipuli eius. Joan. 2.

## Feria II.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 9.

De ministerio, quod fit in sanctos, ex abun-
danti est mihi scribere vobis. Scio enim
promptum animum vestrum, pro quo de
vobis glorior apud Macedones. Quoniam

et Achaia parata est abanno preterito, et
vestra emulatio provocavit plurimos.
Misi autem fratres, ut ne, quod gloriamur
de vobis, evacuetur in hac parte, ut, quem-
admodum dixi, parati sitis: ne cum vene-
rint Macedones mecum, et invenerint vos
imparatos, erubescamus nos, ut non di-
camus vos, in hac substantia. * Et neces-
sarium ergo existimavi rogare fratres,
ut prevenient ad vos, et preparent repro-
missam benedictionem hanc parabam esse,
sic quasi benedictionem, non tanquam
avaritiam. Hoc autem dico: qui parce se-
minat, parce et metet, et qui seminat in
benedictionibus, de benedictionibus et
metet. unusquisque prout destinavit
in corde suo, non ex tristitia, aut ex neces-
tate; hilarem enim datorem diligit Deus. 9.
Potens est autem Deus omnem gratiam
abundare facere in vobis, ut in omnibus
semper omnem sufficientiam habentes,
abundetis in omne opus bonum, sicut scrip-
tum est: dispersit, dedit pauperibus, justitia
eius manet in seculum seculi. Qui autem
administrat semen seminanti, et panem
ad manducandum prestabit, et multipli-
cabit semen vestrum, et augebit incre-
menta frugum justitie vestre: ut in
omnibus locupletati abundetis in om-
nem simplicitatem, que operatur per nos
gratiarum actionem Deo. * Quoniam
ministerium huius officii non solum
supplet ea, que desunt sanctis, sed etiam
abundat per multas gratiarum actiones
in Domino, per probationem ministerii
huius, glorificantes Deum in obedientia
confessionis vestre in Evangelium Christi,

et simplicitate communicationis in illos, et in omnes, et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias Deo super inenarrabili dono eius

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi. hom. 19.

Mirabile est, quod, quo asservata pereunt, eadem cum dispergantur, maneant, et quidem in perpetuum. Per justitiae porro vocabulum hoc loco benignitatem intelligit. Justos quippe homines efficit, sicuti ignis in modum absumens et conficiens, cum largissime profunditur. Quocirca ne parce nos geramus, sed plena conferaque manu seramus. Nam si homo accepto beneficio non negligit, sed gratiam rependit: multo ubique magis Christus gratiam relaturus est. Etenim, qui ne beneficio quidem ullo accepto largitur, an non idem, cum acceperit, vicem relaturus est? Neque haec eo suademus, ut homines opprimamus, ac de medio tollamus: sed ut superflua circumcidamus. Superfluum porro est, quod necessarium usum excedit. Nam cum, hoc quoque remoto, sane atque honeste vitam transigere possumus, superflue procul dubio adjungitur. Hoc est in vestibus, et in mensa, et in domo, et in omnibus aliis consideremus, ne necessarium usum ubique quoramus. Nam quod superfluum est, id quoque inutile est.

## Feria III.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 10.

Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne presens audeam, per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. ℣ Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. ✠ Quæ secundum faciem sunt videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos. ℣ Nam etsi amplius aliquid gloriabus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, et non destructionem vestram, non erubescam. 9. Ut autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt et fortes, præsentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis: hoc cogitet qui eius modi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales et præsentes in facto. ℣ Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui se ipsos commendant; sed ipsi in nobis nos metipsos mentientes, et comparantes nos metipsos nobis. ℣ Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos. ✠ ℣ Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: usque ad vos

nim pervenimus in evangelio Christi. et non
in immensum gloriantes in alienis laboribus,
spem autem habentes crescentis fidei vestre,
in vobis magnificari secundum regulam nostram
in abundantiam, etiam in illa, que ultra vos
sunt, gloriari. Qui autem gloriatur, in Domino
glorietur; non enim qui seipsum commendat,
ille probatus est, sed quem Deus commendat.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 21.

Postquam institutum de eleemosyna sermonem, ut oportebat, absolvit, ostenditque plus eos a se amari, quam abyssis ametur, atque insuper de patientia sua et de tentationibus verba fecit tempestive iam ad objurgandum se convertit, pseudo-apostolos subindicans, et in iis, quo molestiora erant, sermonem concludens, ac se-ipsum commendans; nam hoc quoque in tota epistola facit. Nec vero quis piam aberrabit, qui hanc epistolam Pauli encomium appellarit. adeo copiose et quo gratiosum est, et quo ad ipsius patientiam attinent, largiter describit. Quoniam enim non nulli erant, qui magnifice de se sentirent, ac se ipsos Paulo anteferrent, eumque vel arrogantem, ut nullius pretii hominem, ut nihil sani docentem traducerent; nam hoc corrupti eorum animi vel maximum erat judicium: vides quomodo eos objurgare incipiat. ipse autem ego Paulus. Viden, qua gravitate, qua auctoritate loquatur? Hoc enim perinde est, ac si diceret: obsecro vos, ne me cogatis, ac mea adversus eos, qui me parvipendunt, et carnalem hominem esse existimant, potentia uti finatis.

## Feria IV.

## Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. ii.

Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ
meæ; sed & supportate me: æmulor enim vos
Dei æmulatione; despondi enim vos uni viro
virginem castam exhibere Christo. Timeo autem
ne, sicut serpens Evam seduxit astutia sua,
ita corrumpantur sensus vestri, & excidant
a simplicitate, quæ est in Christo. Nam si is,
qui venit, alium Christum prædicat, quem
non prædicavimus; aut alium spiritum
accipitis, quem non accepistis; aut aliud
evangelium, quod non recepistis: recte pa-
teremini. * Existimo enim, nihil me mi-
nus fecisse a magnis apostolis: nam etsi
imperitus sermone, sed non scientia: in
omnibus autem manifestati sumus vobis.
Aut numquid peccatum feci, me ipsum
humilians, ut vos exaltemini? quoniam
gratis evangelium Dei evangelizavi vobis?
alias ecclesias exspoliavi, accipiens stipen-
dium ad ministerium vestrum. Et cum præ-
sens apud vos, & egerem, nulli onerosus fui; nam
quod mihi deerat, supplerunt fratres,
qui venerunt a Macedonia: & in omnibus
sine onere me vobis servavi, & servabo. 9.
Est veritas Christi in me, quoniam hæc
gloriatio non infringetur in me in regio-
nibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos?
Deus scit. Quod autem facio, & faciam, ut
amputem occasionem eorum, qui volunt
occasionem, ut in quo gloriantur, inve-
niantur sicut & nos. Nam ejusmodi pseudo-
apostoli sunt operarii subdoli, transfigu-
rantes se in apostolos Christi. Et non
mirum; ipse enim Satanas transfigurat
se in angelum lucis. Non est ergo magnum,
si ministri ejus transfigurentur velut mi-
nistri justitiæ: quorum finis erit secundum

spera ipsorum. * Iterum dico: ne quis putet me insipientem esse, alioqui velut insipientem accipite me, ut & ego modicum quid glorier: quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim sufferetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

## Lectio II.

De expositione Sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 22.

Vides, quam modeste loquatur? quod si sermonis progressu altius loquitur, ne mirum tibi videatur. Nam si ubique demisse locutus fuisset, tantam illis plagam minime inflixisset, nec discipulos errore liberasset. Siquidem accidit interdum, ut & intempestiva modestia quispiam utens detrimentum afferat. & contra eximium aliquid de se opportune prædicans profuit: quemadmodum ipse quoque Paulus hic fecit. & neque enim parvum periculum imminebat, ne discipuli de Paulo sinistram aliquam opinionem imbiberent: non quod Paulus humanam gloriam captaret. Et sane qui fieri potuisset, ut qui nec gehennam, nec regnum, nec innumerabilem mundos pro Christi amore quidquam esse duceret, is vulgi gloriam venaretur? Minime profecto. Imo contra per quam humilis erat, cum diceret, priorem quoque vitam proscindebat, cum blasphemum se ac persecutorem & contumeliosum appellaret. Hoc autem dico,

ut non tantum audiamus, sed etiam discamus. Quam enim illae penatae, quo ante baptismum admiserat, etsi prorsus exstincta, in memoria tamen haberet, quam nos veniam consequi possimus, qui eam, quae post baptismum perpetravimus, oblivioni delemus?

## Feria V.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. ii. et 12.

Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte: in quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego. Hebraei sunt, et ego: Israelitae sunt, et ego: semen Abrahae sunt, et ego: ministri Christi sunt, ut minus sapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Judaeis quinquies quadragenas, una minus, accepi. * Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium perpessus, nocte et die in profundo maris fui, in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore et aerumna, in vigiliis multis, in frigore et nuditate: praeter illa, quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. ℣. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? Si gloriari oportet, quae infirmitatis meae sunt, gloriabor. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi,

ni est benedictus in secula, scit, quia non
mentior. Damasci propositus gentis Arcto
regis custodiebat civitatem Damascenorum,
ut me comprehenderet: et per fenestram in
sporta dimissus sum per murum, et sic es-
lugi manus eius. Si gloriari oportet, non
expedit quidem, veniam autem ad visiones
et revelationes Domini. * Scio hominem
in Christo ante annos quatuordecim: sive
in corpore nescio, sive extra corpus nescio,
Deus scit: raptum huiusmodi ad tertium
coelum. Et scio huiusmodi hominem: sive
in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit:
quoniam raptus est in paradisum, et audivit
arcana verba, quae non licet homini loqui.
Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem
nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus
meis. Nam etsi voluero gloriari, non ero
insipiens; veritatem autem dicam: parco
autem, ne quis me existimet supra id, quod
videt in me, aut aliquid audit ex me.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 26.

Magna jactantiones erant illo, quas ante
enumeravit, quo ex tentationibus profi-
ciscebantur: habet autem nunc alia, quo
dicat, revelationes atque arcana mysteria.
Etenim pseudo apostoli ea, quibus carebant,
de se ipsis praedicabant: hic contra ea etiam,
quae ipsi in sunt, occultat, indeque cum tanta
necessitas ipsi incumbat, aitque: non ex-
pedit mihi; ut omnes doceat hanc rem om-
nino fugere. Neque enim istud acutum
illum habet, sed potius detrimentum habet,
nisi utilis quodam ac necessaria ostentatio sit,
quo ad impellat. Post quam itaque pericula,

tentationes, insidias, moerores ac naufragia commemoravit, ad alterum gloriationis genus se contulit: ut hinc quoque ostendat, invictum se et repugnantem ad id cuncedere. Ideoque enim quatuordecim annorum tempus posuit. Neque enim frustra hujus temporis mentionem fecit, sed ut demonstret, quod qui tot annos tacitum id tenuerat, non id nunc enuntiasset, nisi summa eum necessitas impulisset: verum neque tacuisset, nisi fratres pereuntes vidisset.

## Feria VI.

### Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 12.

Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. * Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tum potens sum. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum, tametsi nihil sum; signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis et prodigiis et virtutibus. ℣. Quid est enim, quod minus habuistis pro cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero

travis vobis. Non enim quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. * Ego autem libentissime impendam, et superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar. Sed esto: ego vos non gravavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos? Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigiis?

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

### hom. 26.

Perspicis ne animi æquitatem ac probitatem? molestiis liberari cupiebat: cum audiem a Deo audivit, hoc fieri non oportere, non modo tristitia affectus non est, quod votis sui compos non extitisset, sed etiam voluptatem cepit. In tentationibus enim justi florebant, omnes hinc splendorem ac magnas coronas consecuti sunt. Nam tum etiam anima purgatur, cum propter Deum premitur. Tum majori auxilio fruitur atque amplioris gratiæ digna existit, cum majore subsidio opus habet. quin ante illud quoque præmium, quod a Deo propositum est, ingentia bona percipit. Nam afflictio et fastum amputat, et segnitiem omnem excindit, atque ad patientiam instruit ac velut immunit: errum humanarum vilitatem docet, atque ingentem philosophiam inducit. Sicut enim aurum ignis, hoc animis est afflictio, aurichiem abstergens, puros efficiens, valentes et illustres reddens.

## Sabbato.

## Lectio I.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 12. 13.

Olim putatis quod excusemus nos apud vos?
coram Deo in Christo loquimur: omnia au-
tem, Charissimi! propter ædificationem
vestram. Timeo enim, ne forte cum venero,
non quales volo, inveniam vos: et ego in-
veniar a vobis, qualem non vultis; ne forte
contentiones, æmulationes, animositates,
seditiones, detractiones, susurrationes, infla-
tiones, seditiones sint inter vos: ne iterum,
cum venero, humiliet me Deus apud vos,
et lugeam multos ex iis, qui ante peccave-
runt, et non egerunt pœnitentiam super
immunditia, et fornicatione, et impudi-
citia, quam gesserunt. * Ecce tertio hoc ve-
nio ad vos: in ore duorum vel trium testium
stabit omne verbum. Prædixi, et prædico,
ut præsens, et nunc absens, iis qui ante pec-
caverunt, et cæteris omnibus, quoniam,
si venero iterum, non parcam. An experi-
mentum quæritis ejus, qui in me loquitur
Christus, qui in vobis non infirmatur, sed
potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est
ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.
Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vive-
mus cum eo ex virtute Dei in vobis. 9.
Vosmetipsos tentate, si estis in fide; ipsi vos
probate. An non cognoscitis vosmetipsos,
quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte re-
probi estis. Spero autem, quod cognoscetis,
quia nos non sumus reprobi. Oramus
autem Deum, ut nihil mali faciatis, non
ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod
bonum est, faciatis, nos autem ut reprobi simus.
Non enim possumus aliquid adversus veritatem,
sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam
nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. *
Hoc et oramus vestram consummationem.

ideo hoc absens scribo, ut non presens durius agam, secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in edificationem, et non in destructionem. De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. amen.

## Lectio II.

De expositione Sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 29.

Cumaliunde etiam multis ex rebus, tum vel hinc maxime Pauli philosophiam, paternumque affectum perspicere licet: nimirum quam in denuntiandis rebus vehemens, in inferendis autem poenis tardus sit. Neque enim de iis, qui peccabant, poenas statim sumsit: sed semel atque iterum admonuit. ac ne sic quidem in contumaces animadvertit, sed rursus admonet ac denuntiat dicens: tertio hoc venio ad vos: ac prius quam adsim, rursus scribo. Postea, ne cunctatio segnitiem illis pariat, vide quo pacto hinc quoque eos corrigat, assidue nempe interminans, ac plagas intentans, atque hisce verbis utens: si venero iterum, non parcam; et: ne cum venero, lugeam multos. Haec porro idcirco facit ac loquitur, ut hac quoque parte omnium Dominum imitetur. Nam et Deus assidue quidem comminatur, ac sope increpat: sed non sope punit et cruciatum infert. quod si vim suam ille non ostendit, nec poenas irrogat, non imbecillitate prohibetur; id enim potest, sed animi lenitate. Cur miraris enim, si profusa tolerantia patientiaque in peccatores non animadvertit, nec poenas ab iis expetit, cum ipse quoque in

crucem agi sustinuerit, atque huius modi cruciatus perpetiens pœnam minime irrogarit?

Si sequens Dominica obsepthuagesimam impediatur, nec 25. Dominica post Pentecosten locum habeant, in festo hoc sabbato occurrente de ea fit commemoratio ad matutinas cum antiphona et oratione ex sequente Dominica, ubi etiam ad Missam cum eius Evangelio in fine.

## Ad Vesperas.

### Duplex.

Ad Magnif. ant. Scientes, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi, et nos in Christo Jesu credimus. Gal. 2.

### Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus: infirmitatem nostram propitius respice, atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. Per Dominum.

## Dominica III. post Epiphaniam.

### Duplex maius.

### Omnia de psalterio.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

Incipit epistola beati Pauli apostoli ad Galatas. cap. j.

Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis; et qui mecum sunt, omnes fratres, ecclesiis Galatiæ. Gratia vobis, et pax a Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei et Patris nostri, cui est gloria in sæcula sæculorum. amen. Miror, quod sic

tam cito transferimini ab eo, qui vos voca-
vit in gratiam Christi in aliud evangelium:
quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos
conturbant, et volunt convertere evan-
gelium Christi.

R. R. ex procedente Dominica.

Lectio II.

Sed licet nos aut angelus de cœlo evangeli-
zet vobis præterquam quod evangelizavi-
mus vobis, anáthema sit. Sicut prædixi-
mus, et nunc iterum dico: si quis vobis evange-li-
zaverit, præter id quod accepistis, anáthema
sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo?
an quæro hominibus placere? si adhuc ho-
minibus placerem, Christi servus non esse-
m. Notum enim vobis facio, fratres! evangelium,
quod evangelizatum est a me, quia non est
secundum hominem: neque enim ego ab
homine accepi illud, neque didici, sed per
revelationem Jesu Christi.

Lectio III.

Audistis enim conversationem meam ali-
quando in Judaismo: quoniam supra modum
persequebar ecclesiam Dei, et expugnabam
illam, et proficiebam in Judaismo supra
multos coætaneos meos in genere meo, abun-
dantius æmulator existens paternarum
mearum traditionum. Cum autem placuit
ei, qui me segregavit ex utero matris meæ,
et revelare Filium suum in me, ut evan-
gelizarem illum in gentibus: continuo
non acquievi carni et sanguini, neque veni
Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos;
sed abii in Arabiam, et iterum reversus
sum Damascum.

Lectio IV.

Deinde post annos tres veni Jerosolymam
videre Petrum, et mansi apud eum diebus
quindecim: alium autem apostolorum vidi

neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Quod autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ et Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo: tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat; et in me clarificabant Deum.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

De expositione sancti Augustini episcopi in epistolam ad Galatas.

Causa, propter quam scribit Apostolus ad Galatas, hoc est, ut intelligant gratiam Dei id secum agere, ut sub lege jam non sint. Cum enim prædicata eis esset evangelii gratia, non defuerunt quidam ex circumcisione, quamvis christiani nomine, nondum tamen tenentes ipsum gratiæ beneficium, et adhuc volentes esse sub oneribus legis, quæ Dominus Deus imposuerat, non justitiæ servientibus, sed peccato, justam scilicet legem injustis hominibus dando ad demonstranda peccata eorum, non auferenda. Non enim aufert peccata, nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operatur. Sub hac ergo gratia jam Galatas constitutos, illi volebant constituere sub oneribus legis, asseverantes nihil eis prodesse evangelium, nisi circumciderentur, et cæteras carnales judaici ritus observationes subirent. Et ideo Paulum apostolum suspectum habere cœperant, a quo illis evangelium prædicatum erat, tamquam non tenentem disciplinam cæterorum apostolorum, qui gentes cogebant judaizare.

### Lectio VI.

Talis quidem quæstio est in epistola ad Romanos: verumtamen videtur aliquid interesse, quod ibi contentionem ipsam dirimit, et eumque componit, quo inter eos, qui ex Judæis, et eos, qui ex gentibus crediderant, orta erat, cum illi tamquam ex meritis operum legis sibi redditum evangelii præmium arbitrarentur, quod præmium incircumcisis tamquam immeritis nolebant dari; illi contra Judæis se præferre gestirent tamquam interfectoribus Domini. In hac vero epistola ad eos scribit, qui jam commodi erant auctoritate illorum, qui ex Judæis erant, et ad observationes legis cogebant: cœperant enim eis credere, tamquam Paulus apostolus non vera prædicaret, quod eos circumcidi noluisset. Ad eos sic cepit: Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gloriam Christi, in aliud evangelium. Hoc ergo exordio causæ quæstionem breviter insinuavit.

## Lectio VII.

Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem, qui suscitavit illum a mortuis; et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ. Qui ab hominibus mittitur, potest esse verax, quia et Deus verax potest per hominem mittere: qui ergo neque ab hominibus, neque per hominem, sed per Deum mittitur, ab illo verax est, qui etiam per homines missos veraces facit. Priores ergo apostoli veraces, qui non ab hominibus, sed a Deo per hominem missi sunt, per Jesum Christum scilicet adhuc mortalem. Verax etiam novissimus apostolus, qui per Jesum Christum jam Deum post resurrectionem eius missus est. Priores sunt cæteri apostoli per Christum adhuc ex parte hominem, id est,

mortalem: novissimus est Paulus apostolus per Christum iam totum deum, id est, omni ex parte immortalem. Sit ergo testimonii eius aequalis auctoritas, in cuius honorem impleat carificatio dei, si quid habebat ordo temporis minus.

## Lectio VIII.

Modo ergo hominibus suadeo an deo? aut quaero hominibus placere? si adhuc hominibus placerem Christi servus non essem. Nemo deo suadet, quia manifesta sunt illi omnia: sed hominibus ille bene suadet, qui non se illis placere vult, sed ipsam, quam suadet, veritatem. Qui enim placet hominibus, non ab ipsis suam gloriam quaerens, sed dei, ut salui fiant, non iam hominibus, sed deo placet: aut certe iam, cum deo placet simul et hominibus, non utique hominibus placet. aliud est enim placere hominibus, aliud deo et hominibus. Etiam qui hominibus propter veritatem placet, non iam ipse illis, sed veritas placet. Si adhuc hominibus quaererem placere, Christi servus non essem. Iubet enim ille servis suis, ut discant ab ipso mites esse et humiles corde. quod nullo modo potest, qui propter seipsum, id est, propter suam quasi privatam et propriam gloriam placere hominibus quaerit.

## In III. Nocturno.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos.

cap. 14.

Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur,

Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur.

## Lectio X.

Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim, vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio et confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas.

## Lectio XI.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu Sancto. Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur, et quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.

## Lectio XII.

Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: beatus, qui non

semetipsum in eo, quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non est ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

## Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 8.

In illo tempore: cum descendisset Jesus de monte, secuti sunt eum turbæ multæ: et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum, tetigit eum dicens: volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Ait illi Jesus: vide nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti, et offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio rogans eum et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus: ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Etenim ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites; et dico huic: vade, et vadit; et alii: veni, et venit; et servo meo: fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno cœlorum: filii autem regni eicientur in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Jesus centurioni: vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Ad Benedict. Dixit Jesus centurioni:

℣. Bened. ant. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur: ✱ Illi Jesus: ego veniam, et curabo eum. ℟. Matth. 8.

℣. Magnif. ant. Dixit Jesus centurioni: vade, et sicut credidisti, fiat tibi: ✱ Sanatus est puer in illa hora. ℟. Matth. 8.

## Feria II.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Galatas. cap. 2.

Post annos quatuordecim iterum ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito. ascendi autem secundum revelationem, et contuli cum illis evangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut currissem. ✱ Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas evangelii permaneat apud vos. ℣. Ab iis autem, qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest, Deus personam hominis non accipit: mihi enim, qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. sed e contra cum vidissent, quod creditum est mihi evangelium præputii, sicut et Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes. ✱ Et cum cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ

Societatis; ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantum ut pauperum memores esemus: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

## Lectio II.

### De expositione sancti Augustini episcopi.

Suspectum haberi volebant invidi apostolum Paulum, quod aliquando persecutor ecclesiarum fuerit; et ideo dicit: De his autem, qui videntur aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. quia et qui videntur esse aliquid, carnalibus hominibus videntur esse aliquid: nam non sunt ipsi aliquid. Et si enim boni ministri Dei sunt, Christus in illis est aliquid, non ipsi per se. Nam si ipsi per se essent aliquid, semper fuissent aliquid. quales aliquando fuerint, id est, quia et ipsi peccatores fuerunt, nihil sua dicit interesse: quia Deus personam hominis non accipit, id est, sine personarum acceptione omnes ad salutem vocavit, non reputans illis delicta eorum. Et ideo absentibus illis, qui priores facti erant apostoli, Paulus a Domino perfectus est: ut quando cum eis conluctatus nihil esset, quod perfectioni eius adderent; sed potius ut viderent eumdem Dominum Jesum Christum, qui sine personarum acceptione salvos facit, hoc dedisse Paulo ut ministraret gentibus, quod etiam Petro dederat, ut ministraret Judaeis. Non ergo invenit sunt in aliquo dissentire ab illo, ut cum ille se perfectum evangelium accepisse diceret, illi negarent, et aliquid vellent tamquam imperfecto addere. Sed e contrario pro reprehensoribus imperfectionis, approbatores perfectionis fuerunt, et dederunt dextras societatis.

## Feria III.

## Lectio I.

Cum autem venisset Cephas antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Judei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. ✠ Sed cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Judeus sis, gentiliter vivis, et non iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Judei, et non ex gentibus peccatores. 9. Scientes autem, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Quod si quærentes justificari in Christo, inventi sumus et ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est? absit. ✠ Si enim, quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci. Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini episcopi.

Nullam simulationem Paulus laphserat, qua servabat ubique, quod congruere videbat in ecclesiis gentium, sive Judæorum, ut

nus quam auferret consuetudinem, quo
servata non impediebat ad obtinendum
regnum Dei: tantum admonens, ne quis
in superfluis poneret spem salutis, etiamsi
consuetudinem in eis propter offensionem
infirmorum custodire vellet. Petrus autem,
cum venisset Antiochiam, objurgatus est
a Paulo, non quia servabat consuetudinem
Judæorum, in qua natus atque educatus
erat: quamquam apud gentes eam non
servaret: sed objurgatus est, quia gentibus
eam volebat imponere. quod audem hoc
coram omnibus, necessitas coegit, ut omnes
illius objurgatione sanarentur. Non enim
utile erat, errorem, qui palam nocuerat, in
secreto emendare. Hinc audivit, quod firmi-
tas et charitas Petri objurgationem talem
posterioris pastoris pro salute gregis liben-
tissime sustinebat. Valet autem hoc ad
magnum humilitatis exemplum, quo
maxima est disciplina Christiana; humi-
litate enim conservatur charitas: nam
nihil eam citius violat, quam superbia.

## Feria IV.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. 3.

O insensati Galatæ! quis vos fascinavit non
obedire veritati, ante quorum oculos Jesus
Christus proscriptus est, in vobis crucifixus?
Hoc solum a vobis volo discere: ex operibus
legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?
Sic stulti estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc
carne consummemini? ✕ Tanta passi estis
sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo
tribuit vobis spiritum, et operatur virtutes
in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?
Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, et

eputatum est illi ad justitiam. 9.
Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt
filii Abrahæ. Providens autem scriptura, quia
ex fide justificat gentes Deus, prænunciavit a-
brahæ: quia in te benedicentur omnes gentes.
Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli
Abraham. * Quicumque enim ex operibus
legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est
enim: maledictus omnis, qui non permanserit
in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis,
ut faciat ea. quoniam autem in lege nemo
justificatur apud Deum, manifestum est: quia
justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide,
sed qui fecerit ea, vivet in illis.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini episcopi.
Quod ait: quicumque enim ex operibus legis
sunt, sub maledicto sunt legis; sub timore vult
intelligi, non in libertate: ut scilicet corpo-
rali præsentique vindicta vindicaretur in
eos, qui non permanerent in omnibus, quæ
scripta sunt in libro legis, ut facerent ea;
huc quoque advertit, ut in ipsa corporum
pœna etiam maledicti ignominiam formi-
darent. Fide autem justificatur apud Deum,
qui eum gratis colit, non scilicet cupidi-
tate appetendi aliquid ab ipso præter ipsum,
vel timore amittendi. In ipso enim solo
vera nostra beatitudo atque perfecta est,
quoniam invisibilis est oculis carneis,
fide colitur, quamdiu in hac carne vivimus.
Sunt itaque ex fide vivit, quisquis præsentia,
non videntur, vel cupit, vel timet: quia
fides Dei ad invisibilia pertinet, quæ post
habuntur.

## Feria V.

## Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Galatas. cap. 3.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: maledictus omnis qui pendet in ligno; ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. * Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini eius. Non dicit: et seminibus, quasi in multis; sed quasi in uno: et semini tuo, qui est Christus. 9. Hoc autem dico; testamentum confirmatum a Deo, quod post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. * Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est: Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.

## Lectio II.

De expositione sancti augustini episcopi.

Superbienti populo lex posita est, ut quoniam gratiam charitatis nisi humiliatus accipere non posset, et sine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, transgressione humiliaretur: ut quæreret gratiam, nec se suis meritis salvum fieri, quod superbum est, opinaretur: ut esset non in sua potestate sed viribus iustus, sed in manu Mediatoris iustificantis impium. Per angelos autem ministrata est

mnis dispensatio veteris testamenti, agente
in eis Spiritu sancto, et ipso Verbo veritatis
nondum incarnato, sed numquam ab aliqua
veridica administratione recedente. quia
per angelos disposita est illa dispensatio legis,
cum aliquando suam, aliquando Dei personam,
sicut prophetarum etiam mos est, agerent;
perque illam legem morbos ostendentem,
non auferentem, etiam prevaricationis
crimine contrita est superbia: dispositum
est per angelos semen in manu mediatoris,
ut ipse liberaret a peccatis iam per trans-
gressionem legis coactos confiteri, opus sibi
esse gratiam et misericordiam Domini, ut
sibi peccata dimitterentur, et in nova vita
per eum, qui pro se sanguinem fudisset, re-
conciliarentur &c. Iniustis enim erant per
transgressionem legis confringenda superbia,
qui gloriantes de patre Abraham, quasi na-
turalem se iactabant habere iustitiam, et
merita sua in circumcisione ceteris genti-
bus tanto perniciosius, quando arrogantius
proferebant. Gentes autem facilime etiam
sine huiusmodi legis transgressione humi-
liarentur.

## Feria VI.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Galatas. cap. 3. 4.

Fratres autem priusquam veniret fides, sub lege
custodiebamur conclusi, in eam fidem, quae
revelanda erat. Itaque lex pedagogus noster
fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At
ubi venit fides, iam non sumus sub pedagogo.
Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo
Iesu. * Quicumque enim in Christo baptizati
estis, Christum induistis. Non est Iudaeus,
neque Graecus, non est servus, neque liber,

non est masculus neque femina: omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. 4. Dico autem: quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est usque ad præfinitum tempus a patre. Sic et nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. * Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: abba, Pater. Itaque iam non est servus, sed filius; quod si filius, et hæres per Deum. Sed tunc quidem ignorantes Deum iis, qui naturaliter non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, immo cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis et menses, et tempora et annos. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri. in h. l.

Hæres iste parvulus, qui nihil differt a servo, totum humanum genus usque ad adventum Christi, et ut amplius dicam, usque ad mundi consummationem significat. quomodo enim omnes in protoplasto Adam, nec dum nati, moriuntur, ita et omnes etiam hi, qui ante adventum Christi nati sunt, in secundo Adam vivificantur. atque ita fit, ut et nos legi servierimus in patribus, et illi gratia salventur in filiis. Iste intellectus ecclesiæ catholicæ convenit, quo et veteris et novi testamenti unam aperit

providentiam: nec distinguit in tempore,
quod conditione sociavit. Omnes edificati
sumus super fundamentum apostolorum
& prophetarum, continente nos angulari
lapide Jesu Christo Domino nostro, qui fecit
utraque unum, et medium parietem dissi-
pans, inimicitiam utriusque populi in
sua carne destruxit, et antiquo legis difficul-
tatem evangelicorum dogmatum integri-
tate mutavit. Et quomodo nos super
prophetas fundati sumus: ita & patriarchæ
in apostolorum fundamine constituerunt.
Tutores autem & actores possunt prophetæ
accipi, quorum verbis quotidie in adventum
Salvatoris erudiebamur; sicut pedagoga
Moysi lex supra diserta est.

## Sabbato.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
galatas. cap. II.

Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres
obsecro vos: nihil me læsistis. Scitis autem,
quia per infirmitatem carnis evangelizavi
vobis jam pridem: et tentationem vestram
in carne mea. non sprevistis, neque respui-
stis: sed sicut angelum Dei excepistis me,
sicut Christum Jesum. * Ubi est ergo beati-
tudo vestra? testimonium enim perhibeo
vobis, quia si fieri potest, oculos vestros
eruissetis, et dedissetis mihi. Ergo inimicus
vobis factus sum, verum dicens vobis? Æmu-
lantur vos non bene: sed excludere vos vo-
lunt, ut illos æmulemini. Bonum autem
æmulamini in bono semper, et non tan-
tum cum præsens sum apud vos. ℣.

filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modo, et mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quae sunt per allegoriam dicta. * Haec enim sunt duo testamenta, unum quidem in monte Sina, in servitutem generans, quae est Agar: Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei, quae nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis. Illa autem, quae sursum est Jerusalem, libera est, quae est mater nostra. Scriptum est enim: lætare sterilis, quae non paris: erumpe et clama, quae non parturis: quia multi filii deserto magis, quam ejus, quae habet virum.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

l. 2.

Beatus est, qui ambulat in virtutum via: sed si ad virtutes usque pervenerit. nec prodest a vitiis recessisse, nisi optima comprehendas. quia non tam initia sunt in bonis studiis laudanda, quam finis. Quum ergo singuli gradus juxta profectus suos habeant beatitudinem, si finis, et, ut dicta loquar, extrema manus operi defuerit, totus labor irritus fiet, et dicetur: ubi est ergo beatitudo vestra? quam eis, inquit, vos eo tempore, quo evangelium juxta carnem ejus egeratis, beatos dicerem, quod in initiis fervebatis: tamen nunc, quia

non video ædificio culmen impositum, et
bene nequaquam iacta fundamina, cogor
dicere: ubi est ergo beatitudo vestra, qua vos
beatos arbitrans ante laudabam. Vere enim
dixisse fateor, quia sic me vobis humilia pre-
dicantem in principio dilexistis, ut, si fieri
potuit, erui pectis vobis oculos, et mihi, ut om-
nium vestrum luminibus plus cernerem,
dedisse tis. Nunc vero, quia ab elementis et
syllabis et lectione puerili cepi vos ad maiora
studia provocare, ut libros teneatis in ma-
nibus, ut plena eruditionis et sensuum verba
discatis, recalcitratis, irasci mini, gravis
vobis videtur esse perfectio doctrinarum:
et in tantum in alios mutati estis, ut me,
quem quasi angelum et Christum fuscepera-
tis, cui volebatis oculos vestros tradere, nunc
habeatis inimicum, quia vobis plenam
annuntio veritatem.

Si sequens Dominica ob supervenientem Sep-
tuagesimam impediatur, nec 27. Dominico
post Pentecosten locum habeant, festo
hoc sabbato occurrente de ea fit commemo-
ratio ad matutinas cum antiphona et
oratione ex sequente Dominica, ut et iam
ad Missam, cum eius Evangelio inclusive.

## Ad Vesperas.

### Duplex.

Ad Magnif. ant. Alter alterius onera por-
tate: et sic adimplebitis legem Christi. Gal. 6.

### Oratio sac. Greg.

Deus, qui nos in tantis periculis constitu-
tos, pro humana sis fragilitate non posse
subsistere: da nobis salutem mentis et cor-
poris, ut ea, quæ pro peccatis nostris pati-
mur, te adjuvante vincamus. Per Do-
minum.

## Dominica IV. post Epiphaniam.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia dicuntur de psalterio.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Galatas. cap. 4.

Nos fratres secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio libero. Itaque fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, qua libertate Christus nos liberavit.

℟. Voluntatem timentium se faciet Dominus, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos faciet eos: * custodit Dominus omnes diligentes se. ℣. Scimus, quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum. * custodit.

Ps. 144. 1. Joan. 5.

### Lectio II. cap. 5.

State, et nolite iterum iugo servitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universae legis faciendae. Evacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae exspectamus. Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium: sed fides, quae per charitatem operatur.

℟. Domine in cœlo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes: * justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa. ℣. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia eius. * justitia. Ps. 35. Rom. 11.

## Lectio III.

Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire? Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille. Ego autem fratres si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis.

℟. Exaltabo te Deus meus rex, et benedicam nomini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi. * per singulos dies benedicam tibi. ℣. Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam sive per mortem. * per singulos. Ps. 144. Philip. 1.

## Lectio IV.

Utinam abscindantur, qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus servite invicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quod si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini. ℣. Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum. ℣. Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono. * custodit. ℣. Gloria. * custodit. Ps. 96. Rom. 12.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

De expositione sancti Augustini Episcopi in epistolam ad Galatas.

Omnis lex in uno sermone impleta est, in eo quod diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Omnem ergo legem nunc dicit ex his operibus, quæ ad bonos mores pertinent. quia et illa, quæ sunt in sacramentis, cum bene a liberis intelliguntur, nec carnaliter observantur a servis, ad illa duo præcepta referantur necesse est, dilectionis Dei & proximi. Ea propter istos iactantes se de operibus legis ita refellit apostolus, dum ostendit opera vetusta sacramentorum umbras futurorum fuisse, quasi jam adventu Domino libero heredi necessarias non esse monstravit: opera vero ad bonos mores pertinentia non impleri nisi dilectione, per quam fides operatur. unde si opera legis quodam post fidem superflua, quodam ante fidem nulla sunt; vivat justus ex fide, ut et onus grave servitutis abiiciat, legi sarcina Christi vegetatus; et justitiæ metas non transgrediatur, leni jugo caritatis obtemperans.

℟. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum Domine: * quoniam tu benedices justo. ℣. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. * quoniam. ℣. Rom. 8.

### Lectio VI.

Quæri autem potest, cur apostolus et hic solam commemoravit proximi dilectionem, qua legem dixit impleri; et ad Romanos

cum in eadem quæstione versaretur? Cum enim non nisi in duobus præceptis dilectionis Dei & proximi perfecta sit charitas, cur apostolus in hac & in illa epistola solum proximi dilectionem commemorat, nisi quia de dilectione Dei possunt mentiri homines, quia rariores tentationes eam probant: in dilectione autem proximi facilius convincuntur eam non habere, dum inique cum hominibus agunt? Consequens est autem, ut qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente Deum diligit, diligat & proximum tamquam seipsum, quia hoc jubet ille, quem ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente diligit.

℟. Hoc mandatum habemus a Deo, * ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. ℣. Testamentum æternum constituit, & mandavit unicuique de proximo suo. * ut. 1. Jo. 4. Luc. 17.

## Lectio VII.

Item diligere proximum, id est, omnem hominem tamquam seipsum, quis potest, nisi Deum diligat, cujus præcepto & dono dilectionem proximi possit implere? Cum ergo utrumque præceptum ita sit, ut neutrum sine altero possit teneri, etiam unum horum commemorare plerumque sufficit, cum agitur de operibus justitiæ: sed opportunius illud, de quo quisque facilius convincitur. Mentiebantur enim quidam dilectionem se Dei habere, & de odio fratem eam non habere convincebantur: de quo judicare in quotidiana vita & moribus facile est.

℣. Qui claudit viscera sua a fratre suo, quomodo charitas Dei manet in eo? * non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. ℣. Estote imitatores Dei, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. * non. 1. Jo. 3. Eph. 5.

## Lectio VIII.

Si autem mordetis, inquit, & comeditis invicem, videte, ne ab invicem consumamini: hoc enim maxime vitio contentionis & invidentiæ, pernicioſæ diſputationes inter eos nutriebantur, male de invicem loquendo, & gaudendo quisque gloriam ſuam vanamque victoriam: quibus ſtudiis conſumitur ſocietas populi, dum in partes diſcinditur. quomodo autem iſta vitare poſſunt, niſi ſpiritu ambulent, & concupiſcentiam carnis non perficiant? Primum enim & magnum munus eſt Spiritus, humilitas & manſuetudo.

℟. Cum omni humilitate & manſuetudine * Supportate invicem in charitate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. ℣. Probata coram deo & hominibus concordia fratrum, & amor proximorum. * Supportate. ℣. Gloria. * Supportate. Eph. 4. Coll. 25.

## In III. Nocturno.

### Lectio IX.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Romanos. cap. 15.

Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, et non nobis placere. Unusquisque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt: improperia improperantium tibi cecidernt ſuper me. Quæcumque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

℟. Laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius: * quam magna miſericordia Domini, & propitiatio illius convertentibus ad ſe! ℣. Omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire * quam. Coll. 14. 1. Tim. 2.

## Lectio X.

Deus autem patientiæ & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: ut unanimes, uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite invicem sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo.

℣. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: ℟. quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam pulvis sumus. ℣. Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. ℟. quoniam. Ps. 102. Tob. 3.

## Lectio XI.

Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe ejus; et iterum: Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Rursus Isaias ait: erit radix Jesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & virtute Spiritus sancti. Certus sum autem frates mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.

℣. Recordatus est Dominus misericordiæ suæ & veritatis suæ domui Israel: ℟. viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri. ℣. Deus erat

in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. * viderunt. Ps. 97. 2. Cor. 5.

## Lectio XII.

Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sanctificans evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, et sanctificata in Spiritu Sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti: ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim evangelium Christi.

℟. Seraphim clamabant alter ad alterum, * Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: † plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus, et hi tres unum sunt. * Sanctus. ℣. Gloria. † plena est. Isa. 6. 1. Joa. 5.

Feria IV. et Sabbato in festis 12. lect.

℟. 4. Non est sanctus, ut est Dominus, neque enim est alius extra te, * et † non est fortis sicut Deus noster. ℣. Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam, et honorem et virtutem: quia tu creasti omnia. † non est. ℣. Gloria. † non. 1. Reg. 2. apoc. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 8.

In illo tempore: Ascendente Jesu in navicula

eacti sunt eum discipuli eius: et ecce motus
magnus factus est in mari, ita ut navicula
periretur fluctibus: ipse vero dormiebat.
Et accesserunt ad eum discipuli eius, et suscita-
verunt eum dicentes: Domine, salva nos,
perimus. Et dicit eis Jesus: quid timidi estis
modicae fidei? Tunc surgens imperavit ventis
et mari: et facta est tranquillitas magna.
Porro homines mirati sunt, dicentes: qualis
est hic, quia venti et mare obediunt ei?

Ad Bened. Ant. Suscitaverunt Jesum discipuli
dicentes: * Domine salva nos, perimus.
Matth. 8.

Ad Magnif. ant. Surgens Jesus imperavit
ventis et mari: * et facta est tranquillitas
magna. Matth. 8.

## Feria II.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. 5. 6.

Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria
carnis non perficietis. Caro enim concupiscit
adversus spiritum, spiritus autem adversus
carnem. Haec enim sibi adversantur, ut non
quaecumque vultis, illa faciatis. Quod si spi-
ritu ducimini, non estis sub lege. * Manifesta
sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio,
immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum
servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones,
aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae,
invidiae, homicidia, ebrietates, comessationes,
his similia: quae praedico vobis, sicut prae-
dixi, quoniam qui talia agunt, regnum
Dei non consequentur. ℣. Fructus autem
spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia,

benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. adversus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. * Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini episcopi.

Nunquam alienis peccatis obiurgandi suscipiendum est negotium, nisi cum interni interrogationibus examinantes nostram conscientiam liquido nobis coram Deo responderimus, dilectione nos facere. quod si convicium, vel minus, et iam persecutiones eius, quem arguueris, lacerauerint animum, si adhuc ille per te sanari posse videbitur, nihil respondeas, donec saneris prior: ne forte carnalibus motibus tuis ad nocendum consentias, et exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato, ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quid quidenim lacerato animo dixeris, furientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige, et dic quod voles. quod si forte, ut plerumque audit, dilectione quidem talem suscipis actionem, et ad eam corde dilectionis accedis; sed inter agendum subrepserit aliquid, dum tibi resistitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo, et ipsi homini faciat infestum.

ostea te lacrymis lavantem huius modi
ulcerem, multo salubrius meminisse opor-
bit, quam non debeamus super aliorum su-
erbiae peccata, quando in ipsa eorum obiurga-
ione peccamus, cum facilius nos ira peccantis
atos, quam miseria misericordes faciat.

## Feria III.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Galatas. cap. 6.

Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit,
ipse se seducit. Opus autem suum probet unus-
quisque, et sic in semetipso tantum gloriam
habebit, et non in altero. unusquisque enim
onus suum portabit. Communicet autem is,
ui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat, in
nnibus bonis. ✠ Nolite errare: Deus non
rridetur. Quae enim seminaverit homo, haec
et metet. Quoniam qui seminat in carne sua,
e carne et metet corruptionem: qui autem
eminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam
ternam. Bonum autem facientes non deficia-
us: tempore enim suo metemus, non deficientes.
rgo dum tempus habemus, operemur bonum
omnes, maxime autem ad domesticos fidei. 9.
idete, qualibus litteris scripsi vobis mea
anu. Quicumque enim volunt placere in
arne, hi cogunt vos circumcidi, tantum
t crucis Christi persecutionem non patiantur.
eque enim, qui circumcidi cidunt,
egem custodiunt: sed volunt vos circumcidi,
t in carne vestra glorientur. Mihi autem
bsit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu
hristi, per quem mihi mundus crucifixus est,
t ego mundo. ✠ In Christo enim Jesu neque

circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei. De caetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. amen.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

Si aliquis videtur esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Non enim eum seducunt laudatores eius sed ipse potius: quia cum sibi sit ipse propentior quam illi, mavult se in illis quaerere, quam in se ipso. Sed quid dicit apostolus? Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in se ipso tantum gloriam habebit, et non in altero, id est, intus in conscientia sua: et non in altero, id est, quamcumque alter laudat. Unusquisque enim, inquit, proprium onus portabit. Non ergo laudatores nostri minuunt onera conscientiae nostrae: atque utinam non etiam accumulent, cum plerumque, ne illis offensis laus nostra minuatur, aut obiurgatione eos curare negligimus, aut constanter eis aliquid nostrum odisse damnus potius, quam constanter ostendimus. Omitto ea, quae fingunt et mentiuntur de se homines propter hominum laudes. Quid enim ista caecitate tenebrosius, ad obtinendam manifestissimam gloriam errorem hominis amare, et Deum testem in corde contemnere? Quasi vero ullo modo comparandus sit error illius, qui te bonum putat, erroris tui, qui homini de falso bono placere studes, de vero malo displicere Deo.

## Feria IV.

### Lectio 1.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Ephesios. cap. 1.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut esse mus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. ✠ Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. ℣. Secundum divitias gratiae eius, quae superabundavit in nobis, in omni sapientia et prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quae in coelis sunt, et quae in terra sunt in ipso. ✠ In quo etiam et nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae: ut simus in laudem gloriae eius nos, qui ante speravimus in Christo. In quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestrae, in quo et credentes

Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostro, in redemptionem adquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

## Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii episcopi. epist. 76. ad Irenæum.

Proposcisti, ut summam epistolæ, quo ad Ephesios scripta est, mandaremus tibi, quo obscurior videtur, nisi eius distinctiones colligas, quibus persuadendum putavit apostolus, de Dei regno nobis non desperandum. Proposuit itaque primum, quod bonis maximum solet esse ad studia virtutis incitamentum, præmiorum spem, et promissorum cœlestium hereditatem, quæ in passione Christi et resurrectione adpropinquaverint. Deinde subiecit non solum in paradisum reditum nobis reformatum esse per Christum; sed etiam cœlestis solii honorem per consortium Christi corporis carni huic esse impertitum: unde ascendendi possibilitate iam non dubitles, qui consortia tua in carne Christi regno cœlesti adhærere cognoscas, per sanguinem eius reconciliationem factam omnium, quæ vel in terra vel in cœlo sunt: qui ideo descendit, ut impleret omnia, per eius apostolos, Prophetas, Sacerdotes, consummationem universorum, et congregationem gentium: finem autem spei nostræ charitatem ipsius, ut augeamur in ipso per omnia: quia ipse est caput universorum, ad quem omnes secundum mensuram operationis in unum corpus ædificationem charitatis assurgimus.

Si hodie occurrat dies 2. Februarii,

Lectio I. jungitur cum illa diei quarto, omissa hinc precedente expositione: quod item observandum, si hodie sit tertia Februarii.

## Feria V.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. j. 2.

Propterea ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, et dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis, quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in sanctis. * Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in cælestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. ℣. Et omnia subjecit sub pedibus ejus: et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur. Et vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ: in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in

desideriis carnis nostro, facientes voluntatem carnis et cogitationum, eramus natura filii iro, sicut et ceteri. ✠ Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, cuius gratia estis salvati, et conresuscitavit et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu: ut ostenderet in seculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

## Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii Episcopi.

l. c.

Nulla epistola tantum benedictionis inrepsit in plebe Dei, quantum ista, in qua non solum benedictos nos a Deo, sed in omni benedictione benedictos, et spiritali et in cœlestibus significavit divino locuples gratio testis, et prædestinatos nos in adoptionem filiorum: tum preterea in plenitudine temporum, cum pacificaretur omnia in Christo sorte nos in ipso constitutos, ut qui lex fuit, impleremur in nobis, et qui gratia. Itaque sicut illis sortibus adepti sunt captarum ex hoste terrarum possessio: ita nobis cecidit sors gratiæ, ut simus possessio dei, et ille nobis portio, in qua sunt divitiæ gloriæ et hereditatis eius. Quis enim dives nisi solus Deus, qui omnia creavit? sed multo magis dives misericordia, qui omnes redemit, et nos secundum carnis naturam ire filios et commotioni obnoxios mutavit quasi auctor naturæ, ut simus filii pacis et charitatis. Quis enim naturam mutare potest, nisi qui creavit naturam?

# Feria VI.

## Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 2.

Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est: non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne manufacta. * Quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis ejus non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. 9. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. * Ergo jam non estis hospites et advenæ, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: in quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu.

## Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii Episcopi.

l. c.

eſtaque ſuscitavit (Deus) mortuos, & vivificatos in Chriſto ſedere fecit in cœleſtibus in ipſo Domino Jeſu. Quid enim aliud deſcendens operatus eſt Dominus Jeſus, niſi ut de captivitate nos in libertatem vindicaret, & illam captivitatem vinctam perfidiæ vinculis ſibi captivam faceret, alligatam ſapientiæ compedibus? Ideoque primum repletos Spiritu ſancto poſuit in eccleſia apoſtolos, Prophetas alios, alios Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ut eorum adhortationibus conſummaretur profectus credentium, & miniſterii fidelis opus craſceret. ædificatur unus quiſque ædificatione virtutum in menſuram ætatis interioris, quæ menſura perfectior vitæ immaculatæ, id eſt perfecti viri, accipiens de plenitudine Chriſti, recepit gratiæ plenitudinem.

## Sabbatho.

### Lectio I.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Epheſios. cap. 3.

Hujus rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Jeſu pro vobis gentibus, ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis: quoniam ſecundum revelationem notum mihi factum eſt ſacramentum, ſicut ſupra ſcripſi in brevi: prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti. * quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc revelatum eſt ſanctis apoſtolis ejus, & Prophetis in ſpiritu, eſſe gentes cohæredes & concorporales, & comparticipes promiſſionis ejus in Chriſto Jeſu per Evangelium: cujus factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ Dei, quæ data eſt mihi ſecundum operationem virtutis ejus. ℣. Mihi omnium ſanctorum minimo

ha est gratia hoc, in gentibus evangelizare
vestigabiles divitias christi, & illuminare
mnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi
a seculis in deo, qui omnia creavit. * Ut
innotescat principatibus & potestatibus in
aelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia
ei, secundum prothesim seculorum, quam
ecit in Christo Jesu Domino nostro. In quo
habemus fiduciam & accessum in confidentia
per fidem eius. Propter quod peto, ne deficiatis
in tribulationibus meis pro vobis: quae est
gloria vestra.

## Lectio II.

De expositione sancti Ambrosii Episcopi.

L. c.

Quis vir perfectus est, nisi ille, qui absolutus
infantia pueritiae ingenii, atque adolescentiae
incerto & lubrico, et immoderato juventutis
alore, in viri perfecti firmitatem pervenerit, ut
non facile devii disputationis alloquio flectatur;
atqui veritatem non solum in sermone, sed
etiam in operibus sequatur suis; et odifi-
ationem charitatis inde suscipiat, ut in
nitate fidei & agnitionis occurrat, et quasi
membrum non desit capiti suo, id est, Christo,
ui est caput omnium. Cuius rei gratia,
t maturius in nobis edificatio huiusmodi
rocederet, hortatur nos apostolus aperire
culos cordis, elevare ad superiora, agnitionem
ei impense quaerere, veritatem discutere,
bscondere in corde mandata dei, deponere
roris desideria, dedecoris occulta: renovari
er gratiam Sacramentorum, temperare
acundiam, commotionem ante ~~dei~~ occasum
is relaxare; cavere, ne superiora tua occupet
dversarius, furem excludere, mendacem
ertere, exurgere a mortuis, sobrietatem
umere, uxorem viro ut ecclesiam Christo

debere esse subiectam, virum pro uxore animam suam offerre, sicut Apro ecclesia tradidit Christus. postremo quasi bonum bellatorem sumere arma dei ac ~~protectu~~ protendere semper, non solum adversus carnem et sanguinem, sed etiam adversum spiritales nequitias, ne a suis emolliri, ab extraneis capi possit.

Si sequens Dominica ob supervenientem Septuagesimam impediatur, nec postea ecclesia 26. Dominico locum habeant, in festo hoc Sabbato occurrente fit eius commemoratio per antiphonam et orationem de ea, ut infra. Missa vero, si officium sit de die infra octavam, dicitur de Dominica, cum commemoratione octavae: alias de festo, cum commemoratione Dominicae, et eius Evangelio in fine.

## Ad Vesperas.

### Duplex.

Ad Magnif. ant. Veritatem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, * qui est caput Christus. Ephes. 4.

### Oratio Sac. gelas.

Familiam tuam, quaesumus Domine, continua pietate custodi: ut quae in sola spe gratiae coelestis innititur: tua semper protectione muniatur. Per Dominum.

## Dominica V. post Epiphaniam.

### Duplex maius. 12. lect.

Omnia dicuntur, ut in psalterio.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 3.

Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem

mini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in coelis et in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum: scire etiam supereminentem charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

℟. ex Dominica procedente.

## Lectio II. cap. 3. 4.

Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem, quae operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, et in Christo Jesu in omnes generationes saeculi saeculorum. Amen. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

## Lectio III.

Unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus ~~vobis~~ nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia.

## Lectio IV.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
hom. ij. in epist. ad Ephes.

Charitatem quærit a nobis Paulus, non quamlibet, sed quæ nos conglutinet, et efficiat, ut alter in alterum ita nos habeamus, ut divelli non possimus, et quotiescumque etiam exactam probeat conjunctionem, quæ ipsa est membrorum cum membris. Hoc enim est, quo magna operatur bona. Propterea dicit unum corpus, et consortes, et quod aliorum bonis non inhiemus, et quod simul lætemur. Et cum omnia simul per hoc ostenderet, pulcre dicit: et unus spiritus, ostendens, quod a uno corpore erit unus spiritus, ut ad concordiam veniatur; nempe qui unum accepistis spiritum, et ex uno fonte potati estis, non debetis dissentire.

### Lectio VI.

Sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Hoc est: Deus vos ad eadem vocavit, nihil uni plus tribuit, quam alteri: omnibus ~~æternitatem~~ immortalitatem, omnibus vitam æternam, omnibus gloriam,

rmortalem, omnibus fraternitatem, om-
ibus donavit hereditatem. Factus est com-
mune omnium caput, omnes simul sus-
itavit et consedere fecit. qui ergo in spiri-
nalibus habetis tantam honoris aequalita-
tem, unde nam extollimini et superbitis?
Quid ergo, unde nam sunt diversa charismata?
Secundum mensuram doni Christi. quo
principem locum magis habent inter omnia,
ea sunt omnia communia, baptisma, sal-
vum esse per fidem, Deum habere patrem,
eiusdem spiritus omnes esse participes.

## Lectio VII.

Si hii autem alius plus habet in charismate,
ne doleas, quoniam illi plus est laboris: et
ab eo, qui quinque acceperat talenta, exige-
bantur quinque, is autem, qui duo accepit,
duo tantum attulit, nec minus quam ille
habuit. Propterea hic ex eadem causa conso-
latur auditorem. Ad consummationem
sanctorum, inquit, in opus ministerii,
in aedificationem corporis Christi. Cur autem
hic quidem plus, ille vero minus accepit? Hoc
nihil, inquit, facit, sed res est indifferens.
Unus quisque enim confert ad aedificationem,
sed per hoc ostendit, quod non ex suis meritis
hic quidem plus, ille vero minus accepit:
sed propter alios, ut ipse (Deus) mensus est.
Nam alibi quoque dicit: posuit autem mem-
bra, unumquodque eorum sicut ipse voluit.

## Lectio VIII.

Haec autem omnia ab apostolo dicta sunt
exhortandis ad humilitatem. Quid enim,
inquit, si hic aut ille plus accipit? eundem
accepit spiritum, qui ex eodem capite emit-
titur, qui similiter operatur, qui similiter
congit, qui compingitur et conjungitur,
qui est, cuius magna cura geritur. Ut apo-
stolus est vas omnium corporis opportunis-

simum, ab ipso omnia auspiens: quamobrem tamquam per venas et arterias, per Verbum, inquam, facit adomnes currere vitam eternam. Propheta predixit futura, et ipse eadem adstruit: et ille quidem ossa componit, ipse eis vitam suppeditat ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerii. Charitas edificat, et efficit, ut inter se conglutinentur, compingantur et coniungantur. Si volumus ergo frui spiritu, qui procedit a capite, alter alteri adhereamus.

## In III. Nocturno.

### Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 15.

Sic prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est: quibus non est annunciatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent. Propter quod et impediebar plurimum venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cepero, spero, quod præteriens videam vos, et a vobis deduci illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero.

### Lectio X.

Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis: probaverunt enim Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Jerusalem. Placuit enim eis, et debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur

am consummavero, et assignavero eis fructum hunc, per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem, quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam.

## Lectio XI.

Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Judea, et obsequii mei oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis: ut veniam ad vos in gaudio, per voluntatem Dei, et refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. amen.

## Lectio XII. cap. 16.

Commendo autem vobis Phoeben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est in Cenchris, ut eam suscipiatis in Domino digne Sanctis, et assistatis ei, in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis et mihi. Salutate Priscam et Aquilam adjutores meos in Christo Jesu, qui pro anima mea suas cervices supposuerunt, quibus non solus ego gratias ago, sed et cuncta ecclesiæ gentium: et domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis. Salutate Andronicum et Juniam, cognatos et concaptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen

in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem servi patris familias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: vis, imus, & colligimus ea? Et ait: non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum.

Ad Bened. ant. Bonum semen sunt filii regni, zizania filii nequam; inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus: * messis consummatio seculi; messores autem angeli sunt. Matth. 13.

Ad Magnif. ant. Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem: * & mittent eos in caminum ignis. Matth. 13.

## Feria II.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 4.

Veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram unius cuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. *

ve igitur dico et testificor in Domino, ut iam
non ambuletis, sicut et gentes ambulant in
vanitate sensus sui, tenebris obscuratum
habentes intellectum, alienati a vita Dei
per ignorantiam, quae est in illis propter caeca-
tem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos
tradiderunt impudicitiae, in operationem
immunditiae omnis, in avaritiam. 9. Vos
autem non ita didicistis Christum, si tamen
illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est
veritas in Jesu: deponere vos secundum pristi-
nam conversationem veterem hominem, qui
corrumpitur secundum desideria erroris. Re-
novamini autem spiritu mentis vestrae, et
induite novum hominem, qui secundum
Deum creatus est, in justitia et sanctitate
veritatis. * Propter quod deponentes men-
dacium, loquimini veritatem unusquisque
cum proximo suo, quoniam sumus invicem
membra. Irascimini, et nolite peccare; sol
non occidat super iracundiam vestram.
Nolite locum dare diabolo.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

c. 2. in h. ep.

Nec in sensu renovamur absque spiritu, nec in
spiritu absque sensu, sed renovamur coniunctae
spiritu sensus nostri: ut quomodo psallimus
spiritu psallimus et sensu, oramus spiritu
oramus et sensu; sic in spiritu sensus nostri re-
novemur, ut cum sensus mundus fuerit
atque purgatus, et ab omni macula sordido-
rum erectionis alienus, tunc ei jungatur et spiritus:
ita quondam inter se unitas glutino copulen-
tur, nec nequaquam simplex spiritus, sed
spiritus sensus esse dicatur. Cum autem renovati
fuerimus in spiritu, tunc monemur novum
hominem, qui secundum Deum creatus est.

Quodquidem aliis verbis idipsum puto esse, quod in alio loco dicitur: induite vos Christum Jesum. Ipse quippe est novus homo, quo universi credentes debemus indui atque vestiri. Qui igitur conversationem illius imitari potest, et universas in se exprimere virtutes: ut sit mansuetus, sicut ille mansuetus et humilis corde; et ponat animam suam pro amicis, ut ille posuit pro ovibus suis; verberatus non reverberet, maledictus non remaledicat, sed vincat in humilitate superbiam; iste indutus est novum hominem, et dicere cum apostolo potest: vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus.

## Feria III.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 4. 5.

Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. * Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis. ℣. Estote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos; aut turpitudo, aut stultiloquium, aut aut-

curritas, que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. * Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri. C. c.

Bonus sermo est ad ædificationem opportuni- tatis, dans gratiam audientibus, qui docet virtutes sequendas, vitia fugienda. Malus, qui ad peccata provocat, et pronos magis in- citat ad ruinam. Quotiescunque ex sermone nostro aliquis proficit, et iusta opportuni- tatem loci, temporis et personæ ædificat audientes, bonus de ore nostro sermo procedit. Quoties vero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut conveniat audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro, ad destructionem eorum, qui audiunt. Consideremus itaque, quid loqua- mur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicii: si bene si- non laudamus, non tamen ædificemus, mali verbi nobis luenda est pœna.

## Feria IV.

## Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 5.

Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate: probantes, quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite: quæ enim in occulto

sunt ab ipsis, turpe est et dicere. * Omnia autem, quo arguuntur, a lumine manifestantur, omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. 9. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. * Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobis met ipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri; subjecti invicem in timore Christi.

## Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.

l. 3. in h. l.

Quia tempus malum est et redimendum, appetenda ante sapientia est, ut per illam intelligere valeamus, quæ sit voluntas Dei. Nonenim possumus caute ambulare, nisi prius intellecta voluntate Dei. In omni ergo opere primum considerandum, quid velit Deus: et habito iudicio id postea faciendum, quod illi placere fuerit comprobatum. Loquentes vobis met ipsis in psalmis et hymnis. Quid interest inter psalmum et hymnum et canticum, in psalterio plenissime discimus. Nunc autem breviter hymnos esse dicendum, qui fortitudinem et maiestatem prædicant Dei, et laudem semper vel beneficia vel facta mirantur. Psalmi autem proprie ad tertium locum pertinent, ut per organum corporis, quid faciendum et quid vitandum sit noverimus. Et canere

gitur, et psallere, et laudare Dominum magis
nimo, quam vore debemus. Hoc est quippe,
uod dicitur: cantantes et psallentes in cordi-
us vestris Domino. Audiant hoc adolescentuli,
udiant hi, quibus psallendi in ecclesia officium
st, Nec non vore, sed corde cantandum: nec in
agadorum modum guttur et fauces dulci
nedicamine colliniendus, ut in ecclesia theа-
rales moduli audiantur et cantica, sed in
more, in opere, in scientia scripturarum.
Una mois sit aliquis, ut solent illi appellare,
alus cantor, si bona opera habuerit, dulcis
pud Deum cantor est. Sic cantet servus Christi,
t non vox canentis, sed verba placeant. quo
equuntur: ut spiritus malus, qui eratin saule,
ugiatur ab his, qui similiter ab eo possidentur,
t non introducatur in eos, qui de Dei domo
enam fecere populorum.

## Feria V.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 5. 6.

Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino:
quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus
aput est ecclesiæ: ipse salvator corporis ejus.
ed sicut ecclesia subjecta est Christo, ita et mu-
ieres viris suis in omnibus. Viri diligite
xores vestras, sicut et Christus dilexit eccle-
iam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam
anctificaret, mundans lavacro aquæ in
erbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam
clesiam, non habentem maculam aut rugam,
t aliquid hujus modi, sed ut sit sancta et
mmaculata. ita et viri debent diligere
xores suas ut corpora sua. ✠ Qui suam
xorem diligit, seipsum diligit. et nemo enim
unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit
t fovet eam, sicut et Christus ecclesiam: quia

membra sumus corporis eius, de carne ejus et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.

9. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Verumtamen et vos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum. Filii obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est. Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: ut bene sit tibi, et sis longaevus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini. * Servi obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex [illegible] animo, cum bona voluntate servientes sicut Domino et non hominibus. Scientes, quoniam unusquisque, quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus sive liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes, quia et illorum [illegible] et vester Dominus est in coelis, et personarum acceptio non est apud eum.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 2j. in h. ep.

Quemadmodum quispiam corpus fingens, primum quidem ponit caput, deinde collum, deinde pedes: ita etiam beatus Paulus procedit in sua oratione. Dixit de viro, dixit de muliere, qui est secundus principatus. Deinde pergit ad tertium; is autem est filiorum.

um ergo filiis suas ipse, quæ oportebat, tra-
s ad parentes, et dicit: educate illos in disci-
lina et correptione domini. Vis filium ese
bedientem? ab initio cum aduca ni disciplí-
a et admonitione domini. Ne existimes
se supervacaneum, quod ipse divinas litteras
udiat; nam illi hoc primum audient: honora
atrem et matrem. Itaque propter te hoc fit.
uomodo non est absurdum filium sudarles
uidem mittere, et ad ludum litterarium, et
ro eo omnia facere; in disciplina autem et
ei admonitione pueros non educare? Propte-
ea nos primi fructus percipimus, audaces,
ntemperantes, inmorigeros, sordidos, et illi-
erales alentes filios. Ne ergo hoc faciamus,
d hunc beato pareamus suadenti. Educemus
os ni disciplina et admonitione domini.
emus eis exemplum, ab ineunte etate
rantes eos incumbere lectioni scripturarum.

## Feria VI.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. 6.

De cetera, fratres, confortamini in Domino,
ni potentia virtutis eius. Induite vos arma-
uram Dei, ut possitis stare adversus insidias
diboli. quoniam non est nobis colluctatio
dversus carnem et sanguinem, sed adversus prin-
ipes et potestates, adversus mundi rectores
ebrarum harum, contra spiritualia
equitie ni celestibus. * Propterea assu-
ite armaturam Dei, ut possitis resistere
i die malo, et in omnibus perfecti stare.
tate ergo succincti lumbos vestros in veritate,
induti loricam justitie, et calceati pedes in
eparatione evangelii pacis: ni omnibus
mentes scutum fidei, in quo possitis omnia

tela nequissimi ignea extinguere. 9. Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis, et pro me, ut detur mihi sermo in aperitione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium evangelii: pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet me loqui. * Ut autem et vos sciatis, quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, et fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra. Pax fratribus, et charitas cum fide, a Deo Patre et Domino Jesu Christo. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi. hom. 24. in 1. ep.

Scutum est fides, quod primum excipit insultus inimicorum, et arma servat illæsa. Si ergo fides sit recta, et vita recta, arma illæsa manent. Multis autem alibi de fide disserit, maxime Scribens ad Hebræos, et de spe. Credite, inquit, bonis futuris, et nihil horum fallet vos. Quam in adversis et in laboribus spem obtinens et fidem, illa servabis illæsa. Fides est scutum tegens eos, qui sine curiosa perquisitione credunt; si autem sint sophismata et rationes, et reprehensiones, non est scutum, sed nos impedit. Talis sit fides, ut universum contegat et obumbret. Ne sit ergo brevis, aut nudos finat pedes, aut aliquid aliud, sed sit scutum instar habens symmetriam.

unt multe disceptationes animam urentes,
multe dubitationes, multeque questiones inex-
plicabiles. Sed revera fides facit, ut omnia
absint. Si scutum fidei habeas, extingues
diaboli tela infide. Irrepsitne absurda cupiditas,
incensus est intus ignis malarum cogitatio-
num? oppone eis fidem futurorum bonorum,
et ne apparebit quidem sed peribit. Sive ergo
bellum gerant cogitationes, eam opponamus,
sive libidines et cupiditates, ea utamur si nos
labores et erumne, ni ea conquiescamus: ea
merito est, que conservat arma omnia si eam
non habeamus, illa ubi to perforabuntur et
ledentur.

## Sabbatho.

### Lectio 1.

Incipit epistola beati Pauli apostoli
ad Philippenses. cap. 1.

Paulus et Timotheus servi Jesu Christi, omnibus
sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum
episcopis et diaconibus: gratia vobis et pax
a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.
Gratias ago Deo meo in omni memoria
vestri semper in cunctis orationibus meis
pro omnibus vobis, cum gaudio deprecatio-
nem faciens, super communicatione vestra
in Evangelio Christi a prima die usque nunc.
Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in
vobis opus bonum, perficiet usque in diem
Christi Jesu. Sicut est mihi justum hoc sentire
pro omnibus vobis, eo quod habeam vos
in corde, et in vinculis meis, et in defensione
et confirmatione Evangelii socios gaudii
mei omnes vos esse. 9. Testis enim mihi est
Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus
Jesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra
magis ac magis abundet in scientia, et in

omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei: † Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, et in cæteris omnibus: et plures e fratribus in Domino, confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi. prof. in 1. ep.

Multa et magna de Philippensibus Paulus testatur, coronam suam illos vocans, et multa passos esse dicens. Ac in ipso Epistolæ proœmio mirifice consolationem pro ipsis suis vinculis, ostendens tantum abesse ut inde perturbari oporteat: ut gaudendum potius sit. Deinde consilium illis dat, ut concordiam atque humilitatem colant, hoc illis tutissimum esse præsidium docens, atque hac ratione facile illos inimicis suis superiores fieri posse. Non enim doctoribus vestris molestum est in vinculis esse, sed discipulos inter se minime concordes esse videre. Illud enim vel ad provehendum Evangelium facit, hoc vero ad perturbandum. Facile autem animadvertere licet, Paulum in scribendo hos potissimum honorifice tractare, nec quidquam usquam interiicere, quod objurgandi vim habeat. Hoc vero magnum illorum virtutis argumentum est, nullam dedisse doctori occasionem objurgandi, omniaque ad eos non reprehensionis, sed suasionis modo esse scripta. Testimonium autem illis dat non solum fidei et periculorum nomine, sed etiam beneficentiæ. Hoc igitur et nos intelligentes, ac tot habentes charitatis

rmulas atque exemplaria, probeamus
dignos huiusmodi exemplis, promptis
parati pro Christo pati. Etenim hoc tempore
n est, qui Christianos infestetur et vexet.
go, ubi nihil aliud, saltem efficacem et
hementem illorum beneficentiam imitemur.

sequens Dominica ob supervenientem Septua-
simam impediatur, nec 25. Dominica post
ntecosten locum habeant, sit ut supra pag.
datur.

## Ad Vesperas.

### Duplex.

De Magnif. ant. Idem sapiatis, eamdem
caritatem habentes, unanimes: ✠ nonquo
ua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ
aliorum. Philip. 2.

### Oratio Sac. Gelas.

Presta quæsumus, omnipotens Deus: ut
mper rationabilia meditantes; quæ tibi
unt placita, et dictis exequamur et factis.
Per Dominum.

### Dominica VI. post Epiphaniam.

### Duplex maius. 12. lect.

Omnia fiunt de psalterio. RR. ut
supra Dominica IV.

### In 1. Nocturno.

### Lectio 1.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Philippenses. cap. 1.

uidam et propter invidiam et contentionem,
uidam autem et propter bonam voluntatem
Christum prædicant: quidam ex charitate,
ientes quoniam in defensionem Evangelii
positus sum. Quidam autem ex contentione
Christum annuntiant non sincere existi-
mantes pressuram se suscitare vinculis
eis. Quid enim? dum omni modo sive per

occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur: et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Scio enim, quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi, secundum exspectationem et spem meam, quia in nullo confundar.

## Lectio II.

Sed in omni fiducia, sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem: mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum. Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio, quia manebo, et permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum et gaudium fidei: ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos.

## Lectio III.

Tantum digne Evangelio Christi conversamini, ut sive cum venero et videro vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii: et in nullo terreamini ab adversariis: quae illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo. Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini: idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me.

## Lectio IV. cap. 2.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem

caritatem habentes, unanimes, idipsum
sentientes, nihil per contentionem, neque
per inanem gloriam, sed in humilitate super-
iores sibi invicem arbitrantes, non quæ
sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ
aliorum.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

Sermo sancti Cypriani Episcopi et Martyris.
de Zelo et Livore.

Relare quod bonum videas, et invidere melio-
ribus, leve apud quosdam et modicum crimen
videtur, fratres dilectissimi! dumque exi-
stimatur leve esse et modicum, non timetur;
dum non timetur, contemnitur; dum contem-
nitur, non facile vitatur, et sit cæca et occulta
pernicies: quæ dum minus perspicitur, ut
caveri a providentibus possit, improvidas
mentes latenter affligit. Quod (malum) si quis
penitus inspiciat, inveniet nihil magis Chri-
stiano cavendum, nihil cautius providendum,
quam ne quis invidia et livore capiatur;
ne quis fallentis inimici cocis laqueis im-
plicatus, dum zelo frater in fratris odia
convertitur, gladio suo nescius ipse peri-
matur.

### Lectio VI.

Quæ nunc considerantes, fratres dilectissimi!
contra tantam mali perniciem vigilanter
et fortiter dicata Deo pectora muniamus.
Aliorum mors proficiat ad nostram salu-
tem, imprudentium pœna, præcidentibus
conferat sanitatem. Non est autem, quod
aliquis existimet, malum istud una specie
definiri, aut brevibus terminis angusto
fine concludi. Late patet zeli multiplex
et fœcunda pernicies. Radix est malorum
omnium, fons et cadium seminarium de-
lictorum, materia culparum. Inde odium

Surgit animositas inde procedit. avaritiam Zelus inflammat, dum quis suo non potest esse contentus, videns alterum ditiorem. Ambitionem Zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus antiorem: Zelo exacerbante sensus nostros, atque in dictionem suam mentis arcana redigente, Dei timor frangitur, magisterium Christi negligitur, iudicii dies non providetur. Inflat superbia, exacerbat iovitia, perfidia prevaricatur, impatientia concutit, furit discordia, ira fervescit; nec se iam potest cohibere, vel regere, qui factus est potestatis alieno.

## Lectio VII.

Hinc Dominico pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas scinditur, ad hostes atque ad schismata prosilitur. Qualis vero animo tinea, quo cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo? Zelari in altero vel virtutem eius vel felicitatem, id est, odisse in eo vel merita propria, vel beneficia divina, in malum proprium bona aliena convertere, illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam poenam, velut quosdam pectori suo admovere carnifices, cogitationibus et sensibus suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta malevolentiae unguibus pulsent: non cibus talibus labus, non potus potest esse iucundus, suspiratur semper et ingemiscitur, doletur: dumque ab invidis numquam livor exponitur, diebus ac noctibus pectus obsequium sine intermissione laniatur.

## Lectio VIII.

Mala cetera habent terminum, aliquandumque

elinquitur, delicti consummatione finitur,
Zelus terminum non habet, permanens
ingiter malum et sine fine peccatum, quon-
dogne ille, cui invidetur, successu meliore
profecerit, tanto invidus in maius in eadem
livoris ignibus ardescit. Facilis cura est,
ubi plaga perspicua est, et cito ad sanitatem
medela subveniente perducitur vulnus, quod
videtur. Zeli vulnera obstructa sunt et
occulta, nec remedium curae medentis
admittunt, quae se intra conscientiae late-
bras caeco dolore clauserunt. Quicumque es
invidus et malignus, videris quam fiscis,
quos odisti, insidiosus, perniciosus, infestus:
nullius magis, quam tuae salutis inimicus
es. Quisquis ille est, quem Zelo persequeris,
subterfugere: ubicumque fueris, adversa-
rius tuus tecum est, hostis semper in pectore
tuo est.

## In III. Nocturno.

### Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 16.

Salutate Urbanum adjutorem nostrum
in Christo Jesu, et Stachyn dilectum meum.
Salutate Apellen probum in Christo. Salutate
eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate
Herodionem cognatum meum. Salutate eos,
qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domi-
no. Salutate Tryphenam et Tryphosam,
quae laborant in Domino. Salutate Perси-
dem charissimam, quae multum laboravit
in Domino. Salutate Rufum electum in
Domino, et matrem eius et meam. Salutate
Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam,
Hermen, et qui cum eis sunt fratres.

### Lectio X.

Salutate Philologum et Juliam, Nereum

& sororem eius, & Olympiadem, & qui cum eis sunt, fratres. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesiæ Christi. Rogo autem vos, fratres, observate eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusce modi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudio igitur in vobis: sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.

## Lectio XI.

Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Jason, & Sosipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. Salutat vos Caius hospes meus, & universa ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, & Quartus frater. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. amen.

## Lectio XII.

Ei autem, qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, & prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei, ad obedientiam fidei, in cunctis gentibus cognitum, soli Sapienti Deo per Jesum Christum, cui honor & gloria in sæcula sæculorum. amen.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum grano sinapis,

quod accipiens homo seminavit in agro suo:
quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit, maius est omnibus oleribus, et fit arbor: ita ut volucres coeli veniant, et habitent in ramis eius.
Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum coelorum fermento, quod accepta mulier abscondit in farinae sat tribus, donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur, quod dictum erat per prophetam dicentem: aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi.

Ad Bened. ant. Simile est regnum coelorum grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus: * cum autem creverit, maius est omnibus oleribus. Matth. 13.

Ad Magnif. ant. Simile est regnum coelorum fermento, quod accepta mulier abscondit in farinae sat tribus, * donec fermentatum est totum. Matth. 13.

## Feria II.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 2.

Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confitetur,

quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. ℣. Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis, non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et perficere, pro bona voluntate. ℟. Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitationibus: ut sitis sine querela et simplices filii Dei sine reprehensione, in medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo: verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. Sed ℣. Si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestræ, gaudeo et congratulor omnibus vobis. ℟. Idipsum autem et vos gaudete, et congratulamini mihi. ℣. Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius mecum servivit in Evangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt. Confido autem in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos cito.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

Serm. 131.

Nihil est, quod prædicato Christo crucifixo audiunt duo, unus contemnit, alter ascendit. Qui contemnit, mi pute sibi, qui ascendit, non arroget sibi, audivit enim a

ceraci magistro: nemo venit ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo. Gaudeat, quia datum est: gratias agat dantí corde humili, non arroganti, ne quod humilis meruit, superbus amittat. Nam et iam qui iam in ipsa via iusta ambulant, si sibi eam tribuerint et viribus suis, pereunt de illa. Deo humilitatem nos docens sancta scriptura per apostolum dicit: cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Ne sibi aliquid inde darent, quia dixit, operamini; continuo subjunxit: Deus enim est qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate. Deo cum timore et tremore, Deo cum humilitate. Noli altum sapere, sed time. Time ut implearis, noli altum sapere, ne pereas.

## Feria III.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 2. v.

Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem, et cooperatorem, et commilitonem meum, vestrum autem apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos: quoniam quidem omnes vos desiderabat, et mœstus erat, propterea quod audieratis eum infirmatum. Nam et infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus; non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam habarem. Festinantius ergo misi illum, ut videntes eum iterum gaudeatis, et ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, et eius modi cum honore habete. Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium. Deceat vos fratres mei gaudere in Domino. Eadem vobis scribere

mihi quidem non pigrum, vobis autem ne-
cessarium. Videte canes, videte malos opera-
rios, videte concisionem. Nos enim sumus
circumcisio, qui spiritu servimus Deo, et
gloriamur in Christo Jesu, et non in carne
fiduciam habentes: quamquam ego habeam
confidentiam et in carne. * Si quis alius
videtur confidere in carne, ego magis: circum-
cisus octavo die, ex genere Israel de tribu
Beniamin, Hebreus ex Hebreis, secundum
legem Pharisæus, secundum æmulationem
persequens ecclesiam Dei, secundum justitiam,
quæ in lege est, conversatus sine querela.

## Lectio II.

### De expositione sancti Augustini Episcopi. Serm. 169.

Quisquis suis viribus legem implere se posse
putaverit, et fecerit, quod lex jubet, non aman-
do justitiam, sed timendo pœnam, fuit quidem
secundum justitiam, qua ex lege est, homo
sine querela. Non furabitur, non concupiscet
rem proximi sui: potest hoc, potest fortasis;
unde? timore pœnæ. Quamquam qui timo-
re pœnæ non concupiscit, puto quia concu-
piscit. Terrore ingentium armorum atque
telorum, et circumdantis fortasis multi-
tudinis vel obviam euntis, etiam leo
revocatur a præda: et tam leo venit, leo
redit, prædam non rapuit, non malitiam
posuit. Si talis es, adhuc injustus es, qua
justitia tibi consulis, ne torquearis. Quid
magnum est, pœnam timere? quis eam
non timet? quis latro, quis sceleratus,
quis nefarius? Sed hoc interest inter ti-
morem tuum, timorem que latronis,
quod latro timet leges hominum, et ideo
facit latrocinium, quia sperat se fallere
leges hominum: tu autem leges eius
times, eius pœnam times, quem fallere

non potes. Nam si fallere posses, quid non feceras?
Ergo & concupiscentiam tuam malam non amor
tollit, sed timor premit. Ad ovile venit lupus, la-
tratu canum & clamore pastorum a borili rever-
bus est lupus: ipse tamen semper est lupus. In
rem verte tuam.

## Feria IV.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli Apostoli ad
Philippenses. cap. 3.

Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum
propter Christum detrimenta. Verumtamen
existimo omnia detrimentum esse propter emi-
nentem scientiam Jesu Christi Domini: propter
quem omnia detrimentum feci, & arbitror
ut stercora, ut Christum lucrifaciam, & inve-
niar in illo non habens meam justitiam, quæ
ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu:
quæ ex Deo est justitia in fide. ✠ Ad cognoscendum
illum, & virtutem resurrectionis ejus, & socie-
tatem passionum illius, configuratus morti
ejus: si quo modo occurram ad resurrectionem,
quæ est ex mortuis. Non quod jam acceperim,
aut jam perfectus sim: sequor autem si quo modo
comprehendam, in quo & comprehensus sum
a Christo Jesu. ℣. Fratres, ego me non arbitror
comprehendisse. Unum autem, quæ quidem
retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt prio-
ra, extendens me ipsum, ad destinatum perse-
quor ad bravium superni vocationis Dei in
Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti sumus,
hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc
vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod
pervenimus, in eadem ambulemus regula. ✠ Imitatores mei
estote fratres, & observate eos, qui ita ambu-
lant, sicut habetis formam nostram. Multi
enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis,
nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi:
quorum finis interitus, quorum deus venter

est Agloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

l. c.

Adhuc sequor, adhuc proficio, adhuc ambulo, adhuc in via sum, adhuc me extendo, nondum perveni. Ergo si et tu ambulas, si te extendis, si ea quæ ventura sunt cogitas, obliviscere præterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas, ubi respexeris. Videtis, quia viatores sumus. Dicitis: quid est ambulare? Breviter dico, proficere, ne forte non intelligatis, et pigriores ambuletis. Proficite fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intus tecum, qui erubescas diacetste. Est tibi, sed mi placet humilitas, ipse te probet. Proba te ipsum tu ipse. Semper tibi displicebat quod es, si vis pervenire avid, quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris: sufficit, periisti. Semper adde, semper ambula, semper proficie: noli in via remanere, noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit; retro redit, qui avea revolvitur, unde jam absesperat, deviat, qui apostatat. Melius est claudus in via, quam cursor præter viam.

## Feria V.

## Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 3. v. 17.

Nostra conversatio in cœlis est: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi, et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, sic state in Domino charissimi! Evodiam rogo, et Syntychen deprecor, id ipsum sapere in Domino. Etiam

rogo & te Germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente & ceteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. 9. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu. x De cetero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi.

Serm. 171.

Gaudere nos apostolus præcipit, sed in Domino, non in sæculo. Quid est hoc sæculum, & quod est gaudium sæculi? Dico, fratres, breviter quantum possum, quantum Deus adjuvat, festinanter, breviter dico, sæculi lætitia est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur, in spectaculis rugantur, ebriositate nigrescantur, turpitudine fœdentur, nihil mali patiantur: & vide te sæculi gaudium. Sed non cogitat Deus sicut homo: alia est cogitatio Dei, cogitatio, alia hominis. Magna misericordia est, nequitiam impunitam non relinquere: & ne cogatur in extremo gehennæ damnare, modo flagello dignatur castigare. Bonum est nobis, ut subveniat castigando. Et tamen si facta generis humani consideremus, quid patimur? Non secundum peccata nostra fecit nobis. Tolle enim sumus. Unde hoc probamus? Mortuus est pro nobis

Unicus, ne remaneret unus. Voluit esse unus, qui mortuus est unus. Multos enim filios Dei fecit unicus filius Dei. Emit sibi fratres sanguine suo, probavit reprobatus, redemit venditus, honoravit injuriatus, vivificat occisus. Dubitas, quod dabit tibi bona sua, qui non dedignatus est suscipere mala tua? Ergo, fratres, gaudete in Domino, non in seculo, id est, gaudete in veritate, non in iniquitate, gaudete in spe æternitatis, non in flore vanitatis. Ita gaudete: ubicumque et quandocumque hic fueritis, Dominus in proximo est, nihil sollicite fueritis.

## Feria VI.

### Lectio I.

De epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 4.

Gavisus sum in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico; ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et abundare: ubique et in omnibus institutus sum: et saturari, et esurire, et abundare, et penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat. ✠ Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem et vos Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli: quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. ℣. Habeo autem omnia et abundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omnem desiderium vestrum, secundum divitias suas,

in gloria in Christo Jesu. Deo autem et Patri nostro gloria in secula seculorum. amen. *
Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.
Salutant vos omnes sancti, maxime qui de
Cesaris domo sunt. Gratia Domini nostri
Jesu Christi cum spiritu vestro. amen.

## Lectio II.

De expositione sancti Augustini Episcopi l. De bono vid. — T. VI. p. 354.

Non audiendi sunt viri sancti, quando reprehensa in aliquo negligentia sua, ne quam
sibi ut in malam veniant suspicionem, unde
suam vitam longe abesse sciunt, dicunt,
sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non imprudenter
solum, verum etiam crudeliter contemnentes, cum audiunt animas aliorum,
hinc blasphemabitur via Dei, quibus secundum suam suspicionem quasi turpis, quo
casta est, difficilis vita sanctorum, sive etiam
cum excusatione imitandum non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis a
criminibus flagitiorum atque facinorum
vitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis autem etiam famam, et minus miserus
est. Nobis enim necessaria est vita nostra,
aliis fama nostra. Unde non frustra apostolus: De cetero, fratres, quaecumque sunt
vera, quaecumque sancta, quaecumque justa,
quaecumque casta, quaecumque charissima,
quaecumque bonae famae, si qua virtus, si
qua laus, haec cogitate. Cernis, quemadmodum inter multa, quae exhortando
commonuit, non neglexerit ponere: quaecumque bonae famae, duobus quae verbis cuncta
conclusit, ubi ait: si qua virtus, si qua
laus. Ad virtutem namque pertinent, quae
antea memoravit bona: fama vero ad laudem.
Puto, quod non laudem hominum pro magne sumebat apostolus: sed illorum duorum,
id est, bene vitae et bonae famae, vel quod

brevius dicitur, virtutis et laudis, quarum propter se ipsum sapientissime retinebat, alterum propter alios misericordissime providebat.

## Sabbatho.

### Lectio I.

Epistola beati Pauli apostoli ad Philemonem.

Paulus vinctus Christi Jesu, et Timotheus frater: Philemoni dilecto et adjutori nostro, et Appiæ sorori charissimæ, et Archippo commilitoni nostro, et ecclesiæ, quæ in domo tua est. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam et fidem, quam habes in Domino Jesu, et in omnes sanctos: ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu. ℣. Gaudium enim magnum habui et consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem et vinctus Jesu Christi: obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et mihi et tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea viscera suscipe: quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii. ℣. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, ut æternum illum recipias, jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem,

maxime mihi; quanto autem magis tibi, & in carne, & in domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam; ut non dicam tibi, quod & teipsum mihi debes. * Ita frater! ego te fruar in domino, refice viscera mea in domino. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id, quod dico facies. Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adjutores mei. Gratia domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

## Lectio II.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi.

Prol. in h. ep.

Quod hæc epistola circa res necessarias missa fuerit, discere nos utile erit. Vide igitur, quanta hinc bona proveniant. Primo enim hic docemur in omnibus studiose agere. Si enim Paulus profugitivo, pro latrone & fure tantam gerit curam, nec recusat cum tot laudibus ipsum mittere, nihilque veretur; multo magis nos debemus circa res hujus modi non esse negligentes. Secundo, quod servile genus desperare non debeat, etiamsi ad extremum nequitiæ devenerit. Nam si fur & fugitivus tanta fuerit virtute præditus, ut illum Paulus voluerit habere socium; multo magis liberos desperare non oportet. Tertio, quod servi non debeant heris suis auferri. Si enim Paulus, qui ita Philemoni confidebat, & Onesimum sibi ita commodum & utilem ad ministerium, hine heri consensu noluit retinere; multo magis nos id facere non oportet. alias enim

muelti in necessitatem inducentur blas-
phemandi ac dicendi, christianismum ad
omnium eversionem inductum fuisse, cum
servi heris suis auferantur, et violentiam
inferri.

Ad I. Vesperas Septuagesimæ.

Antiphona de Psalterio.

Lectio Sap. 9.

Tecum Domine Sapientia tua, quæ novit
opera tua: quæ et adfuit tunc, cum orbem
terrarum faceres, et sciebat, quid esset plac-
itum oculis tuis, et quid directum in præceptis
tuis.

℟. br. Quam magnificata sunt * opera
tua Domine:

℣. Omnia in sapientia fecisti. Ps. 103.

Hymnus Paris.

I. Te cœlum, mundi conditor,
Unum manet sempiterne:*
Festiva cœlestes chori
Semper decent præconia.

II. Nos sanctitate perdita,
Pœnalis exspectat labor:*
Hymnos dulces patriæ
Nostri canamus exules?

III. Qui te piis placabilem
Spondes futurum fletibus:*
Da flere longæ tristia
Captivitatis vincula.

IV. Verum salubrem temperet
Spe mixta mœrorem fides:*
Tu mox quieti nos tuo,
Lætisque redes canticis.

V. Sit summa Patri gloria,
Eiusque soli Filio:*
Sancto simul cum Spiritu
Nunc et per omne sæculum. amen.

℣. Priusquam montes fierent aut formare-
tur terra et orbis:

℟. A sæculo et usque in sæculum tu es Deus. Ps. 89.

Ad Magnif. ant. Dominus Deus noster fecit terram in fortitudine sua, preparavit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit coelos. Jer. 51.

Oratio Sac. Greg.

Preces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut qui juste propeccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum.

℣. Benedicamus Domino, alleluia, alleluia.
℟. Deo gratias, alleluia, alleluia.

Incipe non amplius dicitur alleluia, usque ad vesperas Sabbati sanctæ exclusive; sedens loco dicitur Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Deum, qui fecit coelum & terram, ✠ venite adoremus. Ps. 113.

Hymnus Paris.

I. Rebus creatis nil egens
Temet beatus: ✠ nunc tuo
Prodis ab ariano Deus,
Mundoque das primordia.

II. Tu cuncta, quæ non sunt, vocas,
Et illa se sistunt tibi: ✠
Mixtoque concentu suo
Dant Conditori gloriam.

III. Ut mundus e sinu tuo
Tam prodit aspectabilis: ✠
Augustiorem cogitas
Mundum Creator alterum.

IV. Illum Redemptor artifex
Condet suis virtutibus: ✠
Sparsoque terris omnibus
Verbi potentis semine.

V. Illum peractis seculis
Coelo locabit: ✠ et throni
Mensoque consortem suo
Deo redonabit Patri.

VI. Utrique mundo qui praesi;
Utrumque conserva Pater: ✠
Utrumque Fili dirige,
Utrumque Flamen confera. Amen.

Antiphona & versus Nocturnorum de Psalterio.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber geneseos. cap. i.

In principio creavit Deus coelum & terram: terra autem erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi; & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus: fiat lux, & facta est lux. & vidit Deus lucem, quod esset bona: & divisit lucem a tenebris, appellavitque lucem diem, & tenebras noctem. Factumque est vespere & mane dies unus. Dixit quoque Deus: fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quae erant sub firmamento ab his, quae erant super firmamentum. Et factum est ita: vocavitque Deus firmamentum coelum; & factum est vespere & mane dies secundus.

℟. Domine Deus virtutum quis similis tibi? ✠ tui sunt coeli & tua est terra, orbem terrae & plenitudinem eius tu fundasti. ℣. Dii, qui coelos & terram non fecerunt, pereant de terra; & de his, quae sub coelo sunt. ✠ tui. Ps. 88. Jer. 10.

Lectio II.

Dixit vero Deus: congregentur aquae, quae sub coelo sunt, in locum unum, & appareat arida. Et factum est ita: & vocavit Deus aridam, Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria. & vidit Deus, quod esset bonum. Et ait: germinet terra herbam virentem & faciente semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem & faciente semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens

unumquodque semen secundum speciem
suam. Et vidit Deus, quod esset bonum. Et
factum est vespere et mane dies tertius.
Dixit autem Deus: fiant luminaria in firma-
mento coeli, et dividant diem ac noctem, et
sint in signa et tempora, et dies, et annos: ut
luceant in firmamento coeli, et illuminent
terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo
luminaria magna: luminare maius, ut
praeesset diei; et luminare minus, ut praeesset
nocti; et stellas. Et posuit eas in firmamento
coeli, ut lucerent super terram, et praeessent
diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras.
Et vidit Deus, quod esset bonum. Et factum est
vespere et mane dies quartus.
℟. Magnus est Dominus, et Deus noster pre
omnibus diis: * omnia, quaecumque voluit
Dominus, fecit in coelo, in terra, in mari, et
in omnibus abyssis. ℣. Fecit luminaria mag-
na, solem in potestatem diei; lunam et
stellas in potestatem noctis. * omnia. Ps. 134.
135.

## Lectio III.

Dixit autem Deus: producant aquae reptile
anime viventis, et volatile super terram sub
firmamento coeli. Creavitque Deus cete gran-
dia, et omnem animam viventem atque mo-
tabilem, quam produxerant aquae in species
suas, et omne volatile secundum genus suum.
Et vidit Deus, quod esset bonum. Benedixitque
eis dicens: crescite et multiplicamini, et
replete aquas maris: avesque multiplicentur
super terram. Et factum est vespere et mane
dies quintus. Dixit quoque Deus: producat terra
animam viventem in genere suo, iumenta et
reptilia, et bestias terrae secundum species suas.
Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terrae
iuxta species suas, et iumenta, et omne reptile
terrae in genere suo. Et vidit Deus quod esset bo-
num. Et ait: faciamus hominem ad imaginem

et similitudinem nostram, et præsit piscibus maris, et volatilibus cæli, et bestiis, universæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra.

℟. Constituisti eum super opera manuum tuarum Domine: * omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi. ℣. Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? * omnia. Gl. S.

## Lectio IV.

Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, et ait: crescite et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam, et dominamini piscibus maris et volatilibus cæli, et universis animantibus, quæ moventur super terram. Dixitque Deus: ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam, et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, et universis quæ moventur in terra, et in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. Et factum est ita. Vidit que Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. Et factum est vespere et mane dies sextus.

℟. Deus creavit de terra hominem, et secundum imaginem suam fecit illum: * et ait: dedi tibi potestatem eorum, quæ sunt super terram. ℣. Posuit timorem illius super omnem carnem, et dominatus est bestiarum et volatilium. * et dedit. ℟. Gloria. ℣. dedit. Gal. 14.

## In II. Nocturno.

## Lectio V.

Ex libro imperfecto sancti Augustini Episcopi de genesi ad litteram.

De obscuris naturalium rerum, quæ omnipotente Deo artifice facta sentimus, non affirmando, sed quærendo tractandum est, in libris maxime, quos nobis divina commendat auctoritas, in quibus temeritas asserendæ incertæ dubiæque opinionis difficile sacrilegii crimen evitat: ea tamen quærendi dubitatio catholicæ fidei metas non debet excedere. Et quoniam multi hæreticæ adstruam sententiam, quæ præter fidem est catholicæ disciplinæ, expositionem Scripturarum divinarum trahere consueverunt, ante tractationem hujus libri catholica fides breviter explicanda est.

℟. Omnia opera Domini bona, et omne opus bona sua subministrabit: ✱ omnia enim in tempore suo comprobabuntur. ℣. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. ✱ omnia. Eccli. 39. Ge. 1.

## Lectio VI.

Est autem hoc: Deum Patrem omnipotentem universam creaturam fecisse atque constituisse per Filium suum unigenitum, id est, sapientiam et virtutem suam consubstantialem sibi et coæternam, in unitate Spiritus sancti et ipsius consubstantialis et coæterni. Hanc ergo Trinitatem Dei unum Deum, eumque fecisse et creare omnia quæ sunt, in quantum sunt, catholica disciplina credi jubet: ita ut creatura omnis sive intellectualis sive corporalis, sive, quod brevius Dei potest secundum verba divinarum Scripturarum, sive invisibilis sive visibilis, non de Dei natura, sed a Deo facta sit de nihilo: nihilque ei cognatum esse, quod ad Trinitatem pertineat, nisi quod Trinitas condidit, ipsa condita est. Quapropter creaturam universam neque consubstantialem Deo, neque coæternam fas est dicere aut credere.

℟. Verbo Domini cœli firmati sunt ✱ et omnis

Spiritu oris eius omnis virtus eorum. ℣. Omnia per Verbum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. ℟. et Spir. Ps. 32. Joan. j.

## Lectio VII.

Esse autem omnia, quæ fecit Deus, bona valde: mala vero non esse naturalia, sed omne quod dicitur malum, aut peccatum esse, aut pœnam peccati. Nec esse peccatum nisi pravum liberæ voluntatis assensum, dum inclinamur ad ea, quæ justitia vetat, et unde liberum est abstinere: id est, non in rebus istis, sed in usu earum non legitimo. Usus autem rerum est legitimus, ut anima in lege Dei maneat, et cum Deo plenissima dilectione subjecta sit, et cætera sibi subjecta sine cupiditate aut libidine ministret, id est, secundum præceptum Dei. Ita enim sine difficultate et miseria, et cum summa facilitate et beatitudine administrabit. Bona vero peccati est, cum ipsis creaturis non sibi servientibus creatura anima, cum Deo ipsa non servit: quæ creatura illi obtemperabat, cum ipsa obtemperabat Deo. Itaque non esse ignem malum, quia creatura Dei est, sed tamen uri eo infirmitatem nostram ex merito peccati. Dici autem peccata naturalia, quæ necesse est committi ante misericordiam Dei, postquam in hanc vitam per peccatum liberi arbitrii lapsi sumus.

℣. In principio creavit Deus cælum et terram, * et vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. ℟. Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. * et vidit. Gen. j. Hebr. jj.

## Lectio VIII.

Renovari autem hominem per Jesum Christum Dominum nostrum, cum ipsa ineffabilis ac incommutabilis Dei sapientia plenum totumque hominem suscipere dignata est, et nasci de Spiritu sancto ex virgine Maria, crucifigi, et

esurgere et ascendere in coelum, quod jam factum est; et venire ad judicandos vivos et mortuos in fine seculi, et resurrectionem mortuorum in carne, quod adhuc futurum prodicatur. Datum esse Spiritum sanctum credentibus in eum. Constituitam ab illo matrem Ecclesiam, quae catholica dicitur ex eo, quia universaliter perfecta est, et in nullo claudicat, et per totum orbem diffusa est. Remissa esse poenitentibus priora peccata, et vitam aeternam coelorumque regnum promissum. Secundum hanc fidem, quae possunt in hoc libro quaeri et disputari, considerandum est.

℟. Ait Deus: faciamus hominem ad imaginem nostram, et praesit universae terrae: ✠ et ✠ creavit Deus hominem ad imaginem suam. ℣. et homo homo secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis. ✠ creavit. ℣. Gloria. ✠ creavit. Gen. j. Ephes. 4.

## In III. Nocturno.

Ant. Tua est Domine magnificentia et potentia, et gloria atque victoria, et tibi laus: quae cuncta enim, quae in coelo sunt et in terra, tua sunt. j. Par. 29.

Cantica de psalterio.

℣. Tui sunt coeli et tua est terra:
℟. Orbem terrae et plenitudinem ejus tu fundasti. Ps. 88.

## Lectio IX.

Incipit epistola prima beati Petri apostoli. cap. j.

Petrus apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae, secundum praescientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu Christi:

gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcessibilem, conservatam in coelis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

℟. Coeli qui nunc sunt et terra Dei verbo repositi sunt, igni reservati; * novos vero coelos et novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. ℣. Benedicite Dominum in operibus suis, opera Domini universa bona valde. * novos. 2. Pet. 3. Euli. 39.

## Lectio X.

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: ut probatio vestra fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inveniatur in laudem et gloriam et honorem, in revelatione Jesu Christi: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis laetitia inenarrabili et glorificata, reportantes finem fidei vestro, salutem animarum.

℟. Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suae fecit illum: * invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum. ℣. Regnavit mors ab Adam etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis Adae. * invidia. Sap. 2. Rom. 5.

## Lectio XI.

De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetae, qui de futura in vobis gratia

prophetaverunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: præ-
nuntians eas, quæ in Christo sunt passiones,
et posteriores glorias; quibus revelatum est,
quia non sibimetipsis, vobis autem ministra-
bant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per
eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu
Sancto misso de cælo, in quem desiderant an-
geli prospicere.

℟. Initium superbiæ hominis ~~apostatare~~
apostatare a Deo; quoniam abeo, qui fecit
illum, recessit cor eius: ✠ quoniam initium
omnis peccati est superbia. ℣. Omnes invi-
cem humilitatem insinuate: humiliamini
sub potenti manu Dei. ✠ quoniam. Petr. jo.
j. Petr. 5.

## Lectio XII.

Propter quod succincti lumbos mentis vestræ,
sobriæ perfecte sperate in eam, quæ offertur
vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi:
quasi filii obedientiæ, non configurati pri-
oribus ignorantiæ vestræ desideriis: sed secun-
dum eum, qui vocavit vos, sanctum et ipsi
in omni conversatione sancti sitis; quoniam
scriptum est: sancti eritis, quoniam ego sanc-
tus sum.

℟. Primus homo de terra terrenus, secundus
homo de cœlo cœlestis: ✠ igitur ✝ sicut porta-
vimus imaginem terreni, portemus et
imaginem cœlestis. ℣. Exspoliantes vete-
rem, et induentes novum, eum qui renova-
tur in agnitionem secundum imaginem
eius, qui creavit illum. ✝. Sicut. ℣. gloria.
✝ sicut. j. Cor. 15. coloss. 3.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. 20.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis
parabolam hanc: Simile est regnum cælorum

homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis: quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis: ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: voca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo, qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patrem familias, dicentes: hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et æstus. At ille respondens uni eorum dixit: amice non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi: multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Ad Laudes Matutinas ~~et horas.~~

Antiphona de Psalterio in septuagesima.

Lectio apoc. 4.

Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam et honorem, et virtutem: quia tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt.

Ebr. Tuus est dies: & tua est nox Domine:
Tu fabricatus es auroram & solem. Ps. 73.

Hymnus Paris.

I. Qui nos creas solus, Pater,
De pristino lapsos statu
Non solus instauras: & simul
Nostros labores exigis.

II. Delicta pœnitentibus
Clemens relaxus: & improbos
Vocas morantes, & viam
Erroris urges linquere.

III. Salus renovet, intimo
Pectus dolore scindatur: &
Ictoris e parte Dei
Exeat in semel nocens.

IV. Vitare plagas admonet
Ægre recepta sanitas: &
Charitatem sensum
Hortatur ad nescibilem.

V. Divina non scrutabiles
Celsitudo gratiæ: &
Sic vel malorum providus
Quis esse nos bona.

VI. Obstinatis vindicem
Iram reservas: & mergitur
Sæclesius orbis unicus
Hoc superstes effugit.

VII. Hic præco pœnitentiæ,
Novi sequester fœderis;
Servator orbis & parens
Christi figuram prætulit.

VIII. Sit laus Patri, laus Filio: &
Utrumque qui nectis Deus
Utrique compar, sit tibi
Laus perpiterna Spiritus. Amen.

℣. Magnus est Deus noster pro omnibus
Dis.
℟. Omnia quæcumque voluit fecit. Ps. 134.

Ad Bened. ant. Amice, nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est: * non licet mihi, quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Matth. 20.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad Primam.

Ant. Domine, tu es, qui fecisti coelum et terram, * mare, et omnia, quæ in eis sunt. Act. 4.

Ad Tertiam.

Ant. Per unum hominem peccatum in mundum intravit, et per peccatum mors: * et ita in omnes homines mors pertransiit. Rom. 5.

Lectio. 2. Cor. ii.

Fratres: timeo, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quæ est in Christo.
V. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt:
R. Non est, qui faciat bonum, non est usque adunum. Ps. 13.

Ad Sextam.

Ant. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: * quia non defecerunt miserationes ejus. Thren. 3.

Lectio. Sap. 10.

Sapientia illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia.
V. Misertus est Dominus timentibus se:
R. Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Ps. 102.

Ad Nonam.

Ant. Parcis omnibus, quoniam tua sunt Domine: * qui amas animas. Sap. ii.

Lectio. Sap. i.

Deus mortem non fecit, nec lætatur in per-

tione vivorum; creavit enim, ut esset omnia,
et sanabiles fecit nationes orbis terrarum.
℣. Domine misericordia tua in cælum:
℟. Opera manuum tuarum ne despicias. Ps. 137.

## Ad Vesperas.

### Antiphona ut ad horas.

### Lectio j. Mach. 2.

Mementote operum patrum, quæ fecerunt
in generationibus suis: et accipietis gloriam
magnam, et nomen æternum.
℟. Deus auribus nostris audivimus: ✠
patres nostri annuntiaverunt nobis:
℣. Opus, quod operatus es in diebus eorum. Ps. 43.

### Hymnus Paris.

I. Vos ante Christi tempora
Christi fideles sæcula, ✠
Verenda justorum cohors,
Primi patres cædentium.
II. Quis debitis vestram queat
Efferre laudibus fidem? ✠
Vestro fluit creberrima
Quis explicet suspiria?
III. Hic exules, hic advenæ,
Mundi figuram spernitis: ✠
Non littera, sed spiritu
Promissa pensatis bona.
IV. Intenta mens uni Deo
Respectat æternas domos: ✠
Fac Christe nos veram quoque
Desiderare patriam.
V. Sit summa Patri gloria,
Eiusque soli Filio: ✠
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc et per omne sæculum. Amen.
℣. Ne fileas, quoniam advena ego sum apud
te et peregrinus:
℟. Sicut omnes patres mei. Ps. 38.

Ad Magnif. ant. Erunt novissimi primi et primi novissimi: * multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20.

## Feria II.

In officio feriali usque ad Quadragesimam omnia dicuntur de psalterio, exceptis solis hymnis, qui dicuntur, ut Dominica precedente habentur.

### In I. et Nocturno.

### Lectio I.

De libro Geneseos. cap. 2.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem. Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formaverat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni et mali. * Tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, et custodiret illum. Præcepitque ei dicens: ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. ℣. Dixit quoque Dominus Deus: non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adjutorium simile sibi. ℟. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: et adduxit eam ad Adam. * Dixitque Adam: hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quia de viro

cumbta est. Quamobrem relinquet homo
patrem suum et matrem, et adhærebit uxori
suæ, et erunt duo in carne una. Erant autem
ambo nudi, Adam scilicet et uxor ejus,
et non erubescebant.

℣. Dedit illis disciplinam, et legem vitæ
hereditavit illos: testamentum æternum
constituit cum illis: * justitiam et judicia
sua ostendit illis. ℟. Statuit ea in æternum,
et in sæculum sæculi: præceptum posuit, et
non præteribit. * justitiam. Eccli. 17. ℣. 148.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini de cate-
chizandis rudibus. l. j. c. 18.

Constituit Deus (homines primos) in quo-
dam loco perpetuæ beatitudinis, quem appel-
lat scriptura paradisum: præceptumque illis
dedit, quod si non transgrederentur, in illa semper
immortali vitæ beatitudine permanerent;
si autem transgrederentur, supplicia mortali-
tatis expenderent. Præscibat autem Deus eos
transgressuros: sed tamen quia conditor est
et effector omnis boni, magis eos fecit, quando
fecit et bestias, ut impleret terram bonis terrenis.
Et utique melior est homo etiam peccator, quam
bestia. Et præceptum, quod non erant servaturi,
magis dedit, ut essent inexcusabiles, cum in eos
vindicare cœpisset. Quid quid enim homo fecerit,
laudabilem in suis partis invenit Deum: si recte
egerit, laudabilem invenit per justitiam præmio-
rum; si peccaverit, laudabilem invenit per justi-
tiam supplicionum: si peccata confessus ad
recte vivendum redierit, laudabilem invenit
per misericordiam indulgentiarum. Cur ergo
non faceret Deus hominem, quem vis eum
peccaturum prænosceret, cum et stantem
coronaret, et cadentem ordinaret, et surgentem
adjuvaret, semper et ubique ipse gloriosus

bonitate, justitia, clementia? maxime quia
de illeud proficiebat, de propagine mortalitatis
eius futuros sanctos, qui non sibi gnorerent,
sed creatori suo gloriam darent, et cum colendo
ab omni corruptione liberati, cum angelis sanc-
tis semper vivere et beate vivere mererentur.
℟. Deus de terra hominem fecit, creavit ea ipso
arbitrium simile sibi: ✠ disciplina intellectus
replevit illos, et mala et bona ostendit illis. ℣.
Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio,
masculum et feminam fecit illos? ✠ disciplina.
Euli. ij. Matth. ij.
Si plura dicenda sint ℟℟. de feria, tunc ℟. 3.
constituisti. ℟. 4. Deus creavit. ex I. Noct.
Dominica precedentis.

## Feria III.

### Lectio I.

De libro geneseos. cap. 3.

Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus
terre, que fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad
mulierem: cur precepit vobis Deus, ut non
comederetis de omni ligno paradisi? Cui re-
spondit mulier: de fructu lignorum, que
sunt in paradiso vescimur: de fructu veri ligni,
quod est in medio paradisi, precepit nobis Deus,
ne comederemus, et ne tangeremus illud, ne
forte moriamur. ✠ Dixit autem serpens ad
mulierem: nequaquam morte moriemini.
Scit enim Deus, quod in quocunque die co-
mederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et
eritis sicut dii, scientes bonum et malum. 9.
Vidit igitur mulier, quod bonum esset lig-
num ad vescendum, et pulcrum oculis, aspec-
tuque delectabile: et hausit de fructu illius,
et comedit, deditque viro suo, qui comedit.
Et aperti sunt oculi amborum: cumque
cognovissent se esse nudos, consuerunt folia
ficus, et fecerunt sibi perizomata. ✠ Cum

audissent vocem Domini Dei deambulantis
in paradiso ad auram post meridiem, abscondit
se Adam et uxor eius a facie Domini Dei in
medio ligni paradisi. Vocavitque Dominus Deus
Adam, et dixit ei: ubi es? Qui ait: vocem tuam
audivi in paradiso, et timui eo quod nudus
sum: et abscondi me. Cui dixit: quis enim
indicavit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno,
de quo praeceperam tibi, ne comederes, comedisti?
R. Deus creavit hominem inexterminabilem,
et ad imaginem similitudinis suae fecit illum: ✝
invidia autem diaboli mors introivit in orbem
terrarum. ℣. Regnavit mors ab Adam etiam
in eos, qui non peccaverunt in similitudine
praevaricationis Adae. ✝ invidia. Sap. 2. Rom. 5.

## Lectio II.

Ex libro Sancti Augustini de catechi-
zandis rudibus. cap. 18.

Qui hominibus dedit liberum arbitrium ut
non servili necessitate, sed ingenua voluntate
Deum colerent, dedit etiam angelis: et ideo nec
angelus, qui cum principibus aliis satellitibus
suis superbiendo deseruit obedientiam Dei, et
diabolus factus est, aliquid nocuit Deo, sed sibi.
Novit enim Deus ordinare deserentes se animas,
et ex earum justa miseria inferiores partes creaturae suae convenientissimis et congruentissimis
legibus admirando dispensationis ornare. Itaque
nec diabolus aliquid Deo nocuit iniquus vel ipse
lapsus est, vel hominem seduxit ad mortem:
nec ipse homo in aliquo minuit veritatem,
aut potestatem, aut beatitudinem Conditoris sui, quia coniugi suae seducto a diabolo,
ad id, quod Deus prohibuerat, propria voluntate consensit. Justissimis enim Dei legibus
omnes damnati sunt, Deo gloriose per aequitatem vindicte, ipsi ignominiose per turpitudinem paene: ubi et homo a suo Creatore
aversus victus diabolo subderetur, et diabolus

homini ad Creatorem suum conuerso vincendus proponeretur, ut quicumque diabolo usque in finem consentirent, cum illo irent in æterna supplicia; quicumque autem humiliarent se Deo, et per eius gratiam diabolum vincerent, æterna præmia merererentur.

℟. Adam primus formatus est, deinde Eua: et Adam non est seductus: ✠ mulier autem seducta in prævaricatione fuit. ℣. a muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur. ✠ mulier. ſ. Tim. 2. Eccli. 25.

Si plura dicenda sint ℟℟. de feria, tum ℟. 6. et ℣. ex fer. II. proced.

## Feria IV.

### Lectio I.

De libro Geneſis. cap. 3.

Dixit Adam (ad Dominum) mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno et comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: quare hoc fecisti? quæ respondit: serpens decepit me, et comedi. ✠ Dixit Dominus Deus ad serpentem: quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia et bestias terræ: super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieriquoque dixit: Mulieriquoque dixit: multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore paries filios, et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui. ℣. Adæ vero dixit: quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane,

donec reverteris in terram, de qua factus es:
quia pulvis es, et in pulverem reverteris. Et
Et vocabit Adam nomen uxoris suæ Heva, eo quod
mater esset cunctorum viventium. ✠ Fecit
quoque Dominus Deus Ade et uxori ejus
tunicas pelliceas, et induit eos, et ait: ecce
Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens
bonum et malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno
vitæ, et comedat, et vivat in æternum. Et
emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.
Ejecitque Adam, et collocavit ante paradisum
voluptatis cherubim, et flammeum gladium
atque versatilem, ad custodiendam viam ligni
vitæ.

℟. Sapientia illum, qui primus formatus
fuerat a Deo pater orbis terrarum, custodivit: ✠
Et ✠ eduxit illum a delicto suo. ℣. Pœnitentibus dedit viam justitiæ, et confirmavit deficientes sustinere. ✠ eduxit. Sap. 10. Vide. 14.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
de civitate Dei. l. 14. c. 15.

Quia contemptus est Deus jubens, qui crearat,
qui ad suam imaginem fecerat, qui cæteris animalibus præposuerat, qui in paradiso constituerat, qui rerum omnium copiam salubrisque
præstiterat, qui præceptis nec pluribus nec grandibus nec difficilibus oneraverat, sed uno
brevissimo atque levissimo ad obedientiæ salubritatem admonitum averat: justa damnatio
subsecuta est, talisque damnatio, ut homo, qui
custodiendo mandatum futurus fuerat etiam
carne spiritalis, fieret etiam mente carnalis,
et qui sua superbia sibi placuerat. Dei justitia
sibi donaretur, nec sic ut in sua esset omnimodis
molestiæ, sed a se ipse quoque discederet, sub
illo, qui peccando consensit, pro libertate quam
concupivit, duram miseramque ageret servitu-

tem; mortuus spiritu volens, et corpore moriturus in vitus: desertor eterne vite, diam eterna, nisi gratia liberaret, morte damnatus. Quisquis huius modi damnationem vel iniquam vel injustam putat, meritiri profecto nescit, quanta fuerit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi fiducias. Sicut enim obedientia secundi hominis eo prædicabilior, quo factus est obediens usque ad mortem: † Ubi enim magna est inobedientia pena proposita, et cesa creatore facilis, imperata, quis nam satis explicet, quantum malum sit, non obedire in re facili, et tanta potestatis imperio, et tanto terenti supplicio? R. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: x ita † et per unius obeditionem iusti constituentur multi. V. Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in iniquitatibus. † Et per. Rom. 5. vs. 12.

† ita inobedientia primi hominis eo detestabilior, quo factus est inobediens usque ad mortem.

Si plura sunt dicenda RR. de feria, R. 3. et 4. de die precedente.

## Feria V.

### Lectio I.

De libro geneseos. cap. 4.

Fuit Abel pastor ovium, et Cain agricola. Factum est autem post multos dies, ut offeret Cain de fructibus terre munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, et ad munera eius: ad Cain vero, et ad munera illius non respexit. Iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus eius. * Dixitque Dominus ad eum: quare iratus es, et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius.

Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: egre-
diamur foras. Cumque essent in agro, con-
surrexit Cain adversus fratrem suum Abel,
et interfecit eum. 9. Et ait Dominus ad
Cain: ubi est Abel frater tuus? qui respondit,
nescio; num custos fratris mei sum ego? Dixitque
ad eum: quid fecisti? vox sanguinis fratris
tui clamat ad me de terra. Nunc igitur male-
dictus eris super terram, quæ aperuit os suum,
et suscepit sanguinem fratris tui de manu
tua. Cum operatus fueris eam, non dabit
tibi fructus suos: vagus et profugus eris super
terram. * Dixitque Cain ad Dominum: maior
est iniquitas mea, quam ut veniam merear.
Ecce ejicis me hodie a facie terræ, et a facie tua
abscondar, et ero vagus et profugus in terra:
omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.
Dixitque ei Dominus: nequaquam ita fiet,
sed omnis, qui occiderit Cain, septuplum
punietur. Posuitque Dominus Cain signum,
ut non interficeret eum omnis, qui invenisset
eum. Egressusque Cain a facie Domini ha-
bitavit profugus in terra ad orientalem
plagam Eden.

℟. Per Fidem Abel testimonium conse-
cutus est esse justus, testimonium perhiben-
te muneribus eius Deo: ℣. Et per illam de-
functus adhuc loquitur. ℟. Fide plurimam
hostiam, quam Cain, obtulit Deo. ℣. Et per.
Hebr. ii.

## Lectio II.

Ex libro secundo venerabilis Bedæ
Presbyteri in principium Geneseos.

Iuxta mensuram peccatorum justus judex
et mensuram ponit vindictæ. Adam namque
vetitum comedens nequaquam ipse male-
dicitur, sed terra potius in eius opere male-
dictioni subiicitur; non quidem a Deo, ut

fructus operanti deneget, sed ut laboranti
ac desudanti suos cultori proferat fructus:
et ut labor idem possit aliquando finiri,
ac requies aeterna ingredi. Porro Cain cum
scire et prevaricationem suorum damna-
tionemque parentum, ad quos et eiusdem
noxa prevaricationis, quam de tradue
traxerat, gravior em perfidiæ, livoris,
homicidii et mendacii reatum: unde merito
et poena plectitur atriore: primo ut ipse
maledictus sit super terram, quam cruore
fratris cateaus maculam pollinerat: dein-
de ut in terra exercenda superbiae de-
sudaret, nulla suis laboribus frugum
copia respondente: tertio ut in eadem terra
vagus semper esset et profugus, neque
ullus usquam sedes habere quietas. Cuncta
autem, quæ de iustitia vel martyrio Abel,
et de pravitate ac damnatione Cain insta
litteram dicuntur, mystice Dominicæ
passioni vel conversationi in carne, et
persecutioni ac perditioni Judæorum testi-
monium ferunt.

℟. Cain ex maligno erat, et occidit fra-
trem suum: ✠ quoniam opera eius malig-
na erant, fratris autem eius iusta. ℣.
A sapientia ut recessit iniustus in ira sua,
per viam homicidii fraterni deperiit.
✠ quoniam. j. Joan. 2. Sap. 10.

Si plura dicenda sint R. R. tunc erit

℟. 3. Accessistis ad testamenti novi me-
diatorem Jesum, et sanguinis asperionem
melius loquentem quam Abel: ✠ videte
ne recusetis loquentem. ℣. Veniet super
vos omnis sanguis iustus, qui effusus est a
sanguine Abel iusti. ✠ videte. Hebr. 2. Matth. 23.

℟. 4. Fide Henoch translatus est ne videret

mortem. ℣. Et non inveniebatur, ℟. quia transtulit illum Deus. ℣. Ambulavit Henoch cum Deo, et translatus est in paradisum, ut det gentibus poenitentiam. ℣. Et non. ℣. Gloria. ℟. quia. Hebr. 11. Eccli. 44.

## Feria VI.

### Lectio I.

De libro Geneseos. cap. 6.

Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum, quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terrae, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres caeli: poenitet enim me fecisse eos. Noe vero invenit gratiam coram Domino. ℣. Hae sunt generationes Noe: Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit. Et genuit tres filios, Sem, Cham et Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam: omnis quippe caro corruperat viam suam super terram: dixit ad Noe: finis universae carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate, et ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis laevigatis, mansiunculas in arca facies, et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus. ℣. Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitae est subter caelum: universa, quae in terra sunt, consumentur. Ponam que foedus meum tecum, et ingredieris arcam tu et filii tui, uxor tua, et uxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus universae carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum, masculini sexus et feminini. ℣. De volucribus juxta genus suum, et de jumentis in

genere suo, et ex omni reptili ibero secundum genus suum, bina de omnibus ingrediantur tecum, ut possint vivere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt, et comportabis apud te, et erunt tam tibi quam illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia, quæ præcepit illi Deus.

℟. Noe inventus est perfectus, justus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio: ✠ ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluvium. ℣. Deus originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit. ✠ Ideo. Euli. 44. 2. Beh. 2.

## Lectio II.

### Ex libro sancti Ambrosii Episcopi de Noe et arca. cap. 4.

Habes, quia iratus Dominus est, quoniam quæ vis cogitaret, hoc est, sciret, quia homo positus in terræ regione, carnem portans, sine peccato esse non possit, terra enim velut quidam testationum locus est, et caroque corruptelæ illecebra. tamen cum haberent mentem rationis capacem, virtutemque animo infusam corpori, hac consideratione aliqua in lapsum merentur, ex quo revocare se nollent. Neque enim Deus cogitat sicut homines, ut aliqua ei nova succedat sententia, neque irascitur quasi mutabilis: sed ideo hæc leguntur, ut exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas, quod divinam meruerit offensam: tanquam eousque increverit culpa, ut etiam Deus, qui naturaliter non moveatur aut ira, aut odio, aut passione ulla, provocatus videatur adhibere iram. Ad condemnationem autem eorum, et ad expressionem pietatis divinæ, dictum Noe apud Deum gratiam invenisse. Simul ostenditur, quod hominem justum non obumbret aliorum offensio, quando ipse ad alterius generis

conservatur seminarium, qui non generationis
nobilitate sed justitiæ et perfectionis merito
laudatur.

℟. Abinitio cum perirent superbi gigantes: ✠
spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remi-
sit seculo semen nativitatis. ℣. Factum est di-
luvium, consumptaque est omnis caro, remansit
autem solus Noe, et qui cum eo erant in arca.
✠ Pres. Sap. 14. gen. 7.

Lectura dicenda sint ℟℟. adunatur illa ex die
sequente.

## Sabbato.

### Lectio I.

De libro geneseos. cap. 7. 8.

Factum est diluvium quadraginta diebus
super terram, et multiplicatæ sunt aquæ, et
elevaverunt arcam in sublime a terra. Vehe-
menter enim inundaverunt, et omnia reple-
verunt in superficie terræ. Portabatur
super aquas. Et aquæ prevaluerunt nimis
super terram: operteque sunt omnes montes
excelsi sub universo cœlo. Quindecim cubitis
altior fuit aqua super montes, quos operuerat.
* Consumptaque est omnis caro, quæ move-
batur super terram, volucrum, animantium,
bestiarum, omniumque reptilium, quæ rep-
tant super terram. Universi homines, et cunc-
ta, in quibus spiraculum vitæ est in terra,
mortua sunt. Et delevit omnem substan-
tiam, quæ erat super terram, ab homine
usque ad pecus, tam reptile quam volucres
cœli, et deleta sunt de terra. Remansit autem
solus Noe, et qui cum eo erant in arca. Obti-
nuerunt[que] aquæ terram centum quin-
quaginta diebus. ℣. Locutus est autem
Deus ad Noe dicens: egredere de arca tu et
uxor tua, filii tui et uxores filiorum tuo-
rum tecum. Egressus est ergo Noe et filii

eius, uxor illius, et uxores filiorum eius cum eo. Sed et omnia animantia, jumenta, et reptilia, quæ reptant super terram, secundum genus suum, egressa sunt de arca. ℣. Ædificavit autem Noe altare Domino, et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, et dixit: nequaquam ultra maledicam terræ propter homines, sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem sicut feci.

℟. Gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, viam disciplinæ non invenerunt, propterea perierunt: ℣. Quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. ℟. In diebus Noe erant comedentes et bibentes, donec veniret diluvium, et tulit omnes. ℣. Quoniam.

Baruch 3. Matth. 24.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
De catechizandis rudibus. cap. 19.

Quod Deus omnes diluvio delevit, excepto uno justo cum suis, quos in arca servari voluit, noverat quidem quod non se correcturi essent: verumtamen cum per centum annos arca fabricata est, prædicabatur utique eis ira Dei ventura super eos: et si converterentur ad Dominum, parceret eis, sicut pepercit postea Ninive civitati agenti pœnitentiam, cum ei per Prophetam futurum interitum pronunciaret. Hoc autem facit Deus etiam illis, quos novit in malitia perseveraturos, dans pœnitendi spatium, ut nostram patientiam exerceat,

et informet exemplo suo, quo noverimus,
quantum nos oporteat tolerabiliter ma-
los sustinere, cum ignoremus, quales postea
futuri sunt, quando ille pareit, et sinit eos vi-
vere, ignem nihil futurorum labet. Pro-
nuntiabatur tamen etiam diluvii sacramento,
quo per lignum justi liberati sunt, futura
ecclesia, quam Rex eius et Deus Christus myste-
rio suæ crucis ab huius seculi submersione
suspendit. Neque enim Deus ignorabat,
quod etiam ex illis, qui fuerant in arca ser-
vati, nasciturus erant mali, qui faciem terræ
iniquitatibus iterum implerent. Sed tamen
et exemplum futuri judicii dedit, et sanctorum
liberationem ligni mysterio pronuntiavit.
℟. Cum factum est diluvium, testamenta
seculi posita sunt apud Deum, * ne deleri possit
diluvio omnis caro. ℣. Ingressa navi judex,
orbe animæ salvæ factæ sunt per aquam: quod
et nunc similis formæ salvos facit baptisma.
* ne. Euli. 44. j. Petr. 3.

Si plura dicenda sint ℟℟. hunc ℟. 3. et 4.
erit ex feria præcedente.

Ad Vesperas duplex.

Antiphona de psalterio.

Lectio. Euli. 44.

Abraham magnus pater multitudinis
gentium, et non est inventus similis illi
in gloria: qui conservavit legem excelsi,
et fuit in testamento cum illo.
℟. br. hymnus et ℣. ex sabbatho ante
Septuagesimam.
Ad Magnif. ant. Pater noster Abraham
tentatus est, * et per multas tribulationes
probatus, Dei amicus effectus est. Judith 8.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra

actione confidimus: concede propitius; ut contra adversa omnia gratiæ tuæ protectione muniamur. Per Dominum.

## Dominica Sexagesimæ

### Solem. II. classis. 12. lect.

### Ad Vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus, ut Dominica præcedente.

### In I. Nocturno.

### Lectio I.

De libro Geneseos. cap. 12.

Dixit Dominus ad Abram: egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui; et veni in terram, quam monstrabo tibi: faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, eris que benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universæ cognationes terræ. Egressus est igitur Abram, sicut præceperat ei Dominus, et iit cum eo Lot. Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai uxorem suam, et Lot filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederant, et animas, quas fecerant in Haran: et egressi sunt, ut irent in terram Chanaan.

℟. Fide Abraham obediuit in locum exire, quem acceptarus erat in hereditatem: * Et exiit, nesciens quo iret. ℣. Egredere de terra tua, et veni in terram, quam monstrabo tibi. * Et exiit. Hebr. 11. Gen. 12.

### Lectio II.

Cumque venissent in eam, pertransiit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad convallem illustrem. Chananæus autem tunc erat in terra. Apparuit autem Dominus Abram, et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui

apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit tibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai. Ædificavit quoque ibi altare Domino, et invocavit nomen eius.

℟. Leva oculos tuos et vide: ✠ omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum. ℣. Faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi ✠ omnem. Gen. 13. 12.

## Lectio III. cap. 17.

Postquam vero nonagintа et novem annorum ipse esset, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me, et esto perfectus: ponamque fœdus meum inter me et te, et multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei Deus: ego sum, et pactum meum tecum, eritque pater multarum gentium. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamque te crescere vehementissime, et ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur.

℟. Firma est promissio omni semini, qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum: ✠ sicut scriptum est: quia patrem multarum gentium posui te. ℣. Dedit illi gloriam in gente sua, crescere illam quasi terræ cumulum. ✠ sicut. Rom. 4. Euli. 114.

## Lectio IV.

Et statuam pactum meum inter me et te, et inter semen tuum post te in generationibus suis, fœdere sempiterno: ut sim Deus tuus, et seminis tui post te. Daboque tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, et ex illa dabo tibi

filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, et reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, et risit dicens in corde suo: putas ne centenario nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet? R. Contra spem in spem credidit, et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum: et in promissione Dei non hesitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo. V. Ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac. et in pron. V. Gloria. et in prom. Rom. 4. Gen. 17.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de catechizandis rudibus. cap. 19.

Post diluvium non cessavit regnullulare malitia per superbiam et libidines et illicitas impietates, cum homines deserto creatore suo non solum ad creaturam, quam Deus condidit, captus sunt, ut pro Deo colerent, quod fecit Deus: sed etiam ad opera manuum hominum, et ad fabrorum artificia curvaverunt animas suas: ubi de illis turpius diabolus et daemonia triumpharent, quae si in talibus figmentis adorari venerarique cessarent, dum errores suos humanis erroribus pascunt. ac tum sane defuerunt justi, qui Deum pie quaererent, et superbiam diaboli vincerent, cives illius sanctae civitatis, quos regis sui Christi vera humilitas per spiritum revelata sanavit. R. Fide Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam praeter tempus aetatis: * quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. V. Visitavit Dominus Saram, et peperit filium in senectute sua. * quoniam. Hebr. 11. Gen. 21.

## Lectio VI.

Ex quibus Abraham primus et fidelis Dei servus electus est, cui demonstraretur sacramentum Filii Dei, ut propter imitationem fidei omnes fideles omnium gentium filii eius futuri dicerentur. Ex illo natus est populus, a quo unus Deus verus coleretur, qui fecit coelum et terram, cum cetere gentes simulacris et demoniis servirent. In eo plane populo multo evidentius futura ecclesia figurata est. Erat enim ibi multitudo carnalis, que propter visibilia beneficia colebat Deum. Erant ibi autem pauci, futuram requiem cogitantes, et coelestem patriam requirentes, quibus prophetando revelabatur futura humilitas Dei, Regis et Domini nostri Jesu Christi, ut per eam fidem a omni superbia et tumore sanarentur.

℟. Abraham signum accepit circumcisionis signaculum justitie fidei, et ut sit pater omnium credentium, ut reputetur illis ad justitiam. ℣. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. et ut sit. Rom. 4. Gen. 15.

## Lectio VII.

Horum sanctorum, qui precesserunt tempore nativitatem Domini, non solum fermo, sed etiam vita et coniugia et filii et fabula prophetia fuit huius tempore, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur ecclesia. Per illos sanctos Patriarchas et Prophetas carnali populo Israel, qui postea etiam Judei appellati sunt, et visibilia beneficia ministrabantur, quo carnaliter a Domino desiderabant, et coercitiones penarum corporalium, quibus pro tempore terrerentur, sicut eorum duritie congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, que ad Christum et Ecclesiam pertinerent: cuius ecclesie membra erant etiam illi sancti,

quamvis in hac vita fuerint, quam secundum carnem Christus Dominus nasceretur.

℟. Omnia in figura contingebant illis: ✱ Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt. ℣. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. ✱ Scripta. j. Cor. jo. Rom. 15.

## Lectio VIII.

Ipse enim unigenitus Dei Filius, Verbum Patris, æquale et coæternum Patri, per quod facta sunt omnia, homo propter nos factus est, ut totius ecclesiæ tamquam totius corporis caput esset. Sed velut totus homo cum nascitur, etiamsi manum in nascendo præmittat, tamen universo corpori sub capite connexa atque compacta est, quemadmodum etiam nonnulli in ipsis Patriarchis ad hujus ipsius rei signum manu promissa nati sunt: ita omnes sancti, qui ante Domini nostri Jesu Christi nativitatem in terris fuerunt, quamvis ante nati sunt, tamen universo corpori, cujus ille caput est, sub capite cohæserunt.

℟. Omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem: ✱ Deo pro nobis melius aliquid disponente, ut non sine nobis consummarentur. ℣. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus. ✱ Deo. ℣. Gloria. ✱ Deo. Hebr. 11.

## In III. Nocturno.

ant. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum: ✱ Et benedictum nomen gloriosum sanctum. Dan. 3.

Cantica et ℣. de psalterio.

## Lectio IX.

De epistola prima beati Petri apostoli.

cap. j.

Si Patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus, in tempore inhabitationis vestri tempore conversamini: scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, et dedit ei gloriam, ut fides vestra spes esset in Deo.

℟. Abraham pater circumcisionis, non iis tantum, qui sunt ex circumcisione, sed etiis, * qui vestigia sectantur vestigia fidei. ℣. Non omnes, qui semen sunt Abrahæ, omnes filii, sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. * qui. Rom. 4. 9.

## Lectio X.

Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, sine simplici ex corde invicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, et permanentis in æternum, quia omnis caro ut fœnum, et omnis gloria eius tanquam flos fœni: exaruit fœnum, et flos eius decidit, verbum autem Domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos.

℟. Deposita omni malitia et omni dolo, et simulationibus, et invidiis, et omnibus detractionibus, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. ℣. Si gustastis quoniam dulcis est Dominus. ut. 1. Petri 2. 1.

habemus Abraham: ℣. dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. ℟. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. ℣. dico. Matth. 3. fo. 8.

## Lectio XI. cap. 3.

Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. Sed cum modestia et timore conscientiam habentes bonam, ut in eo, quo detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem. Melius etenim benefacientes, si voluntas Dei velit, pati, quam male facientes.

℟. Attendite ad petram unde excisi estis, et ad cavernam laci, de quo præcisi estis: ℣. Attendite ad Abraham patrem vestrum. ℟. Semen Abraham servi eius, filii Jacob electi eius. ℣. attendite. Ps. 51. Ps. 104.

## Lectio XII.

Quia et Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu: in quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. Quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens

mortem, et vitæ æternæ heredes efficere-
mur: profectus in cælum, subjectis sibi
angelis, et potestatibus et virtutibus.
℟. ne dispipes Domine testamentum tuum,
neque auferas misericordiam tuam a nobis, ✠
propter Abraham dilectum tuum, et Isaac
servum tuum, et Israel sanctum tuum.
℣. Clamemus in cælum, et miserebitur
nostri Dominus, et memor erit testamenti
patrum nostrorum. ✠ propter. ℣. gloria. ✠
propter. Dan. 3. et Mach. 11.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 8.

In illo tempore: cum turba plurima conve-
nirent, et de civitatibus properarent ad
Jesum, dixit per similitudinem: exiit qui
seminat seminare semen suum. Et dum
seminat, aliud cecidit secus viam, et conculca-
tum est, et volucres cæli comederunt illud.
Et aliud cecidit supra petram, et natum
aruit, quia non habebat humorem. Et
aliud cecidit inter spinas, et simul exortæ
spinæ suffocaverunt illud. Et aliud cecidit
in terram bonam, et ortum fecit fructum
centuplum. Hæc dicens clamabat: qui
habet aures audiendi, audiat. Interrogabant
autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc pa-
rabola. Quibus ipse dixit: vobis datum
est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem
in parabolis, ut videntes non videant, et
audientes non intelligant. Est autem hæc
parabola. Semen est verbum Dei. qui
autem secus viam, hi sunt, qui audiunt;
deinde venit diabolus, et tollit verbum de
corde eorum, ne credentes salvi fiant.

Nam qui supra petram, quicum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: Hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas, hi sunt, qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ euntes suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

Ad Laudes matutinas ~~etiam~~.

Antiphona de psalterio. Lectio, R. br.

Hymnus et V. ex Dominica Septuagesimo.

Ad Benedict. Semen est verbum Dei: quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, * et fructum afferunt in patientia. Luc. 8.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Primam.

Ant. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam: * Amicus Dei appellatus est. Jac. 2.

Ad Tertiam.

Ant. Ego Dominus, qui eduxi te, ut darem tibi terram istam, * et possidere eam. Gen. 15.

Lectio Hebr. ii.

Fide, qui vocatur Abraham, obedivit in locum exire, quem acceptarus erat in hereditatem: et exiit, nesciens quo iret.

℣. Dominus pars hereditatis meæ et calicis mei.

℟. Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Ps. 15.

Ad Sextam.

Ant. omnem terram, quam conspicis, tibi dabo * et semini tuo usque in sempiternum. Gen. 13.

Lectio Hebr. ii.

Fide demoratus est Abraham in terra repromissionis tam in aliena, in casulis habitando cum Isaac et Jacob, heredibus repromissionis eiusdem: expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex et conditor Deus.

℣. In te Domine speraverunt patres nostri:
℟. Et salvi facti sunt. Ps. 21.

Ad Vesperas.

Ant. Per me metipsum iuravi, dicit Dominus: * benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. Gen. 22.

Lectio Hebr. 6.

Abrahe promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem iuravit per semetipsum dicens: nisi benedicens benedicam, et multiplicans multiplicabo te: et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem.

℣. Benedicentur in ipso omnes tribus terre:
℟. Omnes gentes magnificabunt eum. Ps. 71.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ut ad horas.

Lectio, Hebr. hymnus Te Deum in II. Vesperis Septuagesime.

ad Magnif. ant. Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei: * illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt. et Marc. 4.

Feria II.

Lectio I.

De libro geneseos. cap. 22.

Tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: adsum. ait illi, tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, et vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super unum

montium, quem monstravero tibi. Igitur
abraham de nocte consurgens stravit asinum
suum, ducens secum duos juvenes et Isaac
filium suum. Cumque concidisset ligna in
holocaustum, abiit ad locum, quem prae-
ceperat ei deus. Die autem tertio elevatis ocu-
lis vidit locum procul, dixitque ad pueros
suos: expectate hic cum asino; ego et puer
illuc usque properantes, postquam adora-
verimus, revertemur ad vos. ✱ Tulitque
ligna holocausti, et imposuit super Isaac
filium suum: ipse vero portabat in mani-
bus ignem et gladium. Cumque duo pergerent
simul, dixit Isaac patri suo: pater mi. at
ille respondit: quid vis fili? Ecce, inquit, ignis
et ligna, ubi est victima holocausti? Dixit
autem abraham: deus providebit sibi victi-
mam holocausti, fili mi. Pergebant ergo
pariter, et venerunt ad locum, quem osten-
derat ei deus, in quo aedificavit altare, et de-
super ligna composuit. Cumque alligasset
Isaac filium suum, posuit eum in altare super
struem lignorum. Extenditque manum,
et arripuit gladium, ut immolaret filium
suum. ✱ Et ecce angelus domini de coelo
clamavit dicens: abraham, abraham, qui
respondit: adsum. Dixitque ei: non extendas
manum tuam super puerum, neque facias
illi quidquam: nunc cognovi, quod times
deum, et non pepercisti unigenito filio tuo
propter. Levavit abraham oculos suos, vi-
ditque post tergum arietem inter vepres
haerentem cornibus, quem assumens obtu-
lit holocaustum pro filio. ✱ Vocavit autem
angelus domini abraham secundo de coelo
dicens: per memetipsum juravi, dicit
dominus: quia fecisti hanc rem, et non
pepercisti filio tuo unigenito propter me,
benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum

cut stellas coeli, et velut arenam, quae est in
labore maris: possidebit semen tuum portas
inimicorum suorum. Et benedicentur in se-
mine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti
voci meae.

℟. Fide obtulit Abraham Isaac, cum tenta-
retur, * et unigenitum offerebat, qui sus-
ceperat repromissiones, arbitrans, quia et
a mortuis suscitare potens est Deus. ℣. In
tentatione inventus est fidelis, deo iure iu-
rando dedit illi gloriam in gente sua. † uni-
genitum. Hebr. ii. Eccli. 44.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de
civitate Dei. l. 16. c. 32.

Tentatur Abraham de immolando dilectis-
simo filio ipso Isaac, ut pia eius obedientia
probaretur, seculis in notitiam proferenda,
non deo. Neque enim omnis est culpanda ten-
tatio, quia et laudanda est, qua fit probatio.
Plerumque autem animus humanus sibi
ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi
non verbo, sed experimento, tentatione quo-
dammodo interrogante, respondeat: ubi si
Deo meritus agnoverit, tunc pius est, tunc
solidatur firmitate gratia, non inflatur
vanitate iactantiae. Nunquam sane crederet
Abraham, quod victimis Deus delectaretur
humanis: gratiosis divino, intonante praecepto
obediendum sit, non disputandum. Promissio-
nem (autem dei) pater pius fideliter tenens,
quia per hanc (filium) oportebat impleri,
quem Deus iubebat occidi, non hesitavit, quod
sibi reddi poterat immolatus, qui dari po-
tuit non speratus. Sic intellectum est in
epistola ad Hebraeos, et sic expositum addi-
dit (autem): pro hoc etiam cum et huiusmodi
iudicium adduxit. Cuius similis iudicium,
nisi illius, de quo dicit idem apostolus: qui
proprio filio non pepercit, sed pro nobis

omnibus tradidit illum! Propterea dixit Isaac, sicut Dominus crucem suam, ita sibi ligna ad victimo locum, quibus fuerat imponendus, ipse portavit. Postremo quia Isaac occidi non oportebat, postea quam est pater ferire prohibitus, quis erat ille aries, quo immolato impletum est significative sanguine sacrificium? Scilicet quando eum vidit Abraham, cornibus in sentes fruticis tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, nisi Jesus, antequam immolaretur spinis Judaicis coronatus?

℟. Abraham nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? * quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est. ℣. Credidit Deo, qui vivificat mortuos, et non infirmatus est fide. * quoniam.

Jac. 2. Rom. 4.

Si plura fuerint dicenda RR. tunc erunt RR. 3. et 4. ex I. Nocturni dominicæ præcedentis.

## Feria III.

### Lectio I.

De libro geneseos. cap. 25.

Hæ sunt generationes Isaac filii Abraham: Abraham genuit Isaac, qui cum quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban. Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis: qui exaudivit eum, et dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in utero ejus parvuli; quo ait: si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? * Perrexitque, ut consuleret Dominum, qui respondens ait: duo gentes sunt in utero tuo, et duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque

opulum superabit, et maior serviet minori.
Iam tempus pariendi advenerat, et ecce gemini in utero eius reperti sunt. qui prior egressus est, rufus erat et totus in morem pellis hispidus, vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu: et ideirco appellavit eum Iacob. 9. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei parvuli. quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, et homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau eo quod de venatione illius vesceretur: et Rebecca diligebat Iacob. ℣. Coxit autem Iacob pulmentum: atque eum cum veniset Esau de agro lassus, ait: da mihi de cocta hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob: vende mihi primogenita tua. Ille respondit: en morior, quid mihi proderunt primogenita? ait Iacob: iura ergo mihi. Juravit ei Esau, et vendidit primogenita. Et sic accepto pane, et lentis edulio comedit, et bibit, et abiit: parvipendens, quod primogenita vendidisset.

℟. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, ut secundum electionem propositum dei maneret, ℣ non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia maior serviet minori, sicut scriptum est. ℟. Et cum esset frater erat Esau Iacob, dicit Dominus: et dilexi Iacob, Esau autem odio habui. ℣ non. Hom. 9. Mal. j.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de civitate dei. l. 16. c. 35.

Restiebant gemini adhuc in utero (Rebecca) inclusi: qua molestia cum angeretur, dominum interrogavit, atque responsum:

duo gentes in utero tuo sunt, et duo populi de ventre tuo separabuntur, et populus populum superabit, et maior serviet minori. quod Paulus apostolus magnum nuc intelligi gratiæ documentum: quia nondum illis natis, nec aliquid a gentibus boni seu mali, sine ullis bonis meritis eligitur minor, maiore reprobato: quando procul dubio, quantum attinet ad originale peccatum, ambo pares erant, quantum autem ad proprium, nullius eorum nullum erat. quod autem dictum est: maior serviet minori, nemo fere nostrum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudæorum minori populo christiano servaturum. Et revera, quamvis in gente Idumæorum, quæ nata est de maiore, cui duo nomina erant: nam et Esau vocabatur et Edom, unde Idumæi: hoc videri possit implectum, quia postea superanda fuerat a populo, qui ortus est ex minore, id est Israelitico, eique futura fuerat subjecta: tamen in aliquid maius intentam fuisse istam prophetiam, congruentius creditur. Et quid est hoc, nisi quod in Iudæis et christianis cernitur impletur?

℟. Vis fuis replebitur stultus, et super eum erit vir bonus; innocens credit omni verbo: * stultus cito transfilit et confidit. ℣. comedit et bibit, et abiit, parvipendens, quod primogenita vendidisset. * stultus. Prov. 14. Gen. 25.

℟. 2. Apparuit Dominus Isaac, et ait: benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: * eo quod obedierit Abraham voci meæ, et custodierit præcepta et mandata mea. ℣. Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum, propter servum meum Abraham. * eo quod. Gen. 26.

℟. 3. Ero tecum et benedicam tibi: * complens juramentum, quod spopondi Abraham

Patrino. V. Gr. Isaac eodem modo fecit
dominus propter Abraham patrem eius,
benedictionem omnium dedit illi. * complens.
V. gloria. * complens. gen. 26. Euli. 44.

## Feria IV.

### Lectio I.

De libro geneseos. cap. 27.

Benedicens Isaac Jacob filio suo ait: ecce
odor filii mei sicut odor agri pleni, cui bene-
dixit dominus. Det tibi deus de rore caeli
et de pinguedine terrae abundantiam fru-
menti et vini. Et servient tibi populi, et
adorent te tribus: esto dominus fratrum
tuorum, et incurventur ante te filii matris
tuae: qui maledixerit tibi, sit ille maledictus,
et qui benedixerit tibi, benedictionibus
repleatur. * Vix Isaac sermonem imple-
verat, et egresso Jacob foras venit Esau,
coctosque de venatione cibos intulit patri
dicens: surge pater mi, et comede de vena-
tione filii tui, ut benedicat mihi anima
tua. Dixitque illi Isaac: quis enim es tu?
qui respondit: ego sum filius tuus primo-
genitus Esau. Expavit Isaac stupore vehe-
menti, et ultra quam credi potest, admi-
ratus ait: quis igitur ille est, qui dudum
captam venationem attulit mihi, et comedi
ex omnibus, priusquam tu venires? bene-
dixique ei, et erit benedictus. ℣. Auditis
Esau sermonibus patris, irrugiit clamore
magno, et consternatus ait: benedic etiam
et mihi pater mi. qui ait. venit germa-
nus tuus fraudulenter, et accepit benedictio-
nem tuam. Dominum tuum illum con-
stitui, et omnes fratres eius servituti
illius subjugavi, frumento et vino sta-
bilivi eum. Et tibi post hoc, fili mi, ve-
tra quid faciam? * cui Esau: num

unam, inquit, tantum benedictionem habes pater? mihi quoque, obsecro, ut benedicas. cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum: in pinguedine terre, et in rore coeli desuper erit benedictio tua. vives in gladio, et fratri tuo servies: tempusque veniet, cum excutias et solvas iugum eius de cervicibus tuis.

℟. Esau cupiens hereditare benedictionem reprobatus est: * non enim invenit poenitentiae locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam. ℣. Ne quis profanus sit, ut Esau, qui propter unam esam vendidit primitiva sua. * non. Hebr. 12.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de civitate Dei. l. 16. c. 37.

Primatus maioris transfunditur in minorem ex pacto et placito inter illos, eo quod lenticulam, quem cibum minor paraverat, maior immoderatius concupivisset eoque pretio primogenita sua fratri iuratione interposita, vendidit. Ubi discimus, nivescendo non cibi genere, sed aviditate immoderata quemque culpandum. Senescit Isaac, eiusque oculis per senectam visus auferitur. Vult benedicere filium maiorem, et pro illo nesciens benedicit minorem pro fratre maiore, qui erat pilosus, se paternis manibus supponentem, hedinis sibi pellibus aptatis velut aliena peccata portantem. Quis est iste ineffabilis perpendenda benedictione dolus hominis sine dolo? Quis est dolus simplicis, qui fictio non mendacii, nisi profundum mysterium veritatis! Benedictio igitur Jacob, praedicatio Christi est in omnibus gentibus. Hoc fili hoc agitur; lex et prophetia est Isaac. Christus noster etiam ex ore Judaeorum, quamvis erraticum, sed tamen

gem prophetasque cantandum bene dicitur,
& est, veraciter dicitur; et alius benedici puta-
tur, qui a bcis erranibus exspectabatur. Huc
benedictionem promissam repetente maiore
exspavescit Isaac, et alium pro alio se benedixisse
cognoscens mirabatur, et quis nam ille sit, per-
quirebat: nec tamen se deceptum esse con-
queritur; imo confestim revelato sibi intus
in corde magno sacramento de vitulo indig-
nationem, confirmat benedictionem. Quis
non hic maledictionem potius exspectaret
iratus, si hoc non superna inspiratione, sed
terreno more gereretur? Tres gestas, sed pro-
phetice gestas; in terra, sed coelitus: per homi-
nes, sed divinitus!

℟. Testamentum confirmavit Dominus
super caput Jacob, agnovit eum in benedictio-
nibus suis, * et dedit illi hereditatem, et di-
visit illi partem in tribubus duodecim. ℣.
Fide de futuris benedixit Isaac Jacob. * et dedit.
Eccli. 44. Hebr. 11.

℟. 6. Profugum iræ fratris iustum sapientia
deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum
Dei, * et dedit illi scientiam sanctorum. ℣.
conservavit illi homines misericordiæ, inve-
nientes gratiam in oculis omnis carnis. *
et dedit. Sap. 10. Eccli. 44.

℟. 4. Vidit Jacob Dominum dicentem sibi:
crescemen tuum, quasi pulvis terræ: * et †
benedicentur in te, et in semine tuo cunctæ
tribus terræ. ℣. Non dixit: et seminibus,
quasi in multis; sed quasi in uno: et semini
tuo, qui est Christus. †. bened. ℣. gloria.
† benedicentur. Gen. 28. Gal. 3.

Feria V.

Lectio 1.

De libro Geneseos. cap. 39. 40.

Joseph ductus est in egyptum; emitque
eum Putiphar eunuchus Pharaonis, prin-
ceps exercitus, vir egyptius, de manu Ismaelita-
rum, a quibus perductus fuerat. Fuitque
Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere
agens, habitavitque in domo domini sui, qui
optime noverat, Dominum esse cum eo, et
omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu
illius: invenitque Joseph gratiam coram
domino suo, et ministrabat ei: a quo præ-
positus omnibus gubernabat creditam sibi
domum, et universa, quæ ei tradita fue-
rant. ✠ Ait Cautem domina eius ad mari-
tum: Ingressus est ad me servus Hebræus,
quem adduxisti, ut illuderet mihi: cumque
audisset me clamare, reliquit pallium,
quod tenebam, et fugit foras. His auditis
dominus, et nimium credulus verbis con-
jugis, iratus est valde, tradiditque Joseph
in carcerem, ubi vincti regis custodiebán-
tur, et erat ibi clausus. Fuit autem Do-
minus cum Joseph, et misertus illius de-
dit ei gratiam in conspectu principis car-
ceris: qui tradidit in manu illius univer-
sos vinctos, qui in custodia tenebantur,
et quidquid fiebat, sub ipso erat. Nec nove-
rat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus
enim erat cum illo, et omnia opera eius
dirigebat. ℣. Dixit Cautem Pharao ad
Joseph: quia ostendit tibi Deus omnia, quæ
locutus es, numquid sapientiorem et
consimilem tui invenire potero? Tu
eris super domum meam, et ad tui oris
imperium cunctus populus obediet:
uno tantum regni solio te præcedam.
Dixitque rursus Pharao ad Joseph: ecce
constitui te super universam terram
Ægypti. Tulitque annulum suum de
manu sua, et dedit eum in manu eius:
vestivitque eum stola byssina, et collo

orquem auream circumposuit. ✠ Jeulque
um ascendere super currum suum secundum,
clamante preconе, ut omnes coram eo
genu flecterent, et prepositum esse sirent
universe terre Egypti. Dixitque rex ad
Joseph: ego sum Pharao: absque tuo imperio
non movebit quisquam manum aut pedem
in omni terra Egypti. Vertitque nomen
eius, et vocavit eum lingua Egyptiaca
Salvatorem mundi.

℟. Misit ante eos virum, in servum venum-
datus est Joseph: ✠ humiliaverunt in compedi-
bus pedes eius. ℣. Fratres vendiderunt Jo-
seph Ismaelitis viginti argenteis, qui duxe-
runt eum in Egyptum. ✠ humil. ℣. Jos. 104. Gen. 37.

## Lectio II.

### Sermo sancti Joannis Chrysostomi. hom. 65. in gener.

Hec omnia facta sunt in figuram futurorum,
ut in umbra multo antea veritatis res descri-
berentur. Misit. Misit Joseph ad fratres
abiit invisum eos, illi neque fraternitatem,
neque adventus causam reverti primum quidem
de occidendo illo deliberabant, postea autem ven-
diderunt barbaris: ita et Dominus noster suam
servans misericordiam, advenit in visus humanum
genus, et susceptа nostra forma carne dignatus
fuit frater noster, sic advenit. Sed ingrati Judei
animarum corporumque medium, innumera
miracula quotidie patrantem, occidere conati
sunt, et opere compleverunt animo suo decre-
tam eadem, ac crucifixerunt eum, qui propter
nostram salutem servi formam suscipere dig-
natus est. Misit quidem apprehensum, et cruci
tradidum occiderunt: illi autem confutabant
quidem, sed opere, quod confutebant, non
impleverunt. Oportebat autem figuram
minus habere, quam veritatem: quia alio-
quin non fuisset figura eorum, que postha

futura erant. Propterea illic quidem quasi in umbra prosignata sunt. Et considera negotium. Non occiderunt, sed vendiderunt, et vestem hodi sanguine inquinantes dederunt patri persuadere volentes, occisum fuisse filium suum. Vides, omnia hæc facta esse, ut quasi in umbra imago illa rerum fieret, et veritas custodiretur.

℟. Sapientia venditum justum non dereliquit, descenditque cum illo in foveam; * in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni. ℣. Misit rex et solvit eum, constituit eum dominum domus suæ, et principem omnis possessionis suæ.

* in vinculis. Sap. 10. Bf. 104.

Si plura dicenda sint ℟℟. ad Dum hunc ex feria sequente.

## Feria VI.

### Lectio I.

De libro geneseos. cap. 45. 46.

Dixit Joseph fratribus suis: ego sum Joseph: adhuc pater meus vivit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. ad quos ille clementer: accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope, ego sum, ait, Joseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. * Biennium est enim, quod cœpit fames esse in terra, et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti. Præmisitque me Deus, ut reservemini super terram, et escas ad vivendum habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universæ domus ejus,

re principem in omni terra Aegypti. ℣.
Festinate & ascendite ad patrem meum, &
dicetis ei: hæc mandat filius tuus Joseph:
Deus fecit me dominum universæ terræ
Aegypti, descende ad me, ne moreris. Et habi-
tabis in terra Gesen, eris que juxta me tu, &
filii tui, & filii filiorum tuorum, oves
tuæ, & armenta tua, & universa quæ
possides. Ibique te pascam, ne & tu pereas,
& domus tua, & omnia quæ possides. Dimisit
ergo fratres suos, & proficiscentibus ait:
ne irascamini in via. ✱ Qui ascendentes
ex Aegypto venerunt in terram Chanaan
ad patrem suum Jacob. Et nuntiaverunt
ei dicentes: Joseph filius tuus vivit, & ipse
dominatur in omni terra Aegypti. quo
audito Jacob quasi de gravi somno evigilans,
tamen non credebat eis. Illi contra refe-
rebant omnem ordinem rei. cumque vidis-
set plaustra & universa, quæ miserat, re-
vixit spiritus eius, & ait: sufficit mihi,
si adhuc Joseph filius meus vivit: vadam &
videbo eum, antequam moriar. Profectusque
est Israel cum omnibus, quæ habebat,
venitque in Aegyptum cum omni semine suo.
℟. Cum audisset Jacob, esse frumentum in
Aegypto, misit patres nostros primum: ✱ &
in secundo cognitus est Joseph a fratribus suis.
℣. Ecce nomen natus est ut Joseph, qui natus est
homo princeps fratrum, firmamentum
gentis, rector fratrum, stabilimentum
populi. ℟. in secundo. Act. 7. Luc. 19.

## Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
Hom. 65. in Gen.

Perpetuæ memoriæ commendetis, continuo
in mente vestra versantes & cogitantes,
quantam patientiam justi sustinuerint,

quamque longanimitatem & fidem in promissionibus Dei habuerint, non animo fluctuantes propter ea, quæ post promissiones eveniebant: sed fidentes ejus, qui promiserat, virtuti, omnia æquo animo ferebant, & propterea celebres & clari fuerint. Hæc enim & justus ille Joseph[us], postquam 40 annis luxit quasi mortuum, vidit regnum Ægypti tenere: & admirabilis Joseph post servitutem, post carcerem, post alia omnia, quæ sustinuit, principatum totius regionis suscepit. Et si adire voluerimus eas, quæ in sacra scriptura continentur, historias, inveniemus omnes virtute præditos per tentationes ingressos, & sic magnum a Deo apertos auxilium. Si ergo divinam nobis benevolentiam conciliare volumus, ne simus anxii in tentationibus, nec gravatim feramus, quæ nobis obveniunt: sed magis gaudeamus & lætemur fide corroborati, scientes nos hac ratione potissimum divina providentia fruituros esse, si cum gratiarum actione omnia ferre meditemur.

℟. Mittens Joseph accersivit Jacob patrem suum, & omnem cognationem suam: ✝ & descendit Jacob in Ægyptum. ℣. Intravit Israel in Ægyptum, & Jacob advena fuit in terra Cham. ✝ & c. ad. ℣. Ps. 104.

℟. 3. Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum: ✝ quia in gentem magnam faciam te ibi. ℣. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te revertentem. ✝ quia. Gen. 46.

℟. 4. Dixit Jacob ad Joseph: ✝ jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. ℣. Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Deus semen tuum. ✝ jam. ℣. Gloria. ✝ jam. Gen. 46. 48.

Sabbato.

## Lectio I.

De libro Geneſis. cap. 49.

Vocavit autem Jacob filios ſuos, et ait eis: congregamini, et annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus noviſſimis. Congregamini et audite filii Jacob, audite Iſrael patrem veſtrum. Juda te laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda, ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti ut leo, et quaſi leena, quis ſuſcitabit eum? ℣. Non auferetur ſceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, et ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum, et ad vitem o fili mi aſinam ſuam. Lavabit in vino ſtolam ſuam, et in ſanguine uvæ pallium ſuum. Filius accreſcens Joſeph, filius accreſcens et decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Sed exaſperaverunt eum, et jurgati ſunt, invideruntque illi habentes jacula. ℣. Sed in forti arcus ejus, et diſſoluta ſunt vincula brachiorum et manuum illius per manum potentis Jacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Deus patris tui erit adjutor tuus, et omnipotens benedicet tibi. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret deſiderium collium æternorum: fiant in capite Joſeph, et in vertice Nazarei inter fratres ſuos. ℣. Omnes hi in tribus Iſrael duodecim: hoc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque ſingulis benedictionibus propriis. Et præcepit eis dicens: ego congregor ad populum meum, ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici. Finitisque mandatis, quibus filios ſuos inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum et obiit: appoſitusque eſt ad populum ſuum.

℟. Benedixit Jacob filiis Joseph, et ait: * Deus, qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem, benedicat pueris istis. ℣. Fide Jacob moriens, singulos filiorum Joseph benedixit. * Deus. Gen. 48. Hebr. 11.

## Lectio II.

### Sermo sancti Joannis Chrysostomi. hom. 67. in Gen.

Considera justum, quomodo congregatis liberis, natalium servato ordine unicuique congruentem de vel maledictionem vel benedictionem. Benedictio Jude data mystica est, prosignans omnia quæ ad Christum attinent. quia ex hac tribu exorituras erat Christus secundum dispensationis rationem, propterea spiritu sancto afflatus Jacob, prædicit per ea, quæ in Judam dicuntur, non solum descensum Domini ad homines, sed et mysterium, et crucem et sepulturam, et resurrectionem, et ut semel dicam omnia, posthæc et tempus quoque manifeste declarat, quod adventurus sit Christus secundum dispensationis rationem. Vide (autem) quomodo nobis totum mysterium insinuavit. Sciunt, qui mihi adsunt, quod dictum est: lavabit in vino stolam suam. Stolam puto corpus dici, quod propter dispensationem ferre dignatus est. Deinde ut diligenter discas, vinum quid appellavit, subdit: et in sanguine uvæ amictum suum. Vide, quomodo sanguinis nomine crucem nobis et occisionem significet, et omnem mysteriorum dispensationem.

℟. Fecerunt filii Jacob, sicut præceperat eis, * et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum. ℣. Præcipit Jacob dicens: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici. * et. Gen. 50. 49.

R. d. Locutus est Joseph fratribus suis: post mortem meam Deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista: ✝ asportate ossa mea vobiscum de loco isto. ℣. Fide Joseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, et de ossibus suis mandavit. ✝ asportate. Gen.

R. 4. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, et confitentes: ✝ quia peregrini et hospites sunt super terram. ℣. Transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. ✝ quia. ℣. gloria. ✝ quia. Hebr. ij. j. Baral. 6.

## Ad vesperas. Duplex. antiphonæ de psalterio.

### Lectio Hebr. ij.

Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere incunditatem.

R. br. Hymnus et R. ex Sabbato ante septuagesimam.

Ad Magnif. ant. Moyses dilectus Deo et hominibus: ✝ cujus memoria in benedictione est. Eccli. 45.

### Oratio sacr. Greg.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos adversitate custodi. Per Dominum.

## Dominica in Quinquagesima.

Dupl. mai. j2. lect.

### Ad vigilias nocturnas.

Invit. Hymnus ut in septuagesima.

## In I. Nocturno.

### Lectio I.

De libro Exodi. cap. 1.

Joseph mortuo et universis fratribus eius, omnique cognatione illa, filii Israel creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis implevere terram. Surrexit interea rex novus super Aegyptum, qui ignorabat Joseph: et ait ad populum suum: ecce populus filiorum Israel multus et fortior nobis est. venite sapienter opprimamus eum. Praeposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus. quantoque opprimebant eos tanto magis multiplicabantur et crescebant. Praecepit ergo Pharao omni populo suo dicens: quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proicite: quidquid feminini reservate.

℟. Cum appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahae, crevit populus et multiplicatus est: ✠ quoadusque surrexit alius rex, qui non sciebat Joseph. ℟. auxilia domini nus populum suum vehementer, et firmavit eum super inimicos eius. ✠ quoadusque.

Act. 7. Bf. 104.

### Lectio II. cap. 2.

Egressus est post haec vir de domo Levi, et accepit uxorem stirpis suae, quae concepit et peperit filium: et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, et linivit eam bitumine ac pice, posuitque in ea infantulum, et exposuit eum in carecto ripae fluminis, stante procul sorore eius, et considerante eventum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine: et puellae eius gradiebantur per crepidinem alvei. quae cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam e famulabus suis, et allatam aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, miserta eius ait: De infantibus Hebraeorum est hic.

℣. Tide eMoyses natus, ecnutritus est mensibus
tribus a parentibus suis, eo quod vidisset elegan-
tem infantem: ✠ et non timuerunt regis edictum.
℟. eVitus est eMoyses, et fuit gratus Deo, qui
nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.
✠ et non. Hebr. 11. ach. 7.

## Lectio III.

Cui soror pueri, vis, inquit, ut vadam et vocem
tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit
infantulum? Respondit: vade. Perrexit puella
et vocavit matrem suam, adquam locuta fi-
lia Pharaonis: accipe, ait, puerum istum, et nutri
mihi: ego dabo tibi mercedem ~~accam~~ tuam. Sus-
cepit mulier, et nutrivit puerum, adultumque
tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptavit
in locum filii, vocavitque nomen ejus Moyses,
dicens: quia de aqua tuli eum.
℟. Expositio illo post ulciscetur filia Pharaonis,
et nutrivit: ✠ et eruditus est omni sapientia
Ægyptiorum, et erat potens in verbis et in ope-
ribus suis. ℣. Adoptavit eum in locum filii,
vocavitque nomen ejus Moyses. ✠ et. ach. 7. Exod. 2.

## Lectio IV.

In diebus illis postquam creverat Moyses, e-
gressus est ad fratres suos: vidit que afflictionem
eorum, et virum Ægyptium percutientem
quemdam de Hebræis fratribus suis. cumque
circumspexisset huc atque illuc, et nullum adesse
vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo.
Egressus die altero conspexit duos Hebræos
rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam:
quare percutis proximum tuum? qui respondit:
quis te constituit principem et judicem super
nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti
Ægyptium? Timuit Moyses et ait: quomodo
istud factum est verbum istud? audivitque
Pharao sermonem hunc, et quærebat occidere
Moysen: qui fugiens, de conspectu ejus, moratus
est in terra Madian.
℟. Cum impleretur Moysi quadraginta an-
norum tempus, ascendit in cor ejus, ut visitaret

fratres suos filios Israel: * existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis. ℣. Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis. * exist. ℟. gloria. exist. ad. 4. Hebr. 11.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

De expositione sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini. l. 1. Glaphyr. in Exod.

Ea, quæ de Mose scripta sunt, in typum ac præfigurationem salutis, quæ nobis per Christum collata est, referenda sunt. Vide (igitur) quomodo cum masculis omnibus insidias moliri jussisset Pharao, mulier quidem, quæ peperera, omnes ad infantem demittens vero deinceps et includens fiscella scirpea reponit illum in arundinem et abiicit in lacum: mox tamen ipsum recipit in ipsis aquis inventum persecutoris ipsius filia. (Sic) Emmanuel latuit quidem initio principem mundi, postquam autem pervenit ad ætatem, tunc synagoga, quæ ipsum peperit, inflamata ad eadem patranda concluxit eum in sepulcrum. Sed Pharaonis filia, hoc est, ecclesia gentium, etsi patrem Satanam habuerit, invenit ipsum ad aquas, quæ typum gerunt sancti baptismi, per quem et in quo Christus reperitur.

℟. Maiores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi, fide reliquit Ægyptum: * aspiciebat enim in remunerationem. ℣. Fugit Moyses et factus est advena in terra Madian. * aspiciebat. Hebr. 11. ad. 4.

### Lectio VI.

Moses iam adultus exivit ad fratres suos. Verus siquidem est divinus Paulus ita scribens: quando venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Egressus est igitur ad fratres suos, hoc est, ad filios Israel. Ipse rum enim sunt

promissiones, ipsorum dem patres, quibus promissiones facte sunt. Unde et ipse dixit: non sum missus, nisi ad oves perditas domus Israel. Verum enimuero cum reperiret nonnullos graui atque intolerandatyrannide oppressos: insectabat enim eis predabundus Satanas: et liberare contendit, atque ab omni afflictione vindicare. Cumque interfecisset quodam modo eum, qui nos iniuria afficiebat, occuluit in terra, hoc est, in subterraneis partibus constituit, concludens in infernum. Hoc enim esse censeo, morbum Egyptium in sabulo abscondere.

℟. Cum vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum: ✠ et fecit ultionem ei, qui iniuriam sustinebat. ℣. Cum nullum adesse vidisset, percussum Egyptium abscondit in sabulo. ✠ et fecit. ad. v. Exod. 2.

## Lectio VII.

Moses accusabatur, quod occidisset Egyptium, qui tamen afflixerat atque vexarat, et intolerabili vi Hebreorum greges oppresserat. Christus autem cum malos demones in abyssum coniiceret, atque a tyrannide, quam in nos exercebant, etiam inuitos prohiberet, minime expellendo ab iis, quos vexabant, iam aliqui deo maiori admiratione esse deberet, tamen calumniatorum criminationem non subterfugit. Ausi enim fuerunt dicere, prodigiorum editionem verbetes magicam esse: iste non ejicit demonia, nisi in Beelzebub principe demoniorum.

℟. Explectis annis quadraginta apparuit Moysi in deserto montis Sina angelus in igne flamme rubi: ✠ Moyses autem videns admiratus est visum. ℣. Apparuit ei Dominus, et videbat, quod rubus arderet, et non combureretur. ✠ Moyses. ad. v. Exod. 3.

## Lectio VIII.

Depulso igitur in infernum satana, hominibusque ab ipsius tyrannide liberatis, vocavit deinceps ad nobiliam virtutis. Verum propterque admiratione dignus videbatur, ob hoc ipsa impie derisus necessario emigravit relicta Judea, in qua tamen secundum carnem natus erat, etsi secundum veritatem Judeus non erat, utpote Verbum: Sed de supernis, et e coelo, et ex Patre: ut fere etiam divinus Moses natus quidem fuit in Egypto, sed erat Hebraeus ex Hebraeis, paternam radicem nobilem ac sanctam habens. Ideoque cum ipsi, qui cognati ipsi erant, vexarent eum probris, atque pro ipsis suscepta erant, summopere calumniarentur, concessit demum in Madian, regionemque alienigenarum frequentavit. Discessit igitur Moses ex Egypto in Madian: eodem modo et Christus ex Judea in Galilaeam.

℟. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum; sed veni et mittam te ad Pharaonem: * ut educas populum meum filios Israel de Egypto. ℣. Hunc Moysen, quem negaverunt, Deus principem et redemptorem misit. * ut. ℣. gloria.

* ut. Exod. 3. ad. 7.

### In III. Nocturno.

Ant. In te Domine speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos: * ad te clamaverunt et salvi facti sunt. Ps. 21.

Cantica et ℣. de Psalterio.

## Lectio IX.

De epistola prima beati Petri apostoli.

cap. 4.

Christo passo in carne et nos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis: ut iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat tempore. Sufficit enim praeteritum

tempus ad voluntatem gentium confirmandam, his qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus et illicitis idolorum cultibus. In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxurie confusionem blasphemantes. Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare vivos et mortuos.

℟. Dixit Dominus ad Moysi: vide, ut omnia ostenta facias coram Pharaone: ✠ ego autem indurabo cor eius, et non dimittet populum.

℣. Deus cuius vult miseretur, et quem vult, indurat. Exod. 4. Rom. 9.

## Lectio X.

Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est: ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque prudentes, et vigilate in orationibus: ante omnia autem mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

℟. Dicit scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitavi, ut ostendam in te virtutem meam, ✠ et ut annuntietur nomen meum in universa terra. ℣. Ego indurabo cor eius, et servorum illius, ut faciam signa mea in eo. ✠ ut supra. Rom. Exod. 10.

## Lectio XI. cap. 5.

Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret:

cui resistite fortes in fide, scientes eamdem passionem ei, quæ in mundo est, vestro fraternitati fieri.

℟. Nunc videbis, quæ facturus sum Pharaoni: * per manum enim fortem dimittet eos, et in manu robusta eiiciet illos de terra sua. ℣. Ego ego ad Pharaonem regem Ægypti, et comminuam brachium eius. * per manum. Exod. 6. Ezech. 30.

## Lectio XII.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque: ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. amen. Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi: obsecrans et contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta, et Marcus filius meus. Salutate invicem in osculo sancto. gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. amen.

℟. Misit Deus Moysen servum suum, Aaron quem elegit ipsum: * posuit in eis verba signorum suorum, et prodigiorum in terra cham. ℣. Ingressi Moyses et Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. * posuit. ℣. gloria. * posuit. Ps. 104. Exod. 4.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 18.

In illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim, et ait illis: ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia, quæ scripta per prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur: et postquam flagellaverint, occident eum, et tertia die resurget. Ipsi nihil horum intellexerunt, et erat verbum istud

scendunt abeis, et non intelligebant,
quo dicebantur. Factum est autem, cum
appropinquaret Jericho, cæcus quidam sede-
bat secus viam, mendicans. Et cum audiret
turbam prætereuntem, interrogabat, quid
hoc esset. Dixerunt autem ei: quod Jesus
Nazarenus transiret. Et clamavit dicens:
Jesu fili David miserere mei. Et qui præibant,
increpabant eum, ut taceret. Ipse vero mul-
to magis clamabat: Fili David miserere mei.
Stans autem Jesus, jussit illum adduci ad se.
Et cum appropinquasset, interrogavit illum
dicens: quid tibi vis faciam? at ille dixit:
Domine, ut videam. Et Jesus dixit illi: respi-
ce, fides tua te salvum fecit. Et confestim
vidit, et sequebatur illum magnificans
Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem
Deo.

Ad Laudes matutinas ~~et horas~~.

Antiphona de Psalterio. Lectio R. br.
hymnus et V. ex Dominica septuagesimo.

Ad Benedictus. Ecce ascendimus Jerosolymam,
et consummabuntur omnia, quæ scripta
sunt per prophetas de Filio hominis. Luc. 18.

Oratio ex 1. Vesperis.

Ad Primam.

Ant. Peregrinum erit semen tuum in terra
non sua: et subjicient eos servituti, et
affligent eos. Gen. 15.

Ad Tertiam.

Ant. Gentem cui servituri sunt, ego judica-
bo: et post hoc egredientur. Gen. 15.

Lectio Isa. 52.

Hæc dicit Dominus Deus: in Ægyptum des-
cendit populus meus in principio, ut colonus
esset ibi: et Assur absque ulla causa calum-
niatus est eum.
℣. Populum tuum Domine humiliaverunt:
℟. Et hæreditatem tuam vexaverunt. Ps. 93.

## Ad Sextam.

Ant. Erit Dominus vobiscum: * reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Gen. 48.

### Lectio Exod. 6.

Scietis quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum: et induxerim in terram, super quam levavi manum meam, ut darem eam Abraham, Isaac et Jacob: ego Dominus.

℣. Qui malignantur, exterminabuntur:

℟. Sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram. Ps. 36.

## Ad Nonam.

Ant. In prophetâ eduxit Dominus Israel de Ægypto: * sic prophetâ servatus est. Ose. 12.

### Lectio Exod. 6.

Locutus est Dominus ad Moysen et Aaron, et dedit mandatum ad filios Israel, et ad Pharaonem regem Ægypti, ut educerent filios Israel de terra Ægypti.

℣. Deduxisti sicut oves populum tuum Domine:

℟. In manu Moysi et Aaron. Ps. 76.

## Ad II. Vesperas.

Antiphona ut ad horas. Lectio. ℟. br. hymnus et ℣. ex II. Vesperis Septuagesimæ.

Ad Magnif. ant. Cæcus sedebat iuxta viam, et clamabat: * Fili David miserere mei. Marc. 10.

## Feria II.

### Lectio I.

De libro Exodi. cap. 11. 12.

Dixit Dominus ad Moysen: adhuc una plaga tangam Pharaonem et Ægyptum, et post hæc dimittet vos, et exire compellet. Dixit (Moyses) hæc dicit Dominus: media nocte egrediar in Ægyptum, et morietur

more primogenitum in terra Aegyptiorum
a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio
suo, usque ad primogenitum ancillæ, quæ est
ad molam, et omnia primogenita jumentorum.
Factusque clamor magnus in universa terra
Aegypti, qualis nec ante fuit, nec postea fu-
turus est. ✠ Descendentque omnes servituti isti
ad me, et adorabunt me dicentes: egredere tu, et
omnis populus, qui subjectus est tibi: post hoc
egrediemur. Et exivit a Pharaone in ira nimia.
Dixit autem Dominus ad Moysen: non audiet vos
Pharao, ut multa signa fiant in terra Aegypti.
Moyses autem et Aaron fecerunt omnia ostenta,
quæ scripta sunt, coram Pharaone. Et indura-
vit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios
Israel de terra sua. ℣. Factum est autem
in noctis medio, percussit Dominus omne
primogenitum in terra Aegypti, a primoge-
nito Pharaonis, qui in solio eius sedebat,
usque ad primogenitum captivæ, quæ erat
in carcere, et omne primogenitum jumento-
rum. Surrexitque Pharao nocte, et omnes
servi eius, cunctaque Aegyptus, et ortus est
clamor magnus in Aegypto: neque enim erat
domus, in qua non iaceret mortuus. ✠ Voca-
vitque Pharao Moysen et Aaron nocte, ait:
Surgite et egredimini a populo meo, vos et
filii Israel, ite, immolate Domino, sicut
dicitis. Oves vestras et armenta assumite,
ut petieratis, et abeuntes benedicite mihi.
Habitatio autem filiorum Israel, qua mo-
rati sunt in Aegypto, fuit quadringentorum
triginta annorum. Quibus expletis eadem
die egressus est omnis exercitus Domini de
terra Aegypti.

℟. Dixit Dominus. ex III. et sol. Dominica præced.
Si plura sint dicenda ℟ℛ. tunc ℟. 2. et Nunc
videbis. et ℟. 3. et Nisi Deus. ex eodem nocturno. et ℟. 4. ut infra.

## Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de catechizandis rudibus. cap. 20.

Populus delatus in Ægyptum servivit regi iniquissimo, & gravissimis laboribus eruditus quo fuerit liberatorem Deum: & missus est eis unus de ipso populo sanctus Dei servus Moyses, qui in virtute Dei magnis miraculis terrens hunc impiam gentem Ægyptiorum, eduxit inde populum Dei per mare rubrum; ubi discedens aqua viam præbuit transeuntibus: Ægyptiis autem cum eos persequerentur, redeuntibus in se fluctibus demersi exstincti sunt. Sic quemadmodum per diluvium aquis terra purgata est a nequitia peccatorum, qui hunc in illa inundatione delicti sunt, & justi evaserunt per lignum; sic ex Ægypto exiens populus Dei per aquas sit inventus, quibus ipsorum hostes consumti sunt. Nec ibi defuit ligni sacramentum: nam virga peracepit Moyses, ut illud miraculum fieret. Utrumque signum est sanctis baptismi, per quod fideles in novam vitam transeunt, peccata vero eorum tamquam inimici delentur atque moriuntur. Apertius autem Christi passio in illo populo figurata est, cum jussi sunt ovem occidere, & manducare, & de sanguine eius postes suos signare, & hoc celebrare omni anno, & appellare pascha Domini. Manifestissime quippe prophetia de Domino Jesu Christo dicit, quia tamquam ovis ad immolandum ductus est.

℟. Sapientia populum justum & semen sine querela * Liberavit a nationibus, quæ

illum deprimebant. ℣. Reddidit justis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in via mirabili. ✠ liberavit. Sap. 10.

## Feria III.

### Lectio I.

De libro Numerorum. cap. 14.

Dixit Dominus ad Moysen: omnes homines, qui viderunt majestatem meam, et signa, quæ feci in Ægypto et in solitudine, et tentaverunt me jam per decies vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum, nec quisquam ex illis, qui detraxit mihi, intuebitur eam. ✠ Locutus quoque Dominus Dominus ad Moysen et Aaron dicens: usquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audivi. Dic ergo eis: vivo ego, ait Dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadavera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis et supra, et murmurastis contra me, non introibitis terram, super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem. ℣. Parvulos autem vestros, de quibus dixistis, quod præda hostibus forent, introducam: ut videant terram, quæ vobis displicuit. Vestra cadavera iacebunt in solitudine. Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, et portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto, juxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur. ✠ Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, et scietis ultionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic

pessimo, quo conspurcavit adversum me: in solitudine hac deficiet et morietur. Locutusque est Moyses universa verba hæc ad omnes filios Israel, et luxit populus nimis.

℟. Adduxi vos quadraginta annis per desertum: * non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. ℣. Ego sum, qui ascendere vos feci de terra Ægypti, et duxi vos in deserto quadraginta annis. * non. Deut. 29. Amos. 2.

Si dicenda sint plura ℟. hunc erit

℟. 2. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, non crediderunt verbo ejus, et murmuraverunt in tabernaculis suis: * non exaudierunt vocem Domini. ℣. Noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt, et aversi sunt cordibus suis in Ægyptum. * non. Ps. 105. ant. 4.

℟. 3. Quadraginta annis offensus fui generationi illi, et dixi: * semper hi errant corde, et non cognoverunt vias meas. ℣. Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne illis, qui peccaverunt? * semper. Ps. 94. Hebr. 3.

## Lectio II.

Sermo Sancti Cæsarii Episcopi Arelatensis.

Serm. 29. Inter opera S. August. append. Tom. V.

Scire et intelligere debemus, fratres dilectissimi, quia senior populus Judæorum, qui propter incredulitatem in deserto mortuus est, significavit priorem populum Judæorum: parvuli vero eorum, id est, junior populus, figuravit populum gentium. Siquidem seniore populo mortuo junior terram repromissionis accepit: ita reprobato Judæo-

cum populo ùniori populus christianorum
gratiam divinæ benedictionis obtinuit.
Tamen fratres charissimi! non transito-
rie vel negligenter, sed cum ingenti timore
considerandum est, quia de[rde] sexcentis millibus
duobus tantum terram repromissionis ingressi
sunt. Hoc cum grandi semper metu et soli-
citudine cogitemus, et sic amemus dei mise-
ricordiam, ut tamen justitiam timeamus.
Tacuit modo et tacet, sed non semper tacebit.
Novo enim pro ineffabili pietate sua non
solum nos admonet, sed etiam rogat, ut nos
a peccatis mortiferis revocemus. Audiamus
illum, dum rogat, ne nos postea non audiat
ille dum judicat. Quis enim non expavescat
et metuat, quod per quadraginta dierum
spatio annis quadraginta populus Judæorum
pœnam recipere meruit in eremo? Si enim
pro unius diei culpa unius anni spatium
recompensandum est pœna, nos, qui tanta
quotidie peccata committimus, si eleemosy-
narum vel pœnitentiæ non subvenerint
medicamenta, timeo ne nobis non inferan-
tur temporalia, sed æterna supplicia.

℟. Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum: ✱
ne quando rapiat, et non sit, qui eripiat.
℣. Hodie si vocem Domini audieritis, nolite
obdurare corda vestra, sicut in irritatione
secundum diem tentationis in deserto. ✱
ne quando. Ps. 49. 94.

Explicit Pars Hyemalis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Proprium Sanctorum.

Pars Hyemalis.

Die XXVII. Novembris.

S. Columbani abbatis commemoratio. ad utrasque vesp. et Laudes, de communi Abbatum.

Feria proxima post Dom. I. adventus nullo alio festo impedito celebratur festum

S. Gabrielis Archangeli.

dupl. mai. j2. lect.

Ad vesperas antiphonæ ex matutinis.

Lectio Isa. 52.

Quam pulcri pedes annunciantis et prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem; dicentis Sion: regnabit Deus tuus.

℟. br. Vox exultationis et salutis* in tabernaculis justorum. Rep.

℣. Dextera Domini fecit virtutem. * ni. Ps. iiij.

Hymnus.

1. Mentibus lætis jubilemus omnes;
En salus orbi misero paratur: *
Nuntium cœlo veniens ab alto
Gabriel affert.

2. Virgini casto paranymphus adstat,
Ex Deo natum parie parente: *
Qui salus mundi foret et paterna
Regna daturi.

3. Nuntius felix, melioris ævi
Fausta qui mundo Gabriel tulisti: *
Cœlitus cœlo venias, amica
Gaudia portans.

4. Gratias Regi Superum canamus,
Fonte de cujus bona cuncta manant: *

Quem fides veri studiosa Trinum
Credit Unum. Amen.

℣. Domine audivi auditionem tuam:
℟. Et timui. Hab. 3.

Ad Magnif. ant. Ait Gabriel angelus: ne timeas Maria; invenisti enim gratiam apud Deum: * ecce concipies in utero, et paries filium; et vocabis nomen eius Jesum. Luc. 1.

Oratio.

Deus, qui inter ceteros angelos ad annuntiandum incarnationis tuæ mysterium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum eius celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in coelis. Qui vivis.

Deinde fit commem. festi praecedentis s. nisi post Dominicam vel festum S. Andreæ evenerit, quia tunc de S. Gabriele fit sola commemoratio: et sequitur

Ad vigilias nocturnas.

Invitat. Deum, qui facit angelos suos Spiritus: * venite adoremus. Ps. 103.

Hymnus.

Brev. Rom. correct.

1. Christe Sanctorum decus angelorum,
Gentis humanæ Sator et Redemptor: *
Cœlitum nobis tribuas beatas
Scandere sedes.

2. Angelus fortis Gabriel, ut hostes
Pellat antiquos * et amica cœlo,
Duc triumphator Stabuli per orbem,
Templa revisat.

3. Virgo dux pacis, genitrixque lucis,
Et sacer nobis chorus angelorum
Semper assistat, * simul et Amicantis
Regia cœli

℣. Prosit hoc nobis Deitas beata
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spiritus: ✱ cuius resonat per omnem
Gloria mundum. amen.

## In I. Nocturno.

Antiphona ad vigilias de psalterio tempore adventus.

℣. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui:
℟. Visita nos in salutari tuo. Ps. 105.

Lectiones I. ℟℟. quatuor de scriptura et feria currente.

## In II. Nocturno.

℣. Prope timentes Deum salutare ipsius:
℟. Ut inhabitet gloria in terra nostra. Ps. 84.

## Lectio V.

Sermo S. Bernardi abbatis.

Homil. I. super missus. n. 2.

Missus est angelus Gabriel a Deo. Non arbitror, hunc angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra solean ad terras fungi legatione: quod ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatum Fortitudo Dei dicitur: et quia non ab alio aliquo forte excellentiori est: ut ad Zoleb: Spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est: a Deo, vel ideo dictum est: a Deo, ne cui vel beatorum spirituum suum Deus, ante quam Virgini, revelare putetur consilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele, qui utique tanto inter suos invenire potuerit excellentio, aut tali et nomine dignus haberetur et nuntio.
℟. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, ✱ cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. ℣. Prope est

Dominus omnibus mecantibus cum:
omnibus mecantibus cum in veritate.
* cibo volans. Dan. 9. Bf. 114.

## Lectio VI.

Nec discordat nomen a nuntio. Deiguippe
virtutem Christum quem melius nuntiare
decebat, quam puto, quem similе nomen
honorat? Nam quid est aliud fortitudo, quam
virtus? Non autem dedecens, aut incon-
gruum videatur, Dominum et Salvatorem
communi conferri vocabulo: cum similis
in utroque appellationis, non sit tamen
utriusque similis causa. Aliter quippe
Christus fortitudo vel virtus Dei dicitur,
aliter angelus. angelus enim tantum nun-
cupative Christus autem etiam substantive
Christus Dei virtus et dicitur et est, qui fortis
armatus, quis unum atrium in pace custo-
dire soleba, fortior superveniens ipsum
suo brachio debellavit: et sic ei insa capti-
vitatis potenter eripuit.

℟. Dixit mihi Gabriel, et locutus est mihi
dicens: * nunc egressus sum, ut docerem te,
et intelligeres. ℣. Tu ergo animadverte
sermonem, et intellige visionem. ✝ nunc.
Dan. 9.

## Lectio VII.

Angelus vero fortitudo Dei appellatus est,
vel quod hujus modi meruerit prerogativam
officii, quo ejusdem nuntiaret adventum
virtutis: vel quia virginem natura pavi-
dam, simplicem, verecundam, de miraculi
novitate ne expavesceret, confortare debe-
ret, quod et fecit: ne timeas, inquiens,
Maria, invenisti gratiam apud Deum.
Sed et ipsius spiritum, hominem ubique
nihilo minus humilem et timoratum,

on irrationabiliter forsitan idem angelus confortasse creditur, quamquam hinc ab Euangelista non nominetur: Joseph, inquit, fili David, ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. Conuenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur: siue quia tale illi negotium injungitur, recte tali nomine designatur.

℣. Exaudita sunt verba tua, ego veni propter sermones tuos, ut docerem te, * que ventura sunt populo tuo. ℣. Magna sunt judicia tua Domine, et ineffabilia verba tua. * que. Dan. 9. Sap. 17.

## Lectio VIII.

Ex Tract. ad Hug. cap. 5. n. 25.

Modum illum tam incomprehensibilem, quem et virgo sollicita requisivit, unde quaso doceri queam, angelis fuisse precognitum? et mihi vero videtur, ne ipsi quidem sic ut pace eius dixerim: qui nunciabat: quod ipse fatetur, si eius verba diligenter advertimus. Respondens quippe: Spiritus sanctus superveniet in te, nonne aperte mihi ad magisterium Spiritus sancti, cuius unctione docebatur de omnibus, quorum ipse sibi non presumit scientiam, et discat experiendo, quod audiendo non poterat? Denique subjungit: et virtus altissimi obumbrabit tibi; expressius profecto significans modum secretissimum arcani incomprehensibilis, et ineffabilis sacramenti, quo quasi in umbra cum sola et in sola virgine sola Trinitas conceptum fuerat operatura Divinum... sed ipsam virginem, rogo, unde probabitur, ex nomine vel ex facie ante cognitam angelis, quod ipsa videlicet esset, quam Deus elegerit in matrem sibi, excepto dumtaxat Archangelo, cui et

Servanda ab nobis Tradita fuisse credenda est!

℟. Sit nomen Domini benedictum, quia sapientia et fortitudo eius sunt. ✝ ipse revelat abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est. V. Dei sapientiam, quae abscondita est, nemo principum huius seculi cognovit; nobis autem revelavit Deus. ✝ ipse. V. gloria. ✝ ipse. Dan. 2. 1. Cor. 2

## In III. Nocturno. ant.

Emitte agnum Domine dominatorem terre, ✝ de petra deserti, ad montem filiæ Sion. Ps. 16.

Cantica, ut in Dominica I. adventus.

℣. Excita potentiam tuam et veni:
℟. Ut salvos facias nos. Ps. 79.

## Lectio IX.

De epistola B. Pauli apostoli ad Hebræos. cap. 1.

Christus sedet ad dextram majestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius pro illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? et rursum: ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos dicit: qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis.

℟. Apparuit Zacharia angelus Domini, stans a dextris altaris incensi: ✝ et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum. ℣. Angelus Domini astitit, et lumen refulsit in habitaculo. ✝ et Zach. Luc. 1. ab. 12.

## Lectio X.

Quem autem angelorum dixit aliquando: sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis?

℣. Ait ad illum angelus: ne timeas Zacharia, ✠ quoniam exaudita est deprecatio tua. ℟. Plorans nequaquam plorabis; miserans misereberis: tibi Dominus. ✠ quoniam. Luc. j. ℣. 30.

## Lectio XI.

Propterea abundantius oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne forte pereffluamus. Si enim, qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio et inobedientia accepit justam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?

℟. Eris tacens, et non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis: ✠ quæ implebuntur in tempore suo. ℣. Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum: et missus sum loqui ad te, et hæc tibi evangelizare. ✠ quæ. Luc. j.

## Lectio XII.

Testatus est autem in quodam loco quis dicens: quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum: omnia subjecisti sub pedibus eius. In eo enim, quod omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei.

℟. Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, ✠ et regnabit in domo Jacob in æternum: et regni eius non erit finis. ℣. Super solium David, et super regnum eius sedebit. ✠ et regnabit. ℣. Gloria. ✠ regnabit.

Luc. j. Vers. g.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.

cap. j.

In illo tempore: Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et virginis nomen Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur: et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Jacob in æternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

Ad matutinas et horas. antiphonæ.

1. Ecce ego mitto angelum meum: * et præparabit viam ante faciem meam. Mal. 3.

2. Missus est angelus Gabriel a Deo, * ad virginem desponsatam viro. Luc. 1.

3. Ingressus angelus ad Mariam dixit: ave gratia plena, Dominus tecum: * benedicta tu in mulieribus. ib.

4. Ecce concipies in utero, et paries filium: * et vocabis nomen eius Jesum. ib.

5. ad Laud. Laudate Deum omnes angeli eius: * laudate eum omnes virtutes eius. Ps. 148.

Lectio apoc. 7.

Omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium: et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum.

R. br. Benedicite Domino * omnes angeli eius. Rep.

℣. Potentes virtute, facientes verbum illius. * omnes. ℣. gloria. Rep. Ps. 102.

Hymnus ad vigilias.

℣. Adorate Dominum omnes angeli eius:
℟. audivit et lætata est Sion. Ps. 96.

Ad Bened. ant. Dixit Gabriel ad Zachariam: uxor tua Elisabeth pariet tibi filium: * ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Elie, parare Domino plebem perfectam. Luc. 1.

Et fit commemoratio feriæ.

Ad Tertiam.

Lect. Isa. 57. Spiritus a facie mea egredietur, creavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, et qui prope, dixit Dominus.

℣. audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.
℟. quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Ps. 84.

ad Sextam.

Lect. Judic. 5. Benedicta inter mulieres, et benedicatur in tabernaculo suo: qui diligunt te Domine, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.
℣. Benedixisti Domine terram tuam.
℟. Avertisti captivitatem Jacob. Ps. 48.

ad Nonam.

Lect. Isa. 7. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.
℣. Dominus virtutum nobiscum:
℟. Susceptor noster Deus Jacob. Ps. 45.

ad II. Vesperas.

antiphona ex matutinis.

Cetera ut ad I. Vesperas.

℣. Respexit Dominus in orationem humilium.
℟. Et non sprevit precem eorum. Ps. 101.

Ad Magnif. ant. Dixit Maria: ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. ✱ Et discessit ab illa angelus. Luc. 1.

Et fit commem. festi sequentis, et fer.

Sed in I. Vesp. S. Andreæ de S. Gabriele fit tantum commem.

## Die XXIX. Nov.

De vigilia S. Andreæ nihil fit in officio; missa autem conventualis dicitur de ea, cum commem. fer.

Pro commem. S. Saturnini M.

Oratio S. Greg.

Deus, qui nos beati Saturnini Martyris tui concedis natalitio perfrui: ejus nos tribue meritis adjuvari. Per Dominum.

## Die XXX. Nov.

### In festo S. Andreæ apostoli.

Dupl. II. class. 12. lect.

Omnia de communi apostolorum, præter sequentia.

Ad Magnif. ant. in I. Vesp. Invenit Andreas fratrem suum Simonem et dixit ei: invenimus Messiam: * et adduxit eum ad Jesum. Jo. 2.

Oratio S. Greg.

Majestatem tuam Domine suppliciter exoramus: ut sicut ecclesiæ tuæ beatus Andreas apostolus extitit prædicator et rector; ita apud te fit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dom.

Ad vigilias nocturnas.

Omnia de communi apostolorum.

Lectiones et R. R. 4. I. Nocl. de Script. et feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex hist. Evang. S. Lucæ.

Andreas Bethsaidæ natus, qui est Galilææ vicus, frater Petri, discipulus Joannis Baptistæ, cum eum de Christo dicentem audisset: ecce agnus Dei, secutus Jesum, fratrem quoque suum ad eumdem perduxit. Cum postea unacum fratre piscaretur in mari Galilææ, ambo a prætereunte Domino vocati illis verbis: venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum, nullam interponentes moram, relictis retibus, secuti sunt eum. Posteius ascensionem Andreas in Scythia Evangelium prædicavit: cumque in Græciam pervenisset, multis

ab idolorum cultu ad Christi fidem perductis, urbem Patras in Achaia glorioso martyrio nobilitavit.

## Lectio VI.

Sermo S. Petri Chrysologi.

Serm. 133.

Beatus Andreas hodie moriendo pro Domino, solo virtutis gradu dominicis inambit herere vestigiis: ne eum cursus facial disparem fratri, quem natura similem, vocatio socium, parem gratia ipsa perfecerat. Adunam vocem Domini sicut ille patrem, patriam, census reliquit. Solum est, quod tempore dominicæ passionis fugit: sed neque hoc impari, quia non est gravius fugere, quam negare. Sed ignovit fratres venia, quos fugisse vera est culpa. Nam crucem, quam refugerant, postea conjunctis viribus ardenter invadunt, ut unde reatum sumpserant, inde consequerentur cœlum, inde præmium sumerent et coronam. Petrus namque arcum, arborem ascendit Andreas, ut qui Christo compati gestiebant, in semetipsis figuram formamque ipsius exprimerent passionis, et redempti ligno consummarentur ad palmam. Sic Andreas noster ascendit ordini, præmio tamen non cedit et labori.

## Lectio VII.

Sermo S. Bernardi abbatis.

Serm. 2. de S. Andr. n. 1. 2.

Beati Andreæ Apostoli solemnitas hodie celebratur: quam si pia sollicitudine perscrutemur, multa invenimus in ea, quæ ædificent animas nostras. In ipso siquidem conversionis initio magnum nobis perfectæ obedientiæ præstat exemplum. Quod quidem Christianis omnibus necessarium, nobis

lamen est carius amplectendum, qui nimirum specialiter ex ipsa professione nostra teneamur obedientiæ debitores.

## Lectio VIII.

Vis audire perfectæ obedientiæ formam? vidit Dominus, ait Evangelista, Petrum et Andream mittentes rete in mare, et ait illis: venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Faciam, inquit, de piscatoribus piscatores, immo prædicatores. Illi continuo, nihil dijudicantes aut hæsitantes, non solliciti unde viverent, non considerantes, quonam moderandes homines et sine litteris prædicatores fieri possent, nihil denique interrogantes, fine omni mora relictis retibus et navi secuti sunt eum. Agnoscite fratres, quoniam propter vos scripta sunt hæc, propter vos singulis annis in ecclesia recitantur: ut discentes vero obedientiæ formam, castigetis corda vestra in obedientia charitatis; sola enim est charitas, quæ obedientiam gratam facit et acceptabilem Deo.

## In III. Nocturno.

## Lectio IX.

De epistola prima Beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. j.

Misit me Christus evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est; iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim ~~est~~: perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?

## Lectio X.

Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Quoniam et Judaei signa petunt, et Graeci sapientiam quaerunt: nos autem praedicamus Christum crucifixum Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Judaeis atque Graecis Christum Dei virtutem et Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

## Lectio XI.

Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio et redemptio: ut quemadmodum scriptum est: qui gloriatur, in Domino glorietur.

## Lectio XII. cap. 2.

Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate et timore, et tremore multo fui apud vos: et sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus

et virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Sequentia Sancti Evangelii
secundum Matthæum. cap. 11.

In illo tempore: Ambulans Jesus juxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare, erant enim piscatores; et ait illis: venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, et Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: et vocavit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum.

Ad Benedict. ant. Erat Andreas unus ex duobus, qui audierant a Joanne, ecce agnus Dei: * et secuti fuerant Jesum. Joan. j.

In II. vesp. ad Magnif. ant. Omnia detrimentum feci, ut Christum lucrifaciam, ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius: * configuratus morti ejus. Philip. 3.

Fit commemoratio feriæ.

Si hoc festum occurrat in Dominica, celebratur die sequente cum I. Vesperis, et commem. Dominicæ.

16.

December.

Die II. Dec.

S. Petri Chrysologi Episcopi et Doctoris.

Dupl. 3. cl.

Officium de communi Doctorum.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui beatum Petrum Chrysologum doctorem egregium, divinitus præmonstratum ad regendam et instruendam ecclesiam tuam eligi voluisti: præsta quæsumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

Et fit commemoratio feriæ.

Lectiones duo cum suis R.R. die de Scriptura et feria currente.

Lectio III.

Ex sermonibus S. aliisque monumentis ecclesiasticis.

Petrus ob auream eloquentiam cognomento Chrysologus, Foro Cornelii natus, ab Cornelio eiusdem urbis episcopo in religione, litteris ac pietate institutus est, ejus fructus ut cum ecclesiæ suæ diaconum ordinaret. Unde ad regendam Ravennatensem ecclesiam a Sixto tertio, Romano Pontifice divinitus admonito destinatus, in prima nova concione populum sum ita allectus est: hodie ecclesiæ Ravennati pro patre natus est filius, qui eam non pondere inclinet, non auctoritate deterreat, non commotione sollicitet, non asperitate conturbet, sed fideli sustentet obsequio, cura pervigili faciat perfectam, familiam blanda institutione componat;

Die III. Dec.

Translatio Ranerii Confessoris.

Dupl. 3. cl.

Commune Confessorum.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui nos beati Ranerii Confessoris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: da, quæsumus, ut cujus natalitia colimus, imitemur et actus.

hospitibus amarat, parentibus servivit, regibus obtemperet, protestatibus collaboret, Deifenibus reverentiam, pueris gratiam, fratribus amorem, parentis impendat affectum, liberam per Christum cunctis exhibeat servitutem. Quæ omnia, fique majora, exacte ut postulabus est, ab eodem observata fuisse, rerum quam optime probavit eventus. Varios abusus, interque eos ludos personales Kalendis Januarii fieri solitos, profligavit, illud inter alia præclare edicens: qui jocari voluerit cum diabolo, non poterit gaudere cum Christo. Cum veram fidem adversus hereticos strenue defendisset, et exoriente Lutheri hæresi fortiter se opponeret, ex hac vita migravit, circa annum Christi quadringentesimum quinquagesimum.

℟. Spiritu intelligentiæ replebit illum, ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ: ✠ Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit ecclesia. ℣. Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen illius erit vivens in æternum. ✠ Sapient. ℣. Gloria. ✠ Sapientiam.

Luli. 3g. 54.

Missa de Doctoribus, cum Credo.

Vesp. de sequenti, comm. præc. et fer.

## Die III. Dec.

### S. Francisci Xaverii Conf.

Dupl. 3. Cl.

Omnia de communi Confessorum simplici cum.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui Indiarum gentes beati Francisci prædicatione et miraculis ecclesiæ tuæ aggregare voluisti: concede propitius, ut cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum.

## Lectio III.

### Ex bulla canonizationis.

Franciscus Xaverius cantabrio oppido natus, a piis parentibus ab infantia Deum timere, et ab omni peccato abstinere edoctus est. Parisios studiorum causa missus sancto Ignatio socium se junxit. Cum sanctioris vitae genus profiteri cepit, non jejuniis modo aliisque corporis afflictionibus, et pauperum praesertim infirmorum cura; sed et singulari religionis propugnandae studio, eoque in Deum fervore charitatis, et eius incendium in orationibus non ferens, saepius exclamaret: satis est Domine, satis est. His itaque virtutibus apostolico muneri iam maturus, a Paulo tertio ad Indias mittitur, ut verbum Dei ibi disseminaret. Indubius hic virtute ex acto ministerium suum tanto cum fructu exsequebatur, ut gratia Dei efficaciter verbo eius cooperante, non solum depravatos christianorum mores, passim toto oriente ad meliorem frugem revocaret: sed et multa centena millia infidelium ad agnitionem verae fidei perduceret. Incredibilia sunt, quae propter nomen Domini Jesu fortiter patienterque tolerarit; non enim in apostoli exemplo, animam suam pretiosiorem faciebat, quam se, dummodo consummaret cursum suum, et ministerium verbi, quod acceperat, testificari Evangelium gratiae Dei. Hic itaque orientalium Indiarum apostolus, postquam fidem Japoniae, et sex aliis provinciis inseruisset, tamque in vastissimo Sinarum imperio

dictum Evangelio pararet, in Sanctiana
insula propediem ad coelestem gloriam
migravit secundo decembris, ex lato anno
quadragesimo quinto, Christi vero mille-
simo quingentesimo quinquagesimo se-
cundo, a Gregorio decimo quinto sanctis ad-
numeratus.

℟. Ego sum minister Christi Jesu in gen-
tibus, sanctificans Evangelium dei: ✠ ut
fiat oblatio gentium acceptа et sanctifica-
ta in spiritu sancto. ℣. Eue dedi te in
lucem gentium, ut sis salus mea usque
ad extremum terræ. ✠ ut. ℣. gloria. ✠ ut.
Rom. 15. ff. 49.

Missa propria.

Vespere de seq. comm. proced. Feriæ.

## Die IV. Dec.

### S. Barbaræ V. et M.

Dupl. 3. cl.

Oratio: Deus, qui inter cætera. de communi.

### Lectio III.

Ex sermone S. Joannis Damasceni.

Imperante impio Maximiano: vel ut
alii volunt, Maximino: et Marciano præ-
side, erat quis regionis præpositus, Dioscorus
nomine, valde dives, erga inanimata idola
ad insaniam devotus. Hic unicam suscepe-
rat filiam, nomine Barbaram, egregia
pulchritudine formosam, et morum ho-
nestate insignem. Quamobrem exstruda
turri alta in ea virginem, ne hominum
aspectibus pateret, concluserat. Quæ cum
illic ageret, a sæculi rerum tumultibus
vacans, pietate plenas cogitationes animo
versabat: sic enim comparatum est, ut soli-
tudo sublimium et præmagnificorum

cogitatuum parens, fit. Ac quidem idolorum errorem detestum exsecrabatur, veram autem Christianorum fidem confovebat et amplexabatur. ℣. Unde a patre præsidi cruciandæ traditur: a quo blanditiis primum, deinde minis et gravissimis tormentis tentata, ut idolis sacrificaret, constanter renuit. ℟. Quare præses lata sententia edicit, ut immani supplicii certamine inclita Martyr capitali pœna vitam finiat. Cum pater ingenti furore plenus stricto gladio manu ipse sua filia cervices abscidit. Egregium plane finem certamini Martyr imposuit. Quum enim in turri posita tam de preces promisisset, ei quoque preces coronidem ~~posuit~~ statuit. Quænam vero vis precationis fuit! Sponsum rogavit, ut memoriam ipsius celebrantibus propitius foret, delicta remitteret, morbos sanaret. Ille admissa supplicatione, votorum compotem ipsam fore pollicetur, suaque ipsius voce certiorem facit, atque securitatem.

℟. Me exspectaverunt peccatores, ut perderent me; ✠ testimonia tua Domine intellexi. ℣. Secundum puritatem manuum mearum retribue mihi, quia custodivi vias Domini. ✠ testim. ℣. Gloria. ✠ testim. Ps. 118. 19.

Commemoratio feriæ. Missa. Loquebar. De communi.

## Die VI. Dec.

### S. Nicolai Episcopi Conf.

Dupl. maius 12. lect.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Paris.

Deus, qui beatum Nicolaum Pontifi-
cem innumeris decorasti miraculis:
tribue, quæsumus, ut omnes, qui eius im-
ploran[t] auxilium, petitionum su-
arum salutarem consequantur effectum.
Per Dominum.

Et fit commemoratio feriæ.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex variis monumentis ecclesiasticis.

Nicolaus Myre, quæ Lyciæ metropolis
est, episcopus, populis omnibus veteri
& vulgato notus, ac ob miraculorum
magnitudinem Thaumaturgus adpel-
latus est. Quanto honore fuerit habitus
in ecclesia græca, vel una testatur preca-
missa Liturgia, quæ sancti Joannis Chry-
sostomi nomine inscribitur. Multæ sub
eius nomine Constantinopoli erectæ sunt
basilicæ. Ejus præsentem opem sensisse
se Theodorus, qui Myrensem eius sedem te-
nebat, coram Patribus in Nicæna secunda
Synodo contestatus est ad asserendam et
confirmandam, quam prius impugnaverat,
debitam sanctorum imaginibus venera-
tionem.

Lectio VI.

Cum anno octingentesimo septimo dux
quidam Arabum Myra occupata sara-
cenam, in qua sancti Nicolai corpus
asservabatur, confringere tentaret, et ex
errore in vicinam vim dictus inferret,
cum, ut scribit Theophanes, sanctus et Thau-
maturgus Nicolaus manifesta ultione
exagitavit: ex templo enim, inquit, immanis
ventorum procella, marinorum fluctuum

impetus, tonitruum ~~fulgurave~~ fulgurumque promiscua tempestas adeo eius classem jacta vidit, ut plerosque naves conquassato submergerentur, ipse Dei hostis sanctior tutem expertus, vix ac preter spem potuerit effugere.

## Lectio VII.

Ex eius sepulcro stillabat oleum, depellendis variis morborum generibus salubre, quod periculo extractum exurna fidelibus distribui solebat in vasculis. Eorum nonnullis in occidentem allatis cepit apud latinos nominis et miraculorum eius fama celebrari, quam nono seculo predicant martyrologia Usuardi et Adonis. s: Hunc quoque decimo iam seculo a primis monasterii nostri patribus in specialem Patronum fuisse adlectum, memorie proditum habemus: /

## Lectio VIII.

Aucta est autem imprimis sancti Pontificis veneratio, ex quo, devastata a turcis Myra, corpus eius Barium in Apulia allatum est anno salutis millesimo octogesimo septimo. Hic enim extructa est basilica, quam in honorem Sancti Nicolai Urbanus secundus Papa, post biennium in Apuliam veniens, dedicavit, ubi eaque sacrum corpus condidit.

In III. et Nocturno lectiones de uno Pontifice, cum Evangelio: Homo peregre. et Missa propria sine Credo. In vesperis fit commemoratio sequentis et feria. ℣. Festum hoc occurrens in Dominica, celebratur die 9. seq. cum commemoratione octavae et feria: quod idem de festo sequente observandum.

## Die VII. Dec.

## S. Ambrosii Episcopi Doctoris.

### Duplex maius. 2. Lect.

### Omnia de communi Doctorum.

### Oratio Dun.

Deus, qui beatum Ambrosium Pontificem, fidei defensorem et apostolice sapientie ac firmitatis exemplum ecclesie tue constituisti: dirige in caritate tua, et confirma corda nostra, ut et in fide inueniamur stabiles, et in opere efficaces. Per Dominum.

### In II. Nocturno.

### Lectio V.

Ex vita Sancti per Paulinum eius diaconum Scripta.

Ambrosius, patre Ambrosio galliarum prefecto in gallijs natus, liberalibus disciplinis Rome excultus, primo summa cum laude causas dixit. Postea Liguria et Emilie proconsulatus, venit Mediolanum, ubi catholici et heretici de episcopo deligendo inter se dissidebant. Ingressus igitur Ecclesiam Ambrosius quum ad sedandam seditionem multa preclare dixisset, de repente puero Ambrosium episcopum proclamante, uniuersi populi uox erupit, Ambrosium episcopum deposcentis.

### Lectio VI.

Recusante illo, et tantum onus variis artibus atque etiam fuga declinante, ardens populi studium ad Valentinianum seniorem Imperatorem delatum est, cui gratissimum fuit ita se electos iudices ad sacerdotium postulari. Probo quoque Prefecto id iucundum fuit, qui Ambrosio

profiscenti quasi vaticinans dixerat:
Vade, age non ut judex, sed ut episcopus.
Flagque ab episcopo catholico baptizari
voluit: erat enim tantum catechumenus:
et susceptis intra septem dies omnibus or-
dinibus, octavo die, qui fuit septimus
Decembris, episcopus consecratus est.
Tum prædia sua, usufructu Marcellinæ
sorori reservato, dedit ecclesiæ, cætera
inter ecclesiam et pauperes partibus.

## Lectio VII.

Facilis erat omnibus ad eum aditus, di-
ligentium causas summa patientia
et æquitate dirimebat. Quoties illi
aliquis ob percipiendam pœnitentiam
coram suis confessus esset, illa flebat,
ut et illum flere compelleret. Convivia,
quæ ad Martyrum sepulcra fiebant,
abrogavit. Plurimos Arianos aliosque
hæreticos convertit ad fidem, et clarissi-
mum inprimis ecclesiæ lumen Augusti-
num Christo peperit. Multa passus est
a Justina Valentiniani junioris matre,
quam Ariani seduxerant, eique fortiter
obstitit, ne ulla ejus basilica Mediolani
traderetur. Ea occasione institutum est,
ut antiphono, et psalmi et hymni juxta
morem Orientalium canerentur, ne
pia plebs excubans in ecclesia, et cum suo
Episcopo mori parata, mœroris tædio
contabesceret. Tum etiam Ambrosio
divinitus indicatum est, quo loco Mar-
tyrum Gervasii et Protasii corpora deli-
tescerent.

## Lectio VIII.

Apud Valentinianum juniorem egit pro

Symacho urbis prefecto aram victorie
instaurandi facere protestatem. Theodo-
sium Imperatorem propter eodem Thessalo-
nice factam ingressu ecclesie prohibuit.
Cui obtendenti, David quoque regem adulte-
rum et homicidam fuisse, respondit Am-
brosius: qui secutus es errantem sequere
penitentem. Quare Theodosius impos-
tam sibi ab eo publicam penitentiam hu-
militer egit. Maximis pro ecclesia labo-
ribus curisque perfunctus, multis etiam
liberis egregie conscriptis morbo correptus
est, et recepta ab Honorato Vercellensis
episcopo Dominici corporis communione,
Spiritum Deo reddidit, anno Christi trecen-
tesimo nonagesimo sextimo, quarto die
aprilis in pervigilio Paschæ, episcopatus
autem vigesimo tertio.

In III. Nocturno lectiones de communi
Doctorum. Evangelium: Vos estis sal terræ.
Missa propria cum Credo, et commemora-
tione feriæ. Vespere de sequenti festo,
commemoratio precedentis et feriæ.

## Die VIII. Dec.

### In festo Conceptionis S. Mariæ V.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Ad I. Vesperas. antiphonæ.

1. Ex muliere initium factum est pecca-
ti: * Per illam omnes morimur. Eccli. 25.
2. Tulit mulier de fructu ligni et come-
dit: * deditque viro suo, qui comedit. Gen. 3.
3. Dixit Adam: mulier, quam dedisti mihi
sociam, dedit mihi de ligno, * et comedi. ib.
4. Dixit Dominus ad mulierem: quare hoc
fecisti? * quæ respondit: serpens decepit me. ib.

## Lectio genes. 3.

Dixit Dominus Deus ad serpentem: inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum, et semen illius: ipsa conteret caput tuum.

℟. br. Persequar inimicos meos, * et comprehendam illos. Rep.

℣. Confringam illos: cadent subtus pedes meos. * et comprehendam. ℣. Gloria. Rep. ℟.

## Hymnus. C. Pasch.

1. Debitam morti sobolem creatam
Eva peccatrix: * nova destinatur,
Quae sacro partu scelus atque mortem
Destruat, Eva.

2. Victa serpentis fuit illa fraude,
Intimis virus recipit medullis: *
Vulnus hoc sanat, humidique cogit
Conterit anguis.

3. Quo dolus cessit! Domita parente
Totius speratt sobolis ruinam: *
Omnibus reddit soboles parentis
Una salutem.

4. Sic licet cedunt, Domino volente,
Damna: * dum grata vice per Mariam
Delet antiquam nova vita mortem,
Gratia culpam.

5. Diceris mater quoque nostra, virgo!
Te proba nostram pia virgo matrem: *
Efficax blandis precibus severum
Flectere Numen.

6. Laus sit aeterno sua Trinitati,
Qui laborantem miserata mundum, *
Proximos Christi, precante matre,
Cunctat ortus. Amen.

℣. Deus ante saecula operatus est salutem:
℟. Tu confregisti capita draconis. Ps. 73.

Ad Magnif. ant. Benedixit te Dominus in virtute sua: * quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Judith 13.

Oratio Sacr. Greg.

Tanalis huius, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut, quibus beatæ virginis partus exstitit salutis exordium; Conceptionis eius festiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Filecommemoratio præcedentis et feriæ.

Clausula hymnorum per octavam.

Jesu tibi sit gloria;
Qui natus es de Virgine: ✱
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Ad vigilias nocturnas.

Invitat. Sanctificantem tabernaculum suum adoremus ✱ venite adoremus. Ps. 45.

Hymnus. Cæsar.

1. Solis terra sonet plausibus, huic Dei
Mater virgo datur: ✱ munere quo nova
Se rerum facies prodenus exerit;
Mundo pax redintegrea.

2. Hoc est illa domus, qua Deus advena
In terris habitat, digna Deo domus: ✱
Templum grande, sibi quod propria manu
Summus condidit artifex.

3. Aureis aria vetus fulserit undique
Scintillans radiis, hoc sacras decent
Umbras: ✱ interior Numinis ipsius
Arcam nobilitas decet.

4. Non hic manna latet, legifer aut lapis,
Non ramus sterilis: flos virgeus hic ferax
Virtutum: ✱ sacer hic panis Homo Deus,
Hic legis residet dator.

5. Sit laus summa Patri, summaque Filio,
Amborum sit idem Spiritui Deus: ✱
Arcanis habilem qui thalamum modis
Christo præparat hospiti. Amen.

In 1. Nocturno. antiphono.

℣. In charitate perpetua dilexi te: ✠ ideo edificabo te, et ædificaberis virgo. Jer. 31.

2. Fundabo te in sapphiris, ✠ et in justitia fundaberis. Isa. 54.

3. Ponam te in superbiam sæculorum: ✠ germen plantationis mea, opus manuum meæ ad glorificandum. Isa. 60.

4. Sanctificabo tabernaculum testimonii: ✠ et habitabo in medio filiorum Israel. Exod. 29.

5. Civitas Dei luce splendida fulgebis: ✠ et omnes fines terræ adorabunt te Dominum. Tob. 13.

6. In domo hac, quam elegi, ✠ ponam nomen meum in sempiternum. 2. Paral. 30.

℣. Hæc requies mea:

℟. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.

Lectiones quatuor cum suis ℟℣. de feria currente.

In II. Nocturno. antiphono.

1. Venite, audite, et narrabo, ✠ quanta fecit Deus animæ meæ. Ps. 65.

2. Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari: ✠ ab omni pollutione peccati custodivit me. Judith. 13.

3. Direxit me in vulnera capitis ✠ principis inimicorum nostrorum. ib.

4. Et hoc memoriale nominis tui Domine, ✠ cum manus fœminæ dejecerit eum. ib. 9.

5. Sicut lilium inter spinas: ✠ sic amica mea inter filias. cant. 2.

6. Gloria ejus ab utero et a conceptu: ✠ fundata in pulchritudine. ose. 9.

℣. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei:

℟. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ps. 45.

## Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

hom. 2. super Missus.

Deus Matrem suam singulari in cœlestibus donaturus gloria, singulari in terris prævenire curavit et gratia, qua videlicet ineffabiliter et intacta conciperet, et pareret incorrupta. Porro Deo hujusmodi decebat nativitas, qua non nisi de virgine nasceretur. Talis congruebat et virgini partus, ut non pareret nisi Deum. Proinde factor hominum, ut homo fieret, nasciturus de homine, talem sibi ex omnibus debuit deligere, in quo condere matrem, quales esse decere sciebat, et sibi noverat placituram.

℟. Hæc requies mea in sæculum sæculi. ✠ hic habitabo, quoniam elegi eam. ℣. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis locus requietionis meæ? ✠ hic. Ps. 131. ant. 4.

## Lectio VI.

Voluit itaque esse virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus: voluit et humilem, de qua mitis et humilis corde prodiret, harum in se virtutum necessarium omnibus salubérrimumque exemplum ostensurus. Dedit ergo virgini partum, qui ei jam ante et virginitatis inspiraverat votum, et humilitatis prorogaverat meritum. Alioquin quomodo angelus eam gratia plenam pronuntiat, si quid piam vel parum boni, quod ex gratia non esset habebat?

℟. Cogitavi, ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini: ✠ opus namque grande est; neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. ℣.

Sapientia ædificavit sibi domum; excidit columnas septem. * opus. 1. Paral. 28. 29. Prov. 9.

## Lectio VII.

His nimirum Virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter & corporis decore profulgida, specie sua & pulchritudine sua in cœlestibus cognita, cœli civium in se provocavit aspectus, ita, ut regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, & cœlestem nuntium ad se de supernis educeret. quanta dignatio Dei, quanta virginis excellentia!

℣. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: * in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus. ℟. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. * in fimbriis. Cf. 44. cant. 4.

## Lectio VIII.

Lætare pater Adam, sed magis tuo Eva mater exulta, qui sicut omnium parentes, ita omnium fustis perentores; et quod infelicius est, prius perentores quam parentes. Ambo, inquam, consolamini super filia, & tali filia; sed illa amplius, de qua malum ortum est prius, cuius opprobrium in omnes pertransiit mulieres: instat namque tempus, quo jam tollatur opprobrium. O admirandam & omni honore dignissimam virginem! o feminam singulariter venerandam, super omnes feminas admirabilem, parentum reparatricem, posterorum vivificatricem: nec noviter nec fortuito inventam, sed a seculo electam, ab Altissimo præcognitam & sibi præparatam, ab angelis servatam, a Patribus præsignatam, a Prophetis promissam.

℟. Deus noster adimplevit misericordiam
tuam, quam promisit domui Israel: ✝ Ut
interficiat in manu mea hostem populi sui.
℣. Suscepit Deus Israel puerum suum, recor-
datus misericordiæ suæ. ✝ Et. Ut. Gloria. ✝ Interf.
Judith 13. Luc. 1.

## In III. Nocturno.

Ant. Exaltate & invocate nomen eius: ✝
Dominus conterens bellum, Dominus nomen
est illi. Judith 9.

### Canticum I. Judic. 5.

Audite reges, auribus percipite principes: ✝
ego sum, ego sum, qui Domino canam, psal-
lam Domino Deo Israel.
Domine, cum exires de Seir, & transires per
regiones Idum, ✝ terra mota est, cælique ac
nubes distillaverunt aquis.
Montes fluxerunt a facie Domini: ✝ Et Sinai
a facie Dei Israel.
Expaverunt fortes in Israel & quieverunt, ✝
donec surgeret mater in Israel.
Nova bella elegit Dominus, ✝ & portas hosti-
um ipse subvertit.
Salvata sunt relignia populi: ✝ Dominus in
fortibus dimicavit.

### Canticum II. Judith 16.

Incipite Domino in tympanis, ✝ cantate Do-
mino in cymbalis:
Modulamini psalmum novum, ✝ exaltate
& invocate nomen eius.
Dominus conterens bella, ✝ Dominus nomen
est illi.
Qui posuit castra sua in medio populi sui, ✝
ut eriperet nos de manu inimicorum
nostrorum.
Venit aper ex montibus ab Aquilone, ✝ et
multitudine fortitudinis suæ.

Dixit se inconsurum fines meos, * et jú-
venes meos coinquinaturum.
Dominus autem omnipotens nocuit eum, *
Tradidit in manu feminæ, et confo-
dit eum.

## Canticum III. ibid.

Hymnum cantemus Domino: * hym-
num novum cantemus Deo nostro.
Advenæ Domine magnus es tu, et pracla-
rus in virtute tua: * et quem sperare
nemo potest.
Tibi serviat omnis creatura tua; * quia
dixisti, et facta sunt.
Emisisti spiritum tuum, et creata sunt: *
et non est, qui resistat voci tuæ.
Montes a fundamentis movebuntur cum
aquis: * petræ sicut cera liquescent
ante faciem tuam.
Qui autem timent te, * magni erunt
apud te per omnia.
Væ genti insurgenti super genus meum: *
Dominus enim omnipotens vindi-
cabit in eis, in die judicii visitabit
illos:
Dabit enim ignem, et vermes in carnes
eorum, * ulturantur et sentiant usque
in sempiternum.

Ant. Exaltate et invocate nomen eius, *
Dominus conterens bellum, Dominus
nomen est illi.

℣. Præcinxisti me Domine virtute ad
bellum:
℟. Et supplantasti insurgentes in me
subtus me. Ps. 17.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. 5.

Commendat charitatem suam Deus in

nobis, quoniam cum adhuc peccatores esse-
mus, secundum tempus Christus pro nobis
mortuus est: multo igitur magis nunc
justificati in sanguine ipsius salvi erimus
ab ira per ipsum. Si enim cum inimici esse-
mus, reconciliati sumus Deo per mortem
filii ejus: multo magis reconciliati salvi
erimus in vita ipsius.

℟. Præcepit Dominus Adam dicens: De ligno
scientiæ boni et mali ne comedas: ✠ in quo-
cumque die comederis ex eo, morte morie-
ris. ℣. Noli metuere, non morieris: non
enim pro te, sed pro omnibus hoc lex con-
stituta est. ✠ in quoc. Gen. 2. Esther. 15.

## Lectio X.

Gloriamur in Deo per Dominum nostrum
Jesum Christum, per quem nunc reconcilia-
tionem accepimus. Propterea sicut per unum
hominem peccatum in hunc mundum intravit,
et per peccatum mors, et ita in omnes homines
mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt:
usque ad legem enim peccatum erat in mundo;
peccatum autem non imputabatur, cum lex
non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad
Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in
similitudinem prævaricationis Adæ, qui est
forma futuri.

℟. Omnes peccaverunt et egent gloria Dei,
justificati gratis per gratiam ipsius, ✠ per
redemptionem, quæ est in Christo Jesu. ℣.
Priusquam te formarem in utero, novi te;
et antequam exires de vulva, sanctificavi te.
✠ per redempt. Rom. 3. Jer. 1.

## Lectio XI.

Sed non sicut delictum, ita et donum; si
enim unius delicto multi mortui sunt,
multo magis gratia Dei et donum in gratia

unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. Et non sicut per unum peccatum, ita et donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

℟. Dilexit eam, ut illam sanctificaret, et exhiberet ipse sibi gloriosam, ✠ non habentem maculam aut rugam, sed ut esset sancta et immaculata. ℣. Elegit eam Dominus in habitationem sibi. ✠ non. Eph. 5. col. 25.

## Lectio XII.

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum: ubi autem abundavit delictum, superabundavit et gratia: ut sicut regnavit peccatum in morte, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

℟. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis: ipsi populus ejus erunt, ✠ et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. ℣. Ecce virgo in utero habebit et pariet filium: et vocabunt nomen ejus Emmanuel. ✠ ipse Deus. ℣. Gloria. ✠ ipse. apoc. 21. Matth. 1.

Initium sancti Evangelii
secundum Matthæum. cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac: Isaac autem Jacob: Jacob autem genuit

dam & fratres eius. Judas autem genuit Pha-
es & Zaram de Thamar. Phares autem genuit
Esron: Esron autem genuit aram: aram
autem genuit Aminadab. aminadab autem
genuit Naasson: Naasson autem genuit Sal-
mon: Salmon autem genuit Booz de Ra-
hab. Booz autem genuit Obed ex Ruth:
Obed autem genuit Jesse: Jesse autem genuit
David regem. David autem rex, genuit Sa-
lomonem ex ea, que fuit Urie. Salomon
autem genuit Roboam: Roboam autem genuit
Abiam: Abias autem genuit Asa: Asa autem
genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram:
Joram autem genuit Oziam: Ozias autem
genuit Joathan: Joathan autem genuit Achaz.
Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias
autem genuit Manasen: Manasses autem
genuit Amon. Amon autem genuit Jo-
siam: Josias autem genuit Jechoniam,
& fratres eius in transmigratione Babylonis.
Et post transmigrationem Babylonis Jechonias
genuit Salathiel: Salathiel autem genuit
Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud:
Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem
genuit Azor: Azor autem genuit Sadoc.
Sadoc autem genuit Achim: Achim autem
genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem
genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum
Marie: de qua natus est Jesus, qui vocatur
Christus.

Ad Laudes matutinas & horas. antiphone.

1. Oritur stella ex Jacob: * & consurget virga
de Israel. Num. 24.

2. Sicut lux aurore oriente sole, * mane
absque nubibus rutilat. 2. Reg. 23.

3. Lux & sol ortus est, * & humiles exal-
tabitur. Esth. ii.

℣. Tota pulcra es amica mea; * et macula non est in te. Cant. 4.

5. ad Laud. Sicut sol oriens mundo in altissimis Deo: * sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Eccli. 26.

## Lectio Cant. 6.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulcra ut luna, electa ut sol?

℟. br. Confessio et pulchritudo * in conspectu eius. Rep.

℣. Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. * in conspectu eius. Gloria. Rep. bis.

## Hymnus Sanctolii.

1. Aurora, quæ solem paris,
Et ipsa solis filia: *
Quam splendidum cum nasceris,
Affers diem mortalibus.

2. Te luce sol vestit sua,
Tibique luna sternitur: *
Aptata sacro vertici
Nectunt coronam sidera.

3. Te mille virtutum chori,
Te turma cingit cœlitum: *
Ambit suo te numine,
Qui te facit matrem Deus.

4. Ut potens exercitus,
Tu virgo terror hostium: *
Tessi obumbratam Deo.
Cavent, tremuntque tartara.

5. Qui labe nos infecerat,
Serpentis elidis caput: *
Attritus æterno jacet
Non jam timendus vulnere.

6. Tu virgo, quem scimus Deum
Venisse terris hospitem, *
Per te manens nobis adhuc
Nostri est hospes pectoris.

℣. Sit laus Patri, laus Filio,
Par laus tibi sit Spiritus: ✝
Per quem Patris se Filius
Infudit alveo virginis. amen.
℣. In sole posuit tabernaculum suum:
℟. Et ipse tanquam sponsus procedens de
thalamo suo. Ps. 18.

Ad Bened. ant. In me ancilla sua adimpleviit
Dominus Deus noster misericordiam suam: ✝
quam promisit domui Israel. Judith. 13.

Oratio ex I. Vesp.

Et fit commemoratio feriæ.

Ad Tertiam. Lectio Sap. 7.

Est hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior.
℣. Thronus Domini sicut sol:
℟. Et sicut luna perfecta in æternum. Ps. 88.

Ad Sextam. Lectio Judic. 5.

Audite reges, auribus percipite principes:
cessaverunt fortes in Israel et quieverunt,
donec surgeret mater in Israel.
℣. Veritas de terra orta est,
℟. Et justitia de cælo prospexit. Ps. 84.

Ad Nonam. Lectio Baruch 5.

Indue te decore et honore eius, quo a Deo tibi
est, sempiterno glorio: circumdabit te Deus
ipsoide justitio.
℣. Deus procinxit me virtute:
℟. Et posuit immaculatam viam meam. Ps. 17.

Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio Isa. 61.

Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, et indumento justitiæ circumdedit me.

℟. br. ex matutinis. hymnus:

Debitam mortis. ex I. Vesp.

℣. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus:

℟. In fimbriis aureis circumamicta variétatibus. Ps. 44.

Ad Magnif. ant. Una est columba mea perfecta mea: * viderunt eam filiæ, et beatissimam prædicaverunt. Cant. 6.

Et fit commemoratio feriæ.

NB. Si hoc festum evenerit in Dominica, celebratur die sequente, et vespere de festo, cum commemoratione Dominicæ.

Infra hanc octavam dicitur Invit. et hymnus ac ℣. de festo, lectiones duo priores cum ℟℟. suis de feria currente, tertia ut infra singulis diebus propria: ad matutinas et horas omnia ut in festo. Si Dominica infra hanc octavam vel in die octava occurrat, officium fit de Dominica cum commemoratione octavæ. quod item fit, si occurrat feria quarta IV. temporum die 24. Die vero octava in dictam feriam incidente, fit de ea, cum commemoratione feriæ.

## Die IX. Dec. De octava.

Simpl. 3. lect.

Invit. et hymnus de festo. ℣. de eodem, nempe fer. 2. et 5. ex I. Nocl. fer. 3. et 6. ex II. Nocl. fer. 4. et Sabb. ex III. Nocl. antiphonæ nocturnorum de psalterio.

### Lectio III.

Sermo Sancti Epiphanii Episcopi. l. 3. hær. 78. n. 18.

J. I. p. 1050.

Eva generi hominum causam mortis, attulit,
per quam mors est in orbem terrarum invecta:
Maria vitæ causam præbuit, per quam vita
est nobis ipsa producta. Ad id Filius Dei in hunc
mundum advenit, et ubi abundavit delictum,
superabundavit gratia. Unde mors accidit,
ita illuc accepit, ut in mortis locum vita
succederet, et illata a muliere mortem
ille ipse, qui e muliere, vitæ ut spes nostra,
natus erat excluderet. Quoniam vero quum
adhuc virgo in hortis Eva degeret, per contu-
maciam apud Deum offenderat, ideo gratio
propria ab virgine manavit obedientia,
postquam circumfusi corpore Verbi, sempi-
terno que vitæ de cœlo est nunciatus adventus.
Nam illic ita serpentem Deus alloquitur: inimi-
citiam ponam inter te et inter illam, inter
semen tuum et semen illius. Atqui nusquam
eius modi semen mulieris inveniri potest.
Unde non aliter, quam per adumbrationem
ac similitudinem ad Evam hostiles illo inimi-
citio referuntur, quas cum huius stirpe ser-
pens ille, et qui in serpente inerat, invidia
flagrans diabolus exercet.

℟. Ait Dominus ad serpentem: inimicitias
ponam inter te et mulierem, et semen tuum,
et semen illius: ✠ ipsa conteret caput tuum.
℣. Domine erit hoc memoriale nominis tui,
cum manus femineo dejecerit eum. ✠ ipsa.
℣. Gloria. ✠ ipsa. Gen. 3. Judith 9.

## In II. Nocturno.

### Lectio Sophon. 3.

Lauda filia Sion, jubila Jerusalem, lætare et
exulta in omni corde filia Jerusalem: abstulit
Dominus judicium tuum, averdit inimicos
tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non
timebis malum ultra.

℣. Adjutabit eam Deus mane diluculo:
℟. Deus in medio ejus, non commovebitur. Ps. 45.

Oratio Carth.

Concede, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei genitricis conceptionem celebramus, intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Dominum.

Dicitur semper infra octavam ad horas.
Ad matutinas et horas ut in festo.
Et fit commemoratio feriæ.

## Die X. Dec. De octava.

Simpl. 3. Lect.

Lectio III.

De Sermone sancti Stephanii Episcopi.
l. c. n. 19.

Plene quidem ac perfecte accommodari ad Eam universa nequeunt, sed insanctissima, eximia ac singulari stirpe, quæ ab sola virgine Maria sine ulla viri consanguinitate propagata est, re ipsa ac penitus impletur. Hic enim illius filius adorti draconis serpentis ac tortuosi colubri fugacisque vim ac potentiam, qui se totum orbem terrarum dominatu suo comprehendisse jactabat, ad hoc infima descendit. Propterea unicus e muliere Dei filius processit, ut serpentem, hoc est impiæ doctrinæ corruptelam ac fraudem et errorem ac pravitatem everteret.

℟. Deus noster adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israel: ✱ et ✠ interfecit in manu mea hostem populi sui. ℣. Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem. ✱ et interf. ℣. Gloria. ✠ interfecit. Judith. 13. 2. Tim. 1.

Fit commemoratio ferie.

In vesperis fit commemoratio ferie de S. Damasi Papa de communi.

Oratio.

Exaudi Domine preces nostras: & intercedente beato Damaso confessore tuo atque Pontifice, indulgentiam tribue placatus et pacem. Per Dominum.

## Die XI. Dec. De octava.

Simpl. 3. lect.

Lectio III.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.
Serm. 52. de div.

Sapientia, quo Dei erat et Deus erat, de sinu patris ad nos veniens, edificavit sibi domum, ipsam scilicet matrem suam virginem Mariam: in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide et operibus preparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem, qua ternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. His igitur quatuor morum columnis, et tribus fidei proditis exstruxit in ea sibi domum Sapientia celestis, qua adeo mentem eius replevit, ut de plenitudine mentis fœcundaretur et caro, ac virgo singulari gratia eandem ipsam Sapientiam carne vestiam pareret, quam prius mente pura concepera[t].

℟. Cogitavi, ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini: * opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. ℣. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. * opus. ℣. Gloria. * opus. j. Paral. 28. 29. Prov. 9.

Et fit commemoratio ferie, et S. Damasi Papæ.

De S. Damaso

Lectio III. Br. Paris.

Damasus post Liberium Romanus Pontifex, testante sancto Ambrosio, manifesto Dei judicio electus, et tandem confirmatus est, dejecto in synodo Romana Ursicino, quorumdam factione pseudopiscopus ordinatus fuerat. Hic in irritum misit Ariminensem conventum, in quo Valentis potissimum et Ursacii perfidia Catholicis fraus struda fuerat, detectamque in synodo Apollinaris heresin primus anathemate percussit. A Patribus in concilio secundo œcumenico constantinopoli congregatis litteras accepit, eorum etiam pro fide decreta rata habuit. Priscillianistas in synodo Cœsaraugustana solemni judicio proscriptos, quum purgando fidei suæ specie Romam ad ipsum venissent, ne ad conspectum quidem admittere voluit. Sanctum Hieronymum adse accersivit, ut eo in conscribendis epistolis, et responsionibus synodalibus uteretur. Tandem annis octodecim in pontificatu exactis Theodosio imperante decessit, et via Ardeatina sepultus est, cum versu et soluta oratione multa scripsisset.

℟. Excelsum secit eum Dominus, et dedit illi sacerdotium gentis: * indutit eum stolam gloriæ, et coronavit eum in vasis virtutis. ℣. Corona aurea super mitram ejus, expressa signo sanctitatis, et gloria honoris. * indut. ℣. Gloria. * indut. Eccli. 45.

In vesperis commemoratio feriæ.

Die XII. Dec. De octava.

Simpl. 3. lect.

Lectio III.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
Serm. 51. de concord. Matth. et Luc.

Dominus noster Jesus Christus nascendo de femina, hoc nobis ostendit, ut scilicet in nullo sexu de se desperaret humana creatura. Vult ergo vir sexum proeligere virilem, et natus ex femina sexum consolari femineum, tamquam alloquens et dicens: ut noveritis, quod non dei creatura mala est, sed voluptas prava perverti eam, in principio quum fecit hominem, masculum et feminam fecit. Ecce natus sum vir, ecce natus ex femina. Non ergo creaturam damno, quam fecit, sed pravitatem, quae non fecit. Utrique sexus videat honorem suum, et utrique confiteatur iniquitatem suam, et utrique speret salutem. Decipiendo homini propinatum est venenum per feminam, reparando homini propinetur salus per feminam. Compenset femina decepti per se hominis peccatum, generando Christum.

℟. Convertam luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, et letificabo a dolore suo: ✠ quia ✠ creavit Dominus novum super terram, femina circumdabit virum. ℣. Misit Deus filium suum, factum ex muliere ✠ creavit. ℣. Gloria. ✠ quia. Jer. 31. Galat. 4.

commemoratio feriae.

Reliqua de sequenti, commemoratio octavae, et feriae, ac S. Othilie V.

## Die XIII. Dec.

S. Lucie Virg. et Mart.
Dupl. 3. Cl.

Omnia de communi unius virginis Mart. praeter sequentia.

Oratio Alia.

Deus, cordium pudicorum habitator et custos, qui beatam Luciam virginem et Martyrem

tuam ab omni pollutione mentis et corporis
immunem servasti: ure, quæsumus, igne
Spiritus sancti renes nostros, et cor nostrum;
ut tibi casto corpore serviamus, et mundo
corde placeamus. Per Dominum.

Pro S. Attilia ant. et V. de una virgine non
Martyre. Oratio. Sac. Greg.

Deus qui annua sancte Attilie virginis
solemnitate lætificas: concede propitius;
ut eius adjuvemur meritis, cuius castitatis
irradiamur exemplis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex libro Sancti Aldelmi Episcopi de
laudibus sanctæ virginitatis. cap. 23.

Sicut Catanense municipium pro ceteris
Trinacrie urbibus Agathe martyrio feli-
citer coronatur: ita famosissimo diruncule
Lucie prorogativa Syracusæ, oppidum
Sicilie, prosperis successibus sublimatur.
quæ genitricem prolixa valetudine fatiga-
tam, et meritis Agathe a vivo cruoris cura-
tam, quum alternatim confabularentur,
hujuscemodi precibus interpellans: per
ipsam inquit, te deprecor, quæ te servavit, ne
te mihi pronum nomines, nec de mea po-
steritate fructum immortalitatis ingui-
ras; sed omnia, quæ mihi cuncti adcorruptio-
nis meæ auctorem hominem moriturum
eras dabitura, da mihi cuncti adintegritatis
meæ auctorem Dominum nostrum Jesum
Christum. Matre igitur consentiente fit
rerum repentina distractio: ac dum carnale
dispatur patrimonium, spirituale exer-
cetur matrimonium. Verum pro hujusmodi
negotio pronus iracundiæ facibus inflam-
matur. Basilius consul tribunitia

testate fretus facti angore afficitur, eo quod
Christi vincula nec sermonum severitate casti-
gata, nec lenonum fallaci lenocinio tradita,
a rigido virginitatis proposito penitus
inflecti valuit. quamvis aestibus constitam,
ad detestabile prostibulum et impium lupanar
scelerum trudere niterentur sanctam; sed
ab omni magorum machina illaesam, et
arsurum superstitione incontaminatam Chri-
sti tutela protexit. Postremo furibundus
consul flammivomis afflandam toribus
tradidit; ita ut altrae picis et resinae fomentum
cum scintillante oleo rogorum incendia
cumularent. Sed hoc divino potestatis
imperio sopita dicto citius tabuerunt. Igi-
tur beata Lucia, salvo pudoris signaculo, et
consummato vitae curriculo, gloriosum mar-
tyrii triumphum meruit; dum mucrone
confossa maluit purpureum sanguinem
fundere, quam pretiosam pudicitiam perdere.
℟. Avisit Dominus, quoniam custodivit me
angelus eius. ✱ Et non permisit me Dominus
ancillam suam coinquinari. ℣. Invocavi Domi-
num patrem Domini mei, ut non derelinqueret
me sine adjutorio. ✱ Et non. ℣. Gloria. Et.
non permisit. Judith 13. Euli. sj.
In matutinis de Missa fit commemoratio
octavae, ferio, et S. Ottiliae v.
In vesperis fit commemoratio octavae et ferio.

## Die XIV. Dec. Octava.

Simpl. d. lect.

Lectio III.

Ex libro Sancti Irenaei adversus haereses.
l. 3. c. 23.

In sua propria veniente Domino, et sua pro-
pria cum vaiulante conditione, quae vaiula-
tur ab ipso, et recapitulationem eius, quae
in ligno fuit inobedientiae, per eam quae in
ligno est obedientiae, faciente, et sedulione

illa soluta, qua sedula est male illa, quo jam ~~virgo~~ viro distincta erat, virgo Eva, per veri-
talem Evangeli zata est bene abangelo
jam sub viro virgo Maria. quemadmo-
dum enim illa per angeli sermonem
seducta est, ut effugeret Deum provarica-
ta verbum eius; ita et hoc per angelicum
sermonem evangeli zata est, ut portaret
Deum obediens eius verbo: et sicut inobe-
dierat Deo, sed hoc fuasa est obedire deo,
ita virginis Eve virgo Maria fieret advo-
cata. Et quemadmodum adstrictum
est morti genus humanum per virgi-
nem, salvatur per ~~eam~~ virginem, aequa
lance disposita virginalis inobedientia
per virginalem obedientiam.

℟. Sicut per inobedientiam unius ho-
minis peccatores constituti sunt multi: ✠
ita et per unius obedientiam justi con-
stituentur multi. ℣. Beata, quae cre-
didisti, quoniam perficientur ea, quae
dicta sunt tibi a Domino. ℣. per unius.
℣. Gloria. ℣. per. Rom. 5. Luc. j.

Et fit commemoratio feriae.

Vespere dupl. ex I. Vesperis festi.

Oratio Sac. Greg.

Supplicationem servorum tuorum Dus
miserator exaudi: ut qui in conceptione
Dei Genitricis et virginis congregamur;
eius intercessionibus a te de instantibus
periculis eruamur. Per eumdem.

Et dicitur ad omnes horas.

Et fit commemoratio feriae.

## Die XV. Dec.

Octava Conceptionis B. M. V.

Dupl. 3. cl.

Lectio III.

Ex libro Sancti Fulgentii episcopi de
fide ad Petrum. c. 2.

Deus factus est filius virginis Mariæ, et Maria
virgo facta est mater unigeniti dei; ut quem
Pater genuit ex eternitate, ipsum virgo con-
ceptum proferret in tempore: illa utique virgo,
quam Deus, qui de ea fuerat nasciturus, ita
singulari gratia provenit atque replevit, ut
ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex
mitio habuit universitas Dominum: cujus
sibi videret nascendi solemnitate subditum,
quem in unitate paterno substantiæ non solum
humana, sed etiam angelica natura cognoscit
et adorat altissimum.

℟. Dilexit eam, ut illam sanctificaret, perchi-
beret ipse sibi gloriosam, * non habentem ma-
culam aut rugam, sed ut sit sancta et immu-
culata. ℣. Elegit eam Dominus in habitatio-
nem sibi. * non hab. ℣. Gloria. Et ut sit. Eph. 5.
Pf. 131.

Et fit commemoratio feriæ.

In vesperis fit commemoratio sequentis et feriæ.

## Die XVI. Dec.

S. Eusebii Ep. et Mart.
semid. d. cel.

De communi unius Martyris Pontificis.

### Oratio dun.

Deus, pro cujus nomine beatus Eusebius confessor
tuus et Pontifex, magnum certamen passio-
num invicta fide sustinuit: da nobis ejusdem
imitatione fidei magis eligere affligi cum
populo tuo, quam temporalis pœnali habere
incandidatem. Per Dominum.

### Lectio III.

Ex epistola Sancti Ambrosii episcopi ad
ecclesiam Vercellensem.

Primus in Occidentis partibus diversa
inter se Eusebius sancto memoriæ conjunxit,
ut in civitate positus instituta monacho-
rum teneret, et ecclesiam regeret jejunii
sobrietate. Exivit de terra sua, et de
cognatione sua, et domestico otio pereg-
rinationem probulit. Profide quoque exilii
dura proposuit atque elegit conjunctos sibi
sancto memoriæ Dionysio ℣ Mediolanen-
episcopo: ℟ qui posthabuit imperatoris
℣ Constantii: ℟ amicitiam exilio voluntario.
Hæque memorabiles viri circumdati armis,
vallati exercitu, quum raperentur de
ecclesia majore, triumphabant de imperio,
quia contumelia terrestri mercabantur
mentis fortitudinem, regni potentiam:
quibus militaris armorum strepitus ex-
torquere non potuit fidem. Hoc patientia
in sancto Eusebio monasterii coalitus usu,
et duriores observationes consuetudine
hausit laborum tolerantiam. ... Multis
demum profide perfunctus laboribus, cum
omnes fere cum Athanasio et Hilario arianæ
constantissime restitisset, in ecclesiam suam
redux Eusebius obiit in pace anno Domini
circiter trecentesimo septuagesimo.

℟. Labora sicut bonus miles Christi Jesu; ✠
nam et ✠ qui certat in agone, non corona-
bitur nisi legitime certaverit. ℣. Esto
vir fortis, et præliare bella Domini ✠ nam.
℣. Gloria. ✠ qui certat. 2. Tim. 2. j. Reg. 18.

Et fit commemoratio feriæ.

℣ Mitra Sacerdotes Dei. de communi.

## Die XVII. Dec.

S. Sylvestri Papæ Conf.
Duplex. ℣. Lect.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Cum.

Omnipotens Deus, qui beatum Sylvestrum Pontificem populo tuo praesse, et quibus prorari verbo et exemplo prodesse voluisti: eodem intercedente Pastore ecclesia tua cum gregibus sibi comissis dirige in viam salutis eterne; ut omnes te donante tibi placita capiant, et tota virtute perficiant. Per Dominum.

Vespere de seq. commemoratio precedentis et feria.

Lectio III.

brev. Paris.

Sylvester Ecclesie Romane presbyter, tanta cum laude in eo munere se gessit, ut post Melchiadem Pontifex fuerit electus. Ipso Pontifice, data orbi Christiano per Constantinum pace, cum contra Christi divinitatem Arii impietas erupisset, primum concilium oecumenicum apud Nicoeam Bithynie coactum est, cui synodo Sylvester interesse non potuit, sed qui ab eo missi sunt, eius vice protenerunt: ubi etiam Arius condemnatus, et vera fides stabilita et explicata est. Sylvester deinde per plures annos officio suo sanctissime obiit circa annum Christi trecentesimum trigesimum quintum, cum annos viginti unum, et menses undecim sedisset.

℣. Excelsum fecit eum Dominus, et dedit illi sacerdotium gentis: ✝ induit eum stolam gloriae, et coronavit eum in vasis virtutis.

℣. Corona aurea super mitram eius, expressa signo sanctitatis et gloria honoris. ✝ induit.

℣. gloria. ✝ induit. Eccli. 45.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis et feria.

Die XVIII. Dec.

Expectatio partus B. M. V.

Duplex maius. ℣. Cod.

Ad I. Vesperas antiphonæ et cætera ut habentur in proprio de tempore die XVII. Dec. Si vero sit Dominica, omnia ut XVIII. Dec. Sed ob antiphonas O. de Beata in vesperis sittantum sequens commemoratio.

Antiph. Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: * ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen eius Jesum. Luc. j.

℣. Benedicta tu in mulieribus,
℟. Et benedictus fructus ventris tui. Luc. j.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis utero Verbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus ut die XVIII. Dec.
antiphona et ℣. de psalterio; lectiones I. Nocturni cum suis ℣. ℟. ex eodem die: quod si hodie sit Dominica, lectiones ex die XVIII. leguntur die sequente, quinimo deinde lectiones ponuntur die præcedente XVIII. sta ut illæ diei XVIII. assignatæ semper leguntur in I. Noct. Exspectationis B. V.

In II. Nocturno.

Antiphona et ℣. de psalterio.

Lectio V.

Sermo Sancti Leonis Papæ.
Serm. 4. in nat. Dom. c. j.

Semper quidem dilectissimi, diversis modis multisque mensuris humano generi benignitas Divina consuluit, sed plurima providentia

hus munera omnibus retro sanctis clementer impertiit: sed in novissimis temporibus omnem abundantiam solitæ benignitatis excessit, quando in Christo ipsa ad peccatores misericordia ipsa errantes veritas, ipsa ad mortuos vita descendit: ut verbum illud coæternum et coæquale genitori, in unitate deitatis suæ naturam nostræ humilitatis assumeret, et Deus de Deo natus, idem etiam homo de homine nasceretur. Promissum quidem hoc a constitutione mundi, et multis significationibus rerum atque verborum semper fuerat prophetatum: sed quantam hominum portionem figuræ illæ et mysteria obumbrata salvarent, nisi longa et occulta promissa adventu suo Christus implesset, et quod hunc paucis credentibus profuit faciendum, innumeris jam fidelibus prodesset effectum?

℟. Sicut terra proferat germen suum, sic Dominus Deus germinabit justitiam et laudem coram universis gentibus. ℣. Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. ✠ Dominus. Ps. 6j. Ps. 4j.

## Lectio VI.

Jam ergo nos non signis neque imaginibus ad fidem deducimur, sed evangelica historia confirmati, quod factum credimus, adoramus: accedentibus ad eruditionem nostram prophetici instrumentis, ut nullo modo habeamus ambiguum, quod tantis oraculis scimus esse prædictum. Hinc enim est, quod Dominus Abrahæ ait: in semine tuo benedicentur omnes gentes. Hinc David promissionem Dei prophetico spiritu canit: juravit Dominus David, et non frustrabitur eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hinc idem Dominus per Isaiam: ecce virgo, inquit, in utero accipiet, et pariet filium,

vocabitur nomen eius Emmanuel. Et iterum: Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet. Ergo virga non dubie beata Virgo Maria prædicta est, quæ de Jesse et David stirpe progenita, et Spiritu sancto fœcundata, novum florem carnis humanæ utero quidem materno, sed partu esse nixa virgineo.

℟. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope: * Orietur stella ex Jacob, et consurget virga de Israel. ℣. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet. * orietur. *Num. 24. ff. ii.*

## Lectio VII.

Sermo Sancti Basilii Episcopi.
De humana Christi gener. serm. 23.

Quo pacto cum Deo necessitudinem incas, eique concilieris, rationem quæris. Hanc accipe. Propterea Deus venit in carne, quoniam divis devotam et contaminatam carnem hanc nostram, purgatam sanctamque reddi oportebat, infirmam ac debilem corroborari, a Deo abalienatam ei conciliari, e paradiso prolapsam in cœlum tolli. Quænam vero est dispensationis huius officina? Sancta virginis corpus. Quæ autem generationis principia? Spiritus sanctus, et virtus altissimi obumbrans. Sed potius ipsa audi Evangelii verba: inventa est in gastre habens de spiritu sancto. Et virgo erat, quamvis desponsata viro: atque ad huius mysterii dispensationem idonea judicata est, ut et virginitati honor haberetur, et matrimonium non improbaretur.

℟. Præparare in occursum Dei tui Israel: * Dominus Deus exercituum nomen eius.

℣. exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi, justus et salvator. ✱ Dominus. Amos 4. Zach. 9.

## Lectio VIII.

Jam vero quod ante secula ordinatum fuerat mysterium, olim per prophetas prædictum, habuit exitum: ecce virgo in utero accipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Hoc idem appellatio omnis penitus mysterii declarationem habet, quod Deus inter homines, quandoquidem ejus vocis interpretatio Emmanuel est vobiscum Deus. Venio autem Judaicis se fraudibus decipi patiatur, qui dicant non virginem, sed puellam a prophetæ vocatam. Nam primum quidem omnium absurdissimum est et ineptissimum, id a Domino pro signo datum existimare, quod commune est et totius manifeste naturæ. Signum autem quoddam inaudituum ac prodigiosum valdeque a communi natura remotum est, eadem scilicet mulier et virgo et mater, quæ et in virginitatis sanctimonia perseveraret, et sustollendæ prolis benedictionem susceptura esset.

℟. Lauda filia Sion, cantare et exulta in omni corde: abstulit Dominus judicium tuum, averbit inimicos tuos: ✱ Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultra. ℣. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. ✱ Rex. ℣. Gloria. ✱ Rex. Soph. 3. Matthæj.

## In III. Nocturno.

Ant. et Cantic. 1. Isa. 61.

Gaudens gaudebo in Domino, ✱ et exultabit anima mea in Deo meo:
quia indutit me vestimentis salutis: ✱ et indu-

mente justitiæ circumdedit me.
Quasi sponsum decoratum corona, * et quasi sponsam ornatam monilibus suis.
Sicut enim terra profert germen suum: * et sicut hortus semen suum germinat:
Sic Dominus Deus germinabit justitiam, * et laudem coram universis gentibus.

Canticum II. ℣. 62.

Propter Sion non tacebo: * et propter Jerusalem non quiescam.
Donec egrediatur ut splendor justus eius: * et Salvator eius ut lampas accendatur.
Et videbunt gentes justum tuum, * et cuncti reges inclitum tuum:
Et vocabitur tibi nomen novum, * quod os Domini nominabit.
Et eris corona gloriæ in manu Domini, * et diadema regni in manu Dei tui.

Cantic. III. ibid.

Non vocaberis ultra derelicta: * et terra tua non vocabitur amplius desolata:
Sed vocaberis voluntas mea in ea: * et terra tua inhabitata:
Quia complacuit Domino in te, * et terra tua inhabitabitur.
Habitabit enim juvenis cum virgine, * et habitabunt in te filii tui:
Et gaudebit sponsus super sponsam: * et gaudebit super te Deus tuus.
Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, * tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt.
Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium ei: * donec stabiliat, et donec ponat Jerusalem laudem in terra.
ant. Gaudens gaudebo in Domino: * et exultabit anima mea in Deo meo. ℣. 63.

℣. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes
aquarum:
℟. Ita desiderat anima ad te Deus. Ps. 41.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 13.

Nunc propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox praecessit, dies autem appropinquavit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et aemulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.
℟. Suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra: ✠ Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster. ℣. Ingressus angelus ad Mariam dixit: ecce concipies in utero, et paries filium. ✠ Hoc est. Jer. 23. Luc. 1.

## Lectio X. cap. 15.

Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiae et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: ut unanimes uno ore honorificetis Deum, et Patrem Domini nostri Jesu Christi.
℟. Praeparabitur in misericordia solium, et sedebit super illud in veritate: ✠ judicans et quaerens judicium, et velociter reddens, quod justum est. ℣. Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum. ✠ judicans. Ps. 50. Luc. 1.

## Lectio XI.

Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim, Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: propterea confitebor tibi in gentibus Domine, et nomini tuo cantabo.

℟. Suscepit Deus Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ: ✱ sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus in sæcula. ℣. In me ancilla sua adimplerit Dominus misericordiam suam, quam promisit domui Israel. ✱ sicut. Luc. j. Judith 13.

## Lectio XII.

Et iterum dicit: Lætamini gentes, cum plebe ejus. Et iterum: Laudate omnes gentes Dominum, et magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait: erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: ut abundetis in spe, et virtute Spiritus sancti.

℟. Beata, quæ credidisti, ✱ quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino.

℣. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur; nec ut filius hominis, ut mutetur. ✱ quoniam.

℣. Gloria. ✱ quoniam. Luc. j. Num. 23.

Evangelium, ut supra in festo S. Gabrielis.

### Ad Laudes matutinas et horas.

Omnia dicuntur, ut die XVIII. vel (si hodie fit Dominica) ut XIX. Dec. cum oratione ut supra ad vesperas.

### Ad Laudes.

℣. Velociter exaudi me Domine:

℟. Defecit spiritus meus. Ps. 142.

Ad Benedictus ant. Spiritus sanctus superveniet

in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. ℟.
Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Luc. j.
Deinde fit commemoratio feriæ, ut supra loco.

## ad II. Vesperas.

Omnia, ut die XVIII. pro commemoratione
B. Mariæ
Ant. Quid dilecte mi? quid dilecte alteri, rei? ℟
quid dilecte votorum meorum? Prov. 31.
℣. Concupiscet rex decorem tuum.
℟. quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum. Ps. 44.

### Oratio ut supra ad vesperas.

Si hodie occurrat Dominica, festum hoc celebratur die sequente XIX. et omnia fiunt, ut illa die notantur, præterea, quæ proprie sunt propria.

## Die XX. Dec.

De vigilia S. Thomæ nihil fit in officio, dicitur vero et Missa de ea, cum commemoratione feriæ. Si vero occurrat in feriis quatuor temporum, et Missa dicitur de feria, cum commemoratione vigiliæ.

## Die XXI. Dec.

### S. Thomæ apostoli.

Festivitas II. classis. 12. lectionum.
Ad utrasque vesperas antiphona, capitio, ℟. br. hymnus et ℣. dicuntur de feria currente, ritu duplici, et antiphonas O. Et de S. Thoma fit tantum commemoratio. Ad laudes autem et horas antiphona quidem de feria currente, cætera autem de festo.

### ad I. Vesperas.

Ant. Dicit Jesus Thomæ: ego sum via, et veritas et vita: ℟ nemo venit ad patrem, nisi per me. Jo. 14.
℣. Notas mihi fecisti vias vitæ:
℟. adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Ps. 15.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Domine, beati apostoli tui Thomæ solemnitatibus gloriari: ut eius semper et patrocinijs sublevemur, et fidem congrua devotione fatemur. Per Dominum.

ad vigilias nocturnas.

Omnia de communi apostolorum. præter

Nocturno lectiones quatuor cum suis R. P.

de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex hist. Evang. et ecclesiast.

Thomas, qui et Didymus, unus fuit ex duodecim, quos Christus e discipulis suis elegit, et apostolos nominavit. Dominum audita morte Lazari in Judeam proficisci volentem, cum discipuli objecto capitalionis periculo deterrere conarentur, dixit Thomas: eamus et nos, et moriamur cum illo. Cum autem Christus transiturus ad Patrem dixisset discipulis: vado parare vobis locum; scisciatus Thomas, quo vaderet, et quam iret viam, his ab eo verbis edoctus est: ego sum via, veritas et vita, nemo venit ad patrem, nisi per me. Post octo a resurrectione dies vidit stantem Dominum in medio discipulorum, et qui prius eum resurrexisse non credidera, præsentem intuitus exclamavit: Dominus meus, et Deus meus.

Lectio VI.

Post acceptum Spiritum sanctum Parthis et Medis evangelium annunciavit. Tum ad Indos se contulit, quibus in christiana religione eruditis apostolatus honorem martyrii corona cumulavit. Maximo in honore fuit apud fideles, cum plurima olim extitere monimenta. In Indiæ loco, in quo corpus

eius primo conditum fuit, exstructum est
monasterium, et templum miro magnitu-
dinis, in quo Deus multis miraculis apostoli
sui gloriam declaravit. Edessa in Mesopotamia,
quo eius reliquiæ translatæ sunt, insignis
ædificata est basilica, eiusque nomini dicata:
in qua propter loci sanctitatem collecta sine
intermissione celebrabantur.

## Lectio VII.

Sermo Sancti Gregorii Papæ.

hom. 26. in Evang.

Numquid casu gestum credimus, fratres carissi-
mi! ut electus ille discipulus tum deesset, post
autem veniens audiret, audiens dubitaret, du-
bitans palparet, palpans crederet? Non hoc
casu, sed divina dispensatione gestum est. Egit
namque miro modo superna clementia, ut
discipulus ille dubitans dum in magistro
suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera
sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ
infidelitas ad fidem, quam fides credentium
discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem
palpando reducitur, nostra mens omni dubita-
tione postposita in fide solidatur. Sic quippe
discipulum Dominus post resurrectionem
suam dubitare permisit, nec tamen in dubi-
tatione deseruit: sicut ante nativitatem
suam habere Mariam sponsum voluit, quia-
men ad eius nuptias non pervenit. Nam ita
factus est discipulus dubitans et palpans
testis vero resurrectionis, sicut sponsus matris
fuerat custos integerrimæ virginitatis.

## Lectio VIII.

Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur
ei dicitur: quia vidisti me, credidisti? Sed aliud
vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine

divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, et Deum confessus est dicens: Dominus meus et Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum esse, quem videre non poterat, exclamavit. Laetificat valde, quod sequitur: beati, qui non viderunt, et crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Vos signati sumus, sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille enim vere credit, qui exercet operando, quod credit.

## In III. Nocturno.

Antiphona et cantica, ut in Dominica I. adventus.

V. Lectiones: Finis legis. cum suis R.R. de communi Apostolorum.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Joannem. cap. 20.

In illo tempore: Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: pax vobis. Deinde dicit Thomae: infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, et dixit ei: Dominus meus et Deus meus. Dixit ei Jesus: quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, et crediderunt.

Ad Bened. ant. Vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: ✠ noli esse incredulus, sed fidelis. Jo. 20.

Deinde fit commemoratio feriæ.

In 11. Vesperis.

De Magnif. pro commem. antiph.

Quia vidisti me Thoma, credidisti: & beati, qui non viderunt, et crediderunt: Jo. 20.

Si hoc festum veneris in Dominica transfertur in feriam secundam.

Ad Officia festorum, quæ deinceps usque ad Decimam quartam Januarii in Calendario sequuntur, ob majorem commoditatem habentur in proprio de tempore.

## Festa Januarii.

## Die XIV. Januarii.

## Festum SS. Nominis Jesu.

Solemnitas II. classis. 12. lect.

### Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Isa. 50.

Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini, et innitatur super Deum suum.

℟. br. adjutorium nostrum * in nomine Domini:
℣. Qui fecit coelum et terram. Ps. 123.

Hymnus Paris. In tono nativitatis.

1. Vidis sibi cognomina
Sumunt tyranni gentibus: *
Tu Christe quanto dignius
Ab his capis, quos liberas?

2. Non alterum mortalibus
Agris datum, quod innocent: *
Resurgerent quo mortui,
Serenne per quod viverent.

3. Tanti quod illi constitit,
Solo quod emptum sanguine: *
Nostro-ne rursum crimine
Profana gens delebimus?

4. Sacro pati pro Nomine,
Summi fit instar muneris: *
Amara non mors amplius,
Fit mors per hoc amabilis.

5. Tu qui vocari sustines, ~~Jes~~
Jesu, salus mortalium: *
Audi vocantes nos, tuo
Qui gloriamur nomine.

℣. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: ✱
Cum Patre tuaque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.
Hoc clausula dicitur ad omnes horas.

℣. Vocabitur tibi nomen novum:
℟. Quod os Domini nominabit. Isa. 62.

Ad Magnif. ant. Vocabis nomen eius Jesum: ✱ ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Matth. 1.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et Jesum vocari jussisti: concede propitius, ut tanti sanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in cœlis. Per eumdem.

Deinde fit commemoratio diei octavæ Epiphaniæ ut in proprio de tempore: postea S. Felicis M. ant. et V. de communi.

Oratio Sar. Greg.

Concede quæsumus, omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Nomen Jesu, quod est super omne nomen: ✱ Venite adoremus. Philip. 2.

Rhythmus. in tom. operum S. Bernardi. T. II. p. 895.

1. Jesu dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia: ✱
Sed super mel et omnia,
Ejus dulcis præsentia.

2. Nil canitur suavius,
Nil auditur jucundius, ✱
Nil cogitatur dulcius,
Quam Jesu Dei Filius.

3. Jesu spes poenitentibus,
Quam pius es petentibus: *
Quam bonus te quærentibus:
Sed quid invenientibus?

4. Jesu dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium: *
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

5. Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere: *
Expertus potest credere,
Quid sit Jesum diligere.

6. Sis Jesu nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium: *
Sit nostra in te gloria
Perennis a sempiterna. amen.

In I. Nocturno. antiphona

℣. Misit Dominus Salvatorem, et propugnatorem, * qui liberet eos. Ps. 19.

2. Ecce Salvator tuus venit: * ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram eo. ib. 62.

3. Ipse salvabit nos * propter misericordiam suam. Tob. 13.

4. Eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum: * Et salvabo vos de universis inquinamentis vestris. Ezech. 36.

5. Ecce ego salvabo populum meum, * et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum. Zach. 8.

6. Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster: * vere in Domino Deo nostro salus. Jer. 3.

℣. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos:

℟. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ps. 78.

## Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 3.

Petrus et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum et Joannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemosynam acciperet: intuens autem in eum Petrus cum Joanne dixit: respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.

℟. In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: ✠ et ambulabimus in nomine Domini Dei nostri. ℣. Ait in curribus et hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri invocabimus. ✠ et. Mich. 4. Vs. 19.

## Lectio II.

Petrus autem dixit: argentum et aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera allevavit eum, et protinus consolidatæ sunt bases eius et plantæ. Et exiliens stetit et ambulabat: et introivit cum illis in templum ambulans et exiliens et laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem et laudantem Deum.

℟. Deus ipse veniet et salvabit vos: tunc patebit oculus cæci, et aures surdorum audient: ✠ et redempti a Domino convertentur, et venient in Sion cum laude. ℣. Ve avertatur humilis factus confusus, pauper et inops laudabunt nomen tuum. ✠ et redempti. Isa. 35. Vs. 10.

## Lectio III.

Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi, et impleti sunt stupore et extasi in eo, quod contigerat illi. Cum teneret autem Petrum et Joannem, concurrit omnis populus ad eos, ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus respondit ad populum: viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, et Deus Isaac et Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos autem sanctum et justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfecistis: quem Deus suscitavit a mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus hunc, quem vos vidistis et nostis, confirmavit nomen ejus: et fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

℟. Cuncta gentium robustarum timebit te: * quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. ℣. Timebunt gentes nomen tuum Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam. * quia. Ps. 25. Ps. 101.

## Lectio IV. cap. 4.

Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, et Seniores, et scribæ in Jerusalem, et Annas princeps sacerdotum, et Caiphas et Joannes et Alexander, et quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio interrogabant: in qua virtute,

ut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc
repletus Spiritu sancto Petrus dixit ad eos:
principes populi et seniores audite. Si nos
hodie dijudicamur in beneficio hominis in-
firmi, in quo iste salvus factus est, notum sit
omnibus vobis et omni plebi Israel, quia
in nomine Domini nostri Jesu Christi Naza-
reni, quem vos crucifixistis, quem Deus sus-
citavit a mortuis, in hoc iste adstat coram
vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est
a vobis ædificantibus, qui factus est in ca-
put anguli: et non est in alio aliquo salus.
Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum
hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.
℟. Videntes admirabantur, * Vocantes
eos, † denuntiaverunt, ne omnino loque-
rentur, neque docerent in nomine Jesu.
℣. Astiterunt reges terræ, et principes convene-
runt in unum, adversus Dominum et ad-
versus Christum ejus. * Vocantes. ℣. Gloria.
† denunt. act. 4. ℣. 2.

## In II. Nocturno. antiphonæ.

1. Ecce Deus Salvator meus: † fiducialiter
agam, et non timebo. ℣. 12.
2. Fortitudo mea et laus mea Dominus: † et
factus est mihi in salutem. ib.
3. Iste Deus meus, et glorificabo eum: † Deus
patris mei, et exaltabo eum. Exod. 15.
4. Sanctum nomen Domini in excelso, et in
sancto habitans: † et cum contrito et humi-
li spiritu. ℣. 57.
5. Adduxisti populum tuum Domine: † ut fa-
ceres tibi nomen glorio. ib. 63.
6. Oleum effusum nomen tuum Domine: †
recti diligunt te. cant. 1.
℣. Sperent in te Domine,
℟. Qui noverunt nomen tuum. ℣. 9.

## Lectio V.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.
Serm. 3. super cantica.

Est procul dubio inter oleum et nomen pronsi similitudo, nec aliose spiritus sanctus alterum comparavit. Ego autem dico, in triplici quadam qualitate olei, quod lucet, pascit et ungit: fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Vide idem nunc et de pronsi nomine. Lucet prodicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit et ungit. Et speramus singula. Unde putas in toto orbe tanta et tam subita fidei lux, nisi de predicato Jesu? Nonne in hunc nominis lucem Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, et in lumine isto videntibus lucem dicat merito Paulus: fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino! quomodo lux ista insplenduit ac perstrinxit cunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri tamquam fulgur egrediens, claudi unius corporales plantas solidavit et bases, nucleosque spirituales eorum illuminavit! Numquid non ignem sparsit, cum ait: in nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula.

℟. Manifestata est nunc gratia per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, * qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium. ℣. Qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini.
* qui. 2. Tim. 1. Isa. 50.

## Lectio VI.

Ecce tantum lux est nomen Jesu, sed est et cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris! quid equo mentem cogitantis ingurgitat? quid sic exercitatos reparat sensus,

irtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas foret affectiones? aridus est omnis animae cibus, si non oleo isto infundatur: insipidus est, si non hoc sale condiatur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum. Si disputes, aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Jesus. Jesus mel in ore, in aure melos, in corde jubilus.

℟. Congregabo illos, quia redemi eos, et crescent sicut ante fuerunt. ✠ Et in nomine ejus ambulabunt. ℣. Filii hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt, quoniam apud te est fons vitae. ✠ Et in. Zach. 10. Ps. 95.

## Lectio VII.

Sed est et medicina. Tristatur aliquis vestrum? veniat in cor Jesus, et inde saliat in os, et hinc ad exorbum nominis lumen, nubilum omne diffugit, rediit serenum. Labitur quis in crimen, currit insuper ad laqueum morbis desperando? Nonne si invocet nomen vitae, confestim respirabit ad vitam? Cui alignando flebit ante faciem salutaris nominis, duritia cordis, ignavia torpor, rancor animi, languor accidit? Cui in periculis palpitanti et trepidanti invocatum virtutis nomen non statim fiduciam prostitit, depulit metum? Cui, quoties, in dubiis aestuanti et fluctuanti non subito ad invocationem clari nominis emicuit certitudo? Cui in adversis diffidenti, jamjamque deficienti, si nomen adjutorii sonuit, defuit forbitudo? Si mirum morbi et languores animae isti sunt, illud medicina.

℟. Turris fortissima nomen Domini: ✠ ad ipsum currit justus, et exaltabitur. ℣. Tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi. ✠ Ad ipsum. Prov. 18. Ps. 114.

## Lectio VIII.

Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat livoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, exstinguit libidinis flammam, filium temperat avaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino Jesum hominem, mihi propono mitem & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni denique honestate ac sanctitate conspicuum, eumdemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me & exemplo sanet, & roboret adjutorio. Hæc omnia simul mihi sonant, cum nisonuerit Jesus. Sumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium a potente; illa tanquam pigmentarias species, hoc tanquam unde aquam eas: & facio confectionem, cui similem medicorum nemo facere possit. Hoc tibi electuarium habes, reconditum in vasculo vocabuli hujus, quod est Jesus, salutiferum certe, quodque nulli unquam pestilno inveniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quo tui omnes in Jesum & sensus dirigantur & actus.

℟. Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster: ✠ vere in Domino Deo nostro salus. ℣. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. ✠ vere. ℣. Gloria. ✠ vere. Jer. 3. Ps. 43.

## In III. Nocturno.

ant. Iste Dominus, sustinuimus eum: ✠ exultabimus & lætabimur in salutari ejus. Isa. 25.

Cantica ex Nativitate Domini.

℣. In Deo laudabimur tota die:
℟. Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. Ps. 43.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 2.

Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.

℟. Non misit Deus Filium suum, ut judicet mundum: ✠ sed ut salvetur mundus per ipsum. ℣. Misit ei Deus Salvatorem et propugnatorem, qui liberet eos. ✠ ut sal. Jo. 3. Isa. 19.

## Lectio X.

Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

℟. Vivo ego, dicit Dominus, ✠ quoniam ✠ mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. ℣. Numquid non ego Dominus, et non est ultra Deus absque me? Deus justus, et salvans non est præter me. ✠ mihi. Rom. 14. Isa. 45.

## Lectio XI.

De epistola ad Colossenses. cap. 1.

Ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia et longanimitate cum gaudio, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis sui, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ. quoniam in ipso condita sunt universa in cœlis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.

℟. Vitam æternam dedit nobis Deus, et hæc vita in Filio eius est: ✠ ut sciatis, quoniam ✠ vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. ℣. Non enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. ✠ vitam. j. Jo. 5. ant. 4.

## Lectio XII.

Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens. quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis,

nunc autem reconciliauit in corpore carnis
eius per mortem exhibere vos sanctos et
immaculatos et irreprehensibiles coram
ipso.

℣. Ecce puer meus, quem elegi dilectus meus,
in quo bene complacuit anime mee. ✠ et
in nomine eius gentes sperabunt. ℣. Dedit
ei ut liberaret populum suum, et adqui-
reret sibi nomen eternum. ✠ et in. ℣. Gloria.
℣ in nom. Matth. 12. & Marc. 6.

Sequentia sancti Euangelii
secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Postquam consummati
sunt dies octo, ut circumciderent puer:
vocatum est nomen eius Iesus, quod voca-
tum ab angelo, prius quam in utero conci-
peretur.

℣ Laudes Matutinas et horas. antiphone.

1. Omnis, qui invocaverit nomen Domini, ✠
salvus erit. Joel 2.
2. Confitemini Domino, et invocate nomen eius: ✠
memenlote, quoniam excelsum est nomen
eius. Isa. 12.
3. Turris fortissima nomen Domini: ✠ ad ipsum
currit iustus, et exaltabitur. Prov. 18.
4. In Domino gaudebo: ✠ et exultabo in Deo
Iesu meo. Hab. 3.
5. ad Laud. Iuvenes et virgines, senes cum junio-
ribus laudent nomen Domini: ✠ quia
exaltatum est nomen eius solius. Ps. 148.

Ad Vesperas. 39.

Benedictio Domini quasi flavius inundavit.
Et nunc in omni corde et ore collaudate et
benedicite nomen Domini.
℣. br. Sit nomen Domini ✠ benedictum
in secula.
℣. ante solem permanet nomen eius. ✠ benedict.
Ps. 71.

## Rhythmus.

1. Jesu rex admirabilis,
   Et triumphator nobilis: ✱
   Dulcedo ineffabilis,
   Totus desiderabilis.

2. Mane nobiscum Domine,
   Et nos illustra lumine: ✱
   Pulsa mentis caligine
   Mundum replens dulcedine.

3. Quando cor nostrum visitas,
   Tunc lucet ei veritas: ✱
   Mundi vilescit vanitas,
   Et intus fervet charitas.

4. Jesum omnes agnoscite,
   Amorem eius poscite: ✱
   Jesum ardenter quaerite,
   Quaerendo invenite.

5. Sic amantem diligite,
   Amoris vicem reddite: ✱
   In hunc odorem curvite,
   Et vota vobis reddite.

6. Te nostra Jesu vox sonet,
   Vestri te mores exprimant. ✱
   Te corda nostra diligant,
   Et nunc et in perpetuum. amen.

℣. Magnificate Dominum mecum:
℟. Exaltemus nomen eius in idipsum. Ps. 33.

Ad Bened. ant. Benedictum Domine nomen gloriae tuae sanctum ✱ et laudabile, et superexaltatum in omnibus seculis. Dan. 3.

### Oratio ex I. Vesperis.

Deinde fit commemoratio S. Felicis M. de communi oratio ut in I. Vesperis.

### Ad Tertiam. Lectio Philip. 2.

Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

℣. Redemptionem misit Dominus populo suo:
℟. Sanctum et terribile nomen eius. Ps. 110.

## Ad Sextam. Lectio Rom. 10.

Omnis qui credit in illum, non confundetur:
non enim est distinctio Judei et Greci; nam
idem Dominus omnium, dives in omnes,
qui invocant illum. Omnis enim qui invo-
caverit nomen Domini, salvus erit.
℣. Sperent in te, qui noverunt nomen tuum:
℟. Quoniam non derelinquisti quærentes te
Domine. Ps. 9.

## Ad Nonam. Lectio 2. Tim. 2.

Firmum fundamentum Dei stat, habens
signaculum hoc: cognovit Dominus, qui
sunt eius; et discedat ab iniquitate omnis,
qui nominat nomen Domini.
℣. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius:
℟. Et non respexit in vanitates et insanias fal-
sas. Ps. 39.

## Ad II. Vesperas.

### Antiphonæ ex Matutinis.

### Lectio. Coloss. 3.

Omne quodcumque facitis in verbo aut in
opere, omnia in nomine Domini Jesu Chri-
sti, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.
℟. br. et hymnus ex I. Vesperis, vel Sequens.

### Rhythmus.

1. Jesu auctor clementiæ,
Totius spes lætitiæ: ✱
Dulcoris fons et gratiæ,
Vere cordis delicia!
2. Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt adhuc sitiunt: ✱
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.
3. Jesu decus angelicum,
In aure dulce canticum: ✱

Jnore mel mirificum,
Jncorde nectar coelicum.

℣. Tu fons misericordiæ,
Tu vere lumen patriæ: ✱
Pelle nubem tristitiæ,
Dans nobis lucem gloriæ.

℣. Jesu flos matris virginis,
Amor nostro dulcedinis: ✱
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis. amen.

℣. Salvavit eos Dominus propter nomen suum:
℟. Ut notam faceret potentiam suam. Ps. 105.

Ad Magnif. ant. Fecit Dominus magna,
qui potens est, ✱ et sanctum nomen ejus. Luc. 1.

Deinde fit commemoratio sequentis, ut infra.

Latio de S. Felice M. Si legitur ex Brev. ex Brev. ex S. Paulino, aliisque Script. eccles.

Felix presbyter Nolanus, a Maximo episcopo, qui declinando persecutionis causa juxta Domini præceptum fecesserat, pascendi gregis curam ad tempus accepit. Quo munere dum fungitur, ab iis, qui pontificem quærebant, conjicitur in carcerem: sed ab angelo eductus, Maximum in monte latitantem adit, exanimem pene et humi jacentem erigit, uva divinitus reperta ~~refocillat~~ refocillat, vestemque humeris commendat amici, quo sola ex proscriptis familia superverat. Felix domum reversus in ea latuit, donec pax ecclesiæ redderetur. Exorta rursus persecutione, ab iis etiam, qui eum quærebant ad necem, concionantemque audiebant et alloquebantur, agnosci non potuit: atque inter diutos parietes per angustum ingressus est ædium, quem repente ex ruderе corruens agger præclusit, et aranea sic telis obtexit, ut nemini

recentis celebro suspicio relicta sit. In fica dein
e cisterna sex menses delitescentem Christus
ministerio cuiusdam mulieris mirabiliter
pavit. Finita tandem persecutione, oblatum
sibi post Maximi mortem episcopatum constan-
ter recusans, multis virtutibus eximia pro-
cique pauperlate, insignis migravit ad coelum:
eiusque sepulcrum crebris nobilitatum est
miraculis.

℟. In umbra manus sue protexit me, posuit
me sicut sagittam electam: ✝ in pharetra sua
abscondit me. ℣. Abscondit me in tabernа-
culo suo, in die malorum protexit me. ✝ in phar.
℣. Gloria. ✝ in phar. Ps. 119. Ps. 26.

## Die XV. Januarii.

S. Mauri abbatis.

Festivitas II. classis. 12. lect.

### Ad I. Vesperas.

Si eas habere contingat.

Antiphona ex Matutinis Laudibus.

### Lectio Euli. 6.

Fili a juventute tua excipe doctrinam, et
usque ad canos invenies sapientiam: quasi
is, qui arat et seminat, accede ad eam, et sustine
bonos fructus illius.

℟. br. Doce me Domine ✝ justificationes
tuas. Resp.

℣. Da mihi intellectum, ut discam mandata
tua. ✝ justif. ℣. Gloria. Resp. Ps. 118.

### Hymnus Clun.

℣. Qui te, post habitis omnibus, amplunt,
Horum præsidium, dux, Deus et decus: ✝
Quas Mauri meritis, muneribus tuis
Laudes pangimus, accipe.

℣. Hic gentilitiis major honoribus,
Spretis cohors adit claustra palatiis: ✝

Calcat delicias, prædia, purpuram,
Ut Christi subeat jugum.

3. Sancti propositam Patris imaginem
Gestis comparibus sedulus exprimit: ✱
Spectandis pueri lucet in actibus
Vitæ norma monastico.

4. Se sacco rigidus conterit aspero,
Fronat perpetui lege silentii: ✱
Noctes in precibus pervigil exigit,
Jejunos solidos dies.

5. Dum jussis patriis excitus advolat,
Sicco calcat aquas impavidus pede: ✱
Educit Placidum gurgite lapsilem,
Et Petro similis redit.

6. Laudum gregis honor sit tibi Trinitas,
Cujus munere sanctus cœlites: ✱
Da sancto famulis tramite Regulæ
Mauri præmia consequi. Amen.

℣. Elegi abjectus esse in domo Dei mei:
℟. Magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ps. 83.

Ad Magnif. ant. Egredere de cognatione tua, et de domo Patris tui: ✱ et veni in terram quam monstrabo tibi. gen. 12.

Oratio.

Deus, qui beatum Maurum admirandum obedientiæ exemplum sicco pede super aquas ambulare fecisti: concede; ut ejusdem ipsius implere documenta, et præmiorum obtinere consortia mereamur. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Jesum, cui venti et mare obediunt: ✱ venite adoremus. Matth. 8.

Hymnus Ann.

1. Norma tu vitæ, speculumque sancto,

Mauro, qui noctes precibus sacrasti: ✠
Vestra nocturnis tibi lingua laudes
Concinit horis.

2. Gallie multis precibus petitus,
Vindium rursus patrie remittis: ✠
Te salus gentis movet, ac futura
gloria prolis.

3. Mille post casus obicesque fractos,
Ordinis late sobolem propagas: ✠
Atque promulgas sacra Patriarche
Dogmata Francis.

4. Signa fecundat tua purpurati,
Ipse rex fulsit pedibus coronam, ✠
Actus inter lacrymans referri
Ambit alumnos.

5. Inclitis signis operum coruscas,
Voce debellas erebi cohortes: ✠
Imperas morbis tibi cogis ipsam
Cedere mortem.

6. Summe stellantis Dominator aule,
Quem fides unum colit atque trinum: ✠
Supplices Mauri superis clientes
Insere thermis. Amen.

Antiphone et V. ubique nocturni
De communi Monachorum.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis R R. de Scriptura
et feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro secundo Dialogorum
Sancti Gregorii Pape. c. s.

Cum Sanctus vir Benedictus diu in solitudine
virtutibus signisque succresceret, multi abeo
in eodem loco ad omnipotentis Dei seruit-
tium congregati, ita ut illi duodecim mo-
nasteria cum omnipotentis Jesu Christi domi-
ni opitulatione construeret, in quibus

statutis patribus duodenos monachos deputavit, paucos vero secum retinuit, quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicavit. Cepere etiam hunc adeum Romane urbis nobiles et religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti deo nutriendos dare. Tunc quoque bono spei suas soboles, Equitius Maurum, Tertullus vero Patricius Placidum tradidit: e quibus Maurus junior, cum bonis polleret moribus, magistri adjutor cepit existere; Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos.

℟. Adpropiate ad me indocti, et congregate vos in domum disciplinæ: ✠ collum vestrum subdite jugo, et suscipiat anima vestra disciplinam. ℣. Sinite parvulos, et nolite prohibere eos ad me venire. ✠ collum. Euli. sj. Matth. ig.

## Lectio VI. cap. 7.

Quadam vero die, dum idem venerabilis Benedictus in cella consisteret, proditus Placidus puer, sancti viri monachus, ad hauriendam de lacu aquam egressus est: qui vas, quod tenuerat, in aquam incaute submittens, ipse quoque cadendo secutus est. Quem mox unda rapuit, et spene ad unius sagittæ cursum eum a terra introrsus traxit. Virum autem Dei intra cellam positus hoc protinus agnovit, et Maurum festine vocavit dicens: Frater Maure, curre, quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perexerat, in lacum cecidit, jamque eum longius unda trahit. Res mira, et post Petrum apostolum inusitata! benedictione enim postulata atque percepta, ad patris sui imperium cursus perrexit Maurus, atque usque ad eum locum, quo ab unda deducebatur puer, per terram se ire

stimans, super aquam cucurrit, eumque
capillos tenuit, rapido quoque cursu rediit.
Domine si tu es, jube me ad te venire super
uas; at Jesus ait, veni. ℟. et descendens ambu-
bat super aquam. ℣. Nolitimere, quia redemi
, et vocavi te nomine tuo; et flumina non
periendte. ℟. et dese. Matth. 14. Isa. 43.

## Lectio VII.

ui mox ut terram tetigit, ad se reversus post
rga respexit, et quia super aquas cucurrisset,
gnovit, et quod presumere non potuisset ut
ieret, miratus extremuit factum. Reversus
aque ad patrem, rem gestam retulit. Vir auten
nerabilis Benedictus hoc non suis meritis,
dilectus obedientie deputare cepit. Alexandra
Maurus pro solo eius imperio factum dicebat,
que conscium in illa virtute non esse, quam
sciens fecisset. Sed in hoc multo humilibatis
mica contentione accepit arbiter puer,
ui ereptus est; nam dicebat: ego, cum ex aqua
raherer, super caput meum melotem abbatis
idebam, atque ipsum me ex aquis educere
onsiderabam.
℣. Quis est hic, et laudabimus eum? ℟. fecit
mirabilia in vita sua. ℣. Inaudita auris
bedivit mihi: propterea confitebor tibi ℟
dit. Eccli. 31. Ps. 17.

## Lectio VIII. ex brev. Paris.

um tandem in Galliam venisset Maurus, Gla-
rofolience monasterium in Andegavensium
olo sub titulo Salvatoris construxit. Post quam
uem annis pluribus monachos ibi sanctis-
ime rexisset, sufficto in locum suum Berthu-
o, pluribus virtutibus et miraculis insignis
migravit ad Dominum, et in ea e quatuor
monasterii basilicis, que sancti Martini dice-
atur, sepultus est. Anno autem Domini

octingentesimo quadragesimo quinto, in translatione corporis eius, in tumulo membranula vetustissima reperta est, hoc continens verba: hic requiescit corpus Mauri monachi et levita, qui tempore Theodeberti regis in gallias venit, et octavo decimo Calendarum Februarium migravit a seculo.

℟. Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli: ✱ quia obedisti voci meo. ℣. Suscipiam te super altitudines terre, et cibabo te hereditate patris tui. ✱ quia. ℣. Gloria. ✱ quia. Gen. 22. Isa. 58.

## In III. Nocturno.

Cantica, Lectiones et ℟℟. de communi Monachorum.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 14.

In illo tempore: Respondens Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait: veni. Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Videns vero ventum validum, timuit, et cum cepisset mergi clamavit dicens: Domine, salvum me fac. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum, et ait illi: modicæ fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in naviculam, cessavit ventus. Qui autem in navicula erant, venerunt, et adoraverunt eum dicentes: vere Filius Dei es.

Ad laudes matutinas et horas. antiphonæ.

1. Filius sapiens lætificat patrem: ✱ mens justi meditabitur obedientiam. Prov. 15.
2. Bonum est viro: ✱ cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Thren. 3.
3. Tollite jugum meum super vos: ✱ et invenietis requiem animabus vestris. Matth. 2.

℣. Thesaurus desiderabilis in habitaculo justi: ✠
vir obediens loquetur victorias. Prov. 21.

℟. ad Laud. In voce laudis immolabo tibi: ✠ quo-
cumque vovi, reddam pro salute Domino. ~~Jam~~ Jon. 2.

Lectio Euch. 5j.

Cum adhuc junior esem, priusquam ober-
rarem, quesivi sapientiam palam in oratione
mea: ante templum postulabam pro illa,
usque in novissimis inquiram eam.

℟. br. Lex Domini immaculata, ✠ conver-
tens animas: Rep.

℣. Testimonium Domini fidele, sapientiam
prestans parvulis. ✠ conver. ℣. gloria. Rep.
Ps. 18.

Hymnus Clun.

1. Maure, qui Francis, moderante Christo,
Regula sancte jubar attulisti: ✠
Belle iam nostras rutilans beato
Lumine nostes.

2. Unoveus gestis Elisous apes,
Jesui testem voluit triumphi
Acher Elias: ✠ radiante scandens
Tramite celos.

3. Inde justorum meritis onustus
Spiritus Patris requievit in te: ✠
Esque virtutis speculum paterno
Factus et heres.

4. In sacro mortem, nova res, aspho
Gestiens quaris: ✠ meritisque plenam
Claudis optatos moriens ad anes
Hostia vitam.

5. Summe stellantis Dominator arcis,
Quem fides unum colit atque trinum: ✠
Supplices Mauri superis clientes
Infere turmis. amen.

℣. In mari via tua, et semite tue in aquis
multis.

℟. Et vestigia tua non cognoscentur. Ps. 76.

Ad Bened. ant. Dedisti ei Domine in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam: * ostendens, quoniam potens es ex omnibus salvare. Sap. 14.

Oratio Clem.

Deus qui beatum Maurum non solum sapientia præcipiendi, sed etiam humilitate obediendi illustrem reddidisti: præsta quæsumus, ut eius imitatione subiecti invicem in timore Christi, quasi filii obedientiæ libera tibi charitate serviamus. Per eumdem.

Dicitur ad omnes horas, exceptis vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Euli. 5j.

Ambulavi pes meus iter rectum, a juventute mea investigabam sapientiam: inclinavi modice aurem meam, et accepi illam: multam inveni in me ipso sapientiam, et multum profeci in ea.

℣. Deus docuisti me a juventute mea:
℟. Usque in senectam et senium ne derelinquas me. Ps. 70.

Ad Sextam. Lectio Euli. 5j.

Collum vestrum subjicite jugo, et suscipiat anima vestra disciplinam; in proximo est enim invenire eam. Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.

℣. Hæc requies mea in sæculum sæculi:
℟. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.

Ad Nonam. Lectio Euli. 5j.

Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea: operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

℣. Judicia Domini vera justificata in semetipsa.

℣. Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum. ℟. 18.

## Ad II. Vesperas.

### Antiphone ex Matutinis.

### Latio ff. 58.

Sinon facis vias tuas, et non inuenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super Domino: et sustollam te super altitudines terre, et cibabo te hereditate patris tui.

℟. br. Delectare in Domino: * Et dabit tibi petitiones cordis tui: Rep.

℣. Revela Domino viam tuam, et spera in eo. * Et. v. gloria. Rep. ℟. 36.

### Hymnus ex I. Vesperis.

℣. In memoria eterna erit justus.

℟. Cornu eius exaltabitur in gloria. ℟. iii.

ad Magnif. ant. Mortuus est pater eius, et quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se: et in vita sua vidit, et lætatus est in eo. Eccli. 30.

Deinde fit commemoratio S. Pauli confessoris de communi.

### Oratio Dun.

Deus, cuius gratia beatus Paulus prudenti fuga saluti suo consulens, maluit sanctitatibus suis spoliari, quam Christo: quæsumus, ut purificatis ab omni terrenorum cupiditate mentibus, te solo dives esse velimus. Per eundem.

Postea S. Marcelli P. M. de communi.

### Oratio Sar. Greg.

Preces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut beati Marcelli Martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cuius patrocinio confidimus. Per Dominum.

## Die XVI. Januarii.

S. Pauli I. Eremite Confessoris.

Duplex o. loco.

Omnia de communi Confessorum.

Lectio prima cum suo R. de feria currente.

Lectio II.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri
de vita sancti Pauli primi eremite.

Sub Decio et Valeriano persecutoribus, multas apud Aegyptum et Thebaida ecclesias tempestas seva populata est. Paulus annorum circiter quindecim, manueti animi, deum valde amans, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem prestolaretur, reperit saxeum montem, ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca. Adamavit, quasi quod a Deo sibi offerretur, habitaculo omnem ibidem in orationibus et solicitudine duxit etatem. Cibum et vestimentum ei palma prebebat. Cum jam centum et tredecim annos vitam celestem ageret, et nonagenarius in alia solicitudine Antonius moraretur, illi per noctem revelatum est, esse alium, ad quem visendum deberet proficisci. Dum in mutuos miscentur amplexus, propriis salutavere nominibus. Inter fermocinationes suspiciunt corvum, qui integrum panem ante mirantium ora deposuit. Postquam abscessum: eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit vere pius, vere misericors. Sexaginta jam annis sunt, quod accepto dimidii semper panis fragmentum: verum ad adventum tuum militibus suis Christus duplicavit annonam. Immolantes deo sacrificium laudis, noctem transegere vigiliis.

℟. Recede hinc, et vade contra orientem, et absondere: de torrente bibes, * corvisque precepit, ut pascant te. ℣. Jacta super Dominum

Ex Clun.

uram tuam, et ipse te enutriet. * cæteraque.
3. Reg. 17. 6. 7. 24.

Lectio III.

Cumque esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic locutus est: Tu missus es a Domino, qui humo corpusculum meum tegas; quamobrem, quæso, perge, et pallium, quod tibi Athanasius Episcopus dedit, ad involvendum corpusculum meum defer. Antonius regressus vidit inter angelorum cateruas, inter Prophetarum et apostolorum choros niveo Paulum candore fulgentem in sublime conscendere. Ingressus spelunc[a]m, vidit genibus complicatis erecta cervice, extensisque in altum manibus corpus exanime. Obvoluto et prolato foras corpore, hymnos et psalmos de Christiana traditione decantans, deposito sancto corpore in fossam, desuper humum congregans, tumulum ex more composuit.

℟. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut patrem, aut agros propter nomen meum: * centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. ℣. Perfectio tua viro sancto tuo, qui dixit patri suo et matri suæ: nescio vos: et fratribus ignoro vos. * centuplum. ℣. Gloria. * centupl. Matth. 19. Deut. 33.

In Matutinis fit commemoratio S. Marcelli Papæ M. de communi; oratio ult. in I. Vesperis.

Vespere de sequenti, cum memoria præcedentis.

## Die XVII. Januarii.

### S. Antonii abbatis.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio Alia.

Deus, cujus verbo foris sonante, et gratia intus movente excitatus Antonius, ut perfectus esset, omnia reliquit: da cunctis

evangelice perfectionis iter ingressi, aut nec retro respiciant, nec in via hæreant, sed ad telos finem offensione carentes vitam æternam, in qua vocati sunt, q apprehendant. Per Dominum.

Lectio 1. cum suo R. de feria currente.

## Lectio II.

Ex libro Sancti Athanasii de vita Sancti Antonii.

Antonius nobilibus religiosisque parentibus natus, post illorum mortem, cum circiter annorum decem et octo, introivit ecclesiam, ubi tunc legebatur ex Evangelio: si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, et da pauperibus. Quo audito statim possessiones suas vendidit, et earum pretium non exiguum indigentibus dedit. Erat in agello vicino senex solitarius, quem cum vidisset Antonius, cepit et ipse in locis prago vicinis habitare: et si quem audiret alicubi degere ad virtutem strenuum, hunc prudentis apis more perquirebat, volens ex singulis virtutes colligere, quas imitaretur. In castello deserto viginti annis extra conspectum hominum demoratus, inde quasi ex cœlesti quodam adyto consecratus apparuit, cum ad eum multi, eius propositum imitari cupientes, convenerunt. Plerisque fratribus præcepta quædam, quibus informarentur, hoc primum esse dixit, ut in arrepti propositi vigore nemo tanquam lapsus deficeret, sed reducti incipiens semper ultra procederet: cum brevissima sit humana vita, si cum æternitate conferatur.

℟. Fratres magis satagite, ✠ ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. ℣. Videte, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes. ✠ ut per. 2. Pet. 1. Eph. 5.

## Lectio III.

Constantinus augustus cum liberis ad eum, quasi ad patrem scripsere. at ille auctis monachis aiebat: ne mireminí, si adeos scribat imperator, homo cum sit, sed miremini potius, quod legem hominibus scripserit deus, et per proprium filium nobiscum loquutus sit. Daemones, quorum conflictibus iam inde ab adolescentia frequenter lacessitus fuerat, vicit semper ac fugavit, et dolores, quibus armis superarentur: mihi credite, dicebat, fratres, pertimescit satanas piorum vigilias, orationes, jejunia voluntaria ac paupertatem, misericordiam et humilitatem, maxime vero ardentem amorem in Christum, cuius unico sanctissimo crucis signo debilitatus aufugit. et mortí proximus inter alia monita, hoc fratribus mandavit: custodienda est pia fides in Christum, et patrum servanda traditio. Vixit annos quinque supra centum. Scripsit aegyptiace septem epistolas, quae in graecam linguam translatae sunt.

℟. Bonus Dominus desertum eius quasi deliciis, et solitudinem eius quasi hortum Domini. ✠ gaudium et laetitia invenietur in ea, ℣. gratiarum actio et vox laudis. ℟. exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. ✠ gaudium. ℣. gloria. ✠ gratiarum. Ps. 5. 35.

Vespere de sequenti.

## Die XVIII. Januarii.

Pontificatus seu Cathedra S. Petri apostoli.

Duplex maius. 12. lect.

### Ad I. Vesperas.

Antiphone ex Matutinis.

### Lectio 1. Cor. 1.

Quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat

Sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, et ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius.

℟. br. Suscitat de pulvere egenum: ✱ de stercore elevat pauperem: Rep.

℣. Ut sedeat cum principibus, et solium gloriæ teneat. ✱ de ser. ℣. gloria. Rep. 1. Reg. 2.

## Hymnus Paris.

1. Præme commissas tibi Petre claves,
Quam tibi tradit sua jura Christus: ✱
Quæ polum claudunt, scelerum precamur,
Vincula solve.

2. Primate sedes orientis ois
Extulit: unas ibi christianum
Obtinet nomen: ✱ simul inde toto
Spargitur orbe.

3. Roma nox sortis melioris heres,
Exhibet mundi fideique centum: ✱
Quam tuo, pastor pariterque martyr,
Sanguine claras.

4. Qui fidem Petro stabilem rogasti,
Ne finas, Jesu, titubare nostram: ✱
Vita fac concors fidei sit omen
Dulce salutis.

5. Totus æternum celebret Parentem
Orbis; æternum celebret Parentis
Filium: ✱ par sit tibi laus per omne
Spiritus ævum. amen.

℣. Posui adjutorium in potente:
℟. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

ad Magnif. ant. Vocabo servum meum, et potestatem dabo in manu eius: ✱ aperiet, et non erit, qui claudat; et claudet, et non erit, qui aperiat. Isa. 22.

Oratio Sacr. Gelas.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis, ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

Deinde fit commemoratio S. Pauli apostoli.

Ant. Qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis: * operatus est et mihi inter gentes. Gal. 2.

℣. Eripies me de contradictionibus populi:
℟. Constitues me in caput gentium. Ps. 17.

Oratio Sacr. Greg.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus, ut cujus commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus.

Postea S. Antonii abbatis, de communi.

Denique S. Prisci V. M. de communi.

Oratio Sacr. Greg.

Da, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beato Prisco Virginis et Martyris tuo natalitia colimus, et annua solemnitate colemur, et tanto fidei proficiamus exemplo. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Caput corporis Ecclesiæ Christum: * venite adoremus. Eph. 5.

Hymnus Clun. Sanct.

℣. Qualis potestas Petre, quis terris honos,
Cui jura ipse Christus concessit sua! *
Quicquid ligabis ergo, dissolves solo,
Hoc et ligabit solvet et cœlo Deus.
℣. Interrogato cordis affectu tui,
Suum Redemptor credidit tibi gregem: *

ipsius et nos, Petre, pars gregis sumus:
Tua tuere, pasce, serva nos precé.

3. Patri perenne sit per omne gloria,
Tibique laudes totus orbis concinat *
Aterne Nate; splendor eterni Patris;
Compar sit almo cum deoque Flamini.
amen.

In I. Nocturno.

Antiphona et versus Nocturnorum de communi Pontificum.

Lectiones quatuor cum suis R.R. de scriptura et feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. 3. in assumt. anniversar.

Religiosum atque laudabile est, dilectissimi! ut unum celebretur in toto ecclesiæ corpore Pontificii sacramentum, quod effuso benedictionis unguento copiosius quidem in superiora profluxit, sed non pariter etiam ad inferiora descendit. Utile ac dignum est, ad beatissimi Petri apostoli gloriam continuandam, aciem mentis attollere, et hunc diem in illius potissimum veneratione celebrare, qui ab ipso omnium charismatum fonte tam copiosis est irrigationibus inundatus, ut cum multa solus acceperit, nihil ni quamquam sine illius participatione transferit.

R.R. II. et III. Nocturni de communi Pontificum.

Lectio VI.

De toto mundo Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi, et omnibus Apostolis, cunctisque ecclesiæ patribus præponatur: ut quamvis in populo Dei multi

sacerdotes sint, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. Magnum et mirabile dilectissimi huic viro consortium potentiæ suæ tribuit divina dignatio: et si quid cum eo commune cæteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum edidit, quidquid aliis non negavit.

## Lectio VII.

Ubi, quid habeat sensus discipulorum, exigitur, primus est in Domini confessione: Tu es Christus Filius Dei vivi. Hanc confessionem portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt: vox enim ista vox vitæ est. Et sicut confessores suos in cœlestia provehit, ita negatores ad inferna demergit. Propter quod dicitur beatissimo Petro: tibi dabo claves regni cœlorum: quæcumque ligaveris super terram, erunt soluta et in cœlis; et quæcumque solveris super terram, erunt soluta et in cœlis.

## Lectio VIII.

Transivit quidem in alios apostolos ius potestatis illius, et ad omnes ecclesiæ principes decreti huius constitutio commeavit: sed non frustra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. Manet ergo Petri privilegium ubicumque ex ipsius fertur æquitate iudicium: nec nimia est vel severitas vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut solverit aut ligaverit.

## In III. Nocturno.

Cantica et V. de communi Pontificum.

## Lectio IX.

De epistola prima beati Petri Apostoli.

cap. 2.

Deponentes omnem malitiam et omnem dolum et simulationes, et invidias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et ipsi tamquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.

## Lectio X.

Propter quod continet Scriptura: ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum, et qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, et lapis offensionis, et petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo et positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

## Lectio XI. cap. 5.

Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et eius, quæ in futuro revelanda est, gloriæ

communicator: pascite, qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glorie coronam.

## Lectio XII.

Similiter adolescentes subditi estote senioribus, omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est pro vobis. Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quorens, quem devoret, cui resistite fortes in fide: scientes eamdem passionem ei, que in mundo est, vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie, qui vocavit nos in eternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque: ipsi gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

## Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. cap. 16.

In illo tempore: Venit Jesus in partes Cesaree Philippi, et interrogabat discipulos suos dicens: quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerunt: alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus: vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus dixit ei: beatus es Simon Bar-Jona, quia

caro & sanguis non revelavit tibi; sed Pater meus, qui in coelis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis.

Ad Laudes Matutinas & Horas. Antiphonæ.

1. Ait ad Simonem Jesus: noli timere; ✠ ex hoc iam homines eris capiens. Luc. 5.
2. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; ✠ et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Matth. 16.
3. Tibi dabo claves regni coelorum: ✠ et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis. ib.
4. ad laud. Dixit Jesus Simoni Petro: ✠ pasce oves meas. Joa. 21.
5. Ego rogavi pro te, Petre, non deficiat fides tua: ✠ tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22.

Lectio Act. 15.

Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Evangelii, et credere: et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum.

℟. br. Confitemini Domino, ✠ et invocate nomen ejus: Rep.

℣. Annuntiate inter gentes opera ejus. ✠ Et. ℟. gloria. Rep. Ps. 104.

Hymnus brev. Rom.

1. Beate pastor Petre, clemens audi
Voces precantum, crimininumque vincula
Verbo resolve: ✠ cui potestas tradita
Aperire terris coelum, apertum claudere.

℟. Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque jubilatio: ✠
In unitate, quæ gubernat omnia,
Et per universa æternitatis sæcula. Amen.
℣. Manus mea auxiliabitur ei,
℟. Et brachium meum confortabit eum. Ps. 88.
℣. Benedicamus. Surge Petre, incide et manduca: ✠ quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Act. 10.

## Oratio ut ad I. Vesperas.

Deinde fiunt commemorationes de S. Paulo Apostolo, et S. Brisa V. et M. ut supra ad I. Vesperas.

## Ad Tertiam. Lectio Isa. 33.

Oculi tui videbunt Jerusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod neque quando transferri poterit, nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpentur: quia solum modo ibi magnificus est Dominus noster.
℣. Lauda Jerusalem Dominum:
℟. Quoniam confortavit seras portarum tuarum. Ps. 147.

## Ad Sextam. Lectio Isa. 22.

Erit in die illa: vocabo servum meum Eliacim, et dabo clavem domus David super humerum ejus: et aperiet, et non erit, qui claudat; et claudet, et non erit, qui aperiat; et figam illum paxillum in loco fideli.
℣. Veritas mea et misericordia mea cum ipso:
℟. Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Ps. 88.

## Ad Nonam. Lectio Jer. 15.

Convertam te, et ante faciem meam stabis; si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos, et bellabunt adversum te, et non prævalebunt, quia ego tecum sum ut salvem te, et eruam te, dicit Dominus.

℣. Paratum cor eius sperare in Domino:
℟. Confirmatum est cor eius, non commovebitur. Ps. iii.

## Ad II. Vesperas.

Omnia ut in I. praeter sequentia.

Lectio Eccli. 15.

Factum est illi in testamentum aeternum, et semini eius sicut dies caeli, fungi sacerdotio, et habere laudem, et glorificare populum suum in nomine eius: et dedit illi in praeceptis suis potestatem, in testamentis iudiciorum, docere Jacob testimonia, et in lege sua lucem dare Israel.

℟br. Exaltentur * in Ecclesia plebis: Rep.
℣. Et in cathedra seniorum laudentur.
* in Sul. ℣. gloria. Rep. Ps. 106.
℣. Sacerdotes eius induam salutari:
℟. Et sancti eius exultatione exultabunt. Ps. 131.

Ad Magnif. ant. Excelsum fecit eum Dominus, et dedit illi sacerdotium gentis: * et beatificavit illum in gloria. Eccli. 15.

Deinde fit commemoratio S. Pauli apostoli, et sequentis.

## Die XIX. Januarii.

### S. Hilarii Episcopi Doctoris.

Duplex cl. conf.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio Clun.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut excellentiam Verbi tui, quam beatus Hilarius aperuit, et convenienter intelligere valeamus, et veraciter profiteri. Per eumdem Dominum.

Lectio I. cum suo ℟. de feria currente.

Lectio II.

Ex eius Scriptis, aliisque Script. eccles.

Hilarius Pictavis in Gallia nobili genere natus, cum ætate matura in catholica consubstantialis fidei renatus esset, hanc ita didicit ac tenuit, ut aliter credere se nec posse, nec velle constanter asereret. Electus Pictavorum episcopus tanquam fortissimum murum Arianis se fortiter opposuit, unde et se a Saturnini arelatensis communione sejunxit, quare hujus artibus a synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus est. Ibi exilio libros de Trinitate duodecim, et unum de synodis conscripsit. Conclamata vero fidei causa in concilio Seleuciensi et Ariminensi, extremum fidei discrimen animadvertens imperatoris Constantii audientiam proposuit, ut coram ipso de fide cum arianis disputaret. Annuente Constantio libellum edidit, quo Arianorum impietatem, fraudibusque ac mendaciis delusam Principis religionem offendens, ipsum enixe rogat, ut natalis fidei integritatem restituat. Sed Arianorum factionibus effectum est, ut quasi discordiæ fomes et perturbator Orientis, manente tamen exilii pœna, redire ad Gallias juberetur.

℟. Dixerunt: circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris: * improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. ℣. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius. * improperat. Sap. 2.

## Lectio III.

Tunc Hilarium e prælio hæreticorum revertentem, inquit Hieronymus, Gallicana ecclesia complexa est. Pictavos reversus, frequentibus intra Gallias coactis conciliis et per epistolas egit, ut delecta synodi Arimi-

nensis fraude, ea, quæ ibi gesta fuerant, ab omnibus condemnarentur episcopis, et sic Galli ab hæresis contagione immunes conservarentur. In Italia quoque et Illyrico instaurandis ecclesiis cum sancto Eusebio Vercellensi allaboravit. Demum in numeris ad Catholicam fidem emendam laboribus perfunctus, multisque editis miraculis conspicuus, Ravennæ obiit, Valentiniano et Valente Imperatoribus. Duos scripsit libros, inoffenso pede decurrisse, audor est sanctus Hieronymus ad Lætam scribens; qui et testatur, tantum virum, et confessionis suæ merito, et vitæ industria, et eloquentiæ claritate, ubicumque Romanorum nomen est, prædicari.

℣. Scio tribulationem tuam; blasphemaris ab his, qui sunt synagoga Satanæ; nihil horum metuas, quæ passurus es: * esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. ℣. Usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. * esto. ℣. Gloria. * esto. Apoc. 2. Euli. 4.

Vespere de sequenti, commemoratio præcedentis.

## Die XX. Januarii.

### S. Fabiani et Sebastiani Martyrum.

Duplex majus. j2. Test.

Omnia de communi plurimum Martyrum.

Oratio San. Greg.

Deus qui beatos Martyres tuos Fabianum et Sebastianum virtute constantiæ in passione roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius adversa formidare. Per Dominum. In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis ℟℟. de Scriptura et feria currente.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

Ex Eusebii hist. eccl. l. 6. circa q.

Fabianus post mortem Anteri ad pontificatum
praeter omnium exspectationem divinitus
vocatus est. Nam ut refert Eusebius, cum de
electione Romani pontificis ageretur, ac
nemo de Fabiano cogitaret, columba e sub-
limi delapsa repente capiti eius insedisse fertur.
Quo spectaculo permoti omnes simul exclamare
coperunt, Fabianum dignum esse, statimque
pontificali cathedrae imposuerunt. Ber eil-
deras acriter reprehendit Privatum haereti-
cum, in concilio nonaginta episcoporum
Africanorum ob multa et gravia delicta
condemnatum.

### Lectio VI.

Ad ipsum Origenes epistolam de sua fide con-
scripsit. Passus est autem in persecutione Decii.
Decimus agane sanctus Cyprianus per epistо-
lam cleri Romani certior factus sic rescripsit:
Plurimum gratulor, quod eius memoriam
tam celebri et illustri testimonio prosequa-
mini, ut et per nos innotesceret nobis, quod
et nobis spectet ad Propositi memoriam glo-
riosum, et nobis quoque fidei ac virtutis
proberet exemplum. Vam quantum perni-
ciosa res est ad sequentium lapsum ruina Pro-
positi: in tantum contra utile est et salutare,
cum se episcopus per firmamentum fidei
fratribus probet imitandum.

### Lectio VII.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.
expos. in ps. 118.

Non unus persecutor est, multos ministros
habet, sed non deterreant. Per multa enim
tribulationes oportet nos introire in regnum
Dei. Si multae persecutiones, multae probatio-
nes, ubi multae coronae, multa certamina.

Tibi ergo proficit, quod multi persecutores sunt; ut inter multas persecutiones facilius inuenias, qui eam de numero coronet. Vtamur exemplo sancti Sebastiani martyris, cuius hodie natalis est. Hic Mediolanensis oriundus est. Fortasse aut jam discesserat persecutor, aut adhuc non venerat in hoc partium, aut melior erat. Aduersus hic aut nullum esse, aut tepere certamen. Romam profectus est, ubi propter fidei studium persecutionis acerba fervebant: ibi passus est, hoc est, ibi coronatus. Quaque illic, quo hospes aduenit, domicilium immortalitatis perpetuo collocauit.

## Lectio VIII.

Si unus persecutor fuisset, coronatus hic martyr ubique non fuisset. Sed quod peius, non hi solum persecutores sunt, qui videntur, sed etiam qui non videntur, et multo plures persecutores. Sicut enim unus persecutor rex multis persecutionis praecepta mittebat, et per singulas vel ciuitates vel prouincias erant diuersi persecutores: ita etiam diabolus multos ministros suos dirigit, qui non foris tantum modo, sed etiam intus faciant persecutiones in animis singulorum. De his dictum est persecutionibus. Omnes, qui volunt pie viuere in Christo Jesu, persecutionem patiuntur. Omnes dixit, nullum excepit. Quis enim exceptus potest esse, cum ipse Dominus persecutionum tentamenta toleraverit.

In III. Nocturno lectiones de communi. Euangelium: Descendens Jesus de monte. In vesperis commemoratio sequentis de communi. oratio ut infra.

## Die XXI. Januarii.

S. Agnetis Virginis et Martyris.

Duplex o. loch.

Omnia de communi praeter sequentia.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quaeque confundas: concede propitius; ut qui beato Agnetis Virginis et Martyris tuae solemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Lectio I. cum suo R. de feria currente.

Lectio II.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.

ad Marcellin. soror. c. 2. nov. ed.

Hodie natalis est Sanctae Agnes, mirentur viri, non defleverint parvuli; stupeant nuptae, imitentur innuptae. Hoc duodecim annorum martyrium fecisse traditur. Quo detestabilior crudelitas, quae nec minusculae pepercit aetati: immo magna eis fidei, quae etiam ab illa testimonium invenisset aetate. Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? et quo non habuit, quo ferrum reciperet, habuit, quo ferrum mitteret. Haec inter crudelitas carnificum impavida manus, haec stridentium gravibus immobilis trahibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata: vel si adacta invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focis tropaeum Domini signare victoris: nunc ferratis colla manusque ambas inserere nexibus: sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere.

℟. Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus eius: * et non permisit me Dominus

ancillam suam coinquinari. ℣. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me sine adjutorio. * et non. Judith 13. Euli. si.

## Lectio III.

Novum martyrii genus! nondum idonea pœna, etiam matura victoriæ: certare difficilis, facilis coronari. Quanto terrore egit carnifex, ut timeretur, quantis blanditiis, ut suaderet, quantorum vota, ut sibi ad nuptias proveniret? Ad illa: Ah hoc spondi injuria est, exspectare placiturum. Qui me sibi prior elegit, aspiciet. Quid percussor moraris? Bene cor pus, quod amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem, quasi ipse additus fuisset: tremere percussoris dextram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium, pudoris et religionis. Et virgo permansit, et martyrium obtinuit.

℟. Ad te Domine faciem meam converto, ad te oculos meos dirigo; tu scis Domine: * quia mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia. ℣. Liberasti corpus meum a perditione, et in conspectu adstantium factus es mihi adjutor. * quia. ℣. gloria. * quia. Tob. 3. Euli. si.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis.

## Die XXII. Januarii.

S. Vincentii Levitæ et Martyris.

Festivitas II. classis. 12. lect. cum octava minore.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio j. cor. 13.

si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

℣. br. Diligam te Domine * fortitudo mea:

℟. Dominus firmamentum meum, et liberator meus. * fort. Ps. 17.

Hymnus Sanctolii.

1. Adeste Christi milites,
Invicta pectora: *
Hunc laudibus fortissimum
Christi sonate militem.

2. Dei pugil Vincentius
Tormenta quæ non pertulit! *
Per mille mortes multiplex
Oblata Christo victima.

3. Duris ligatur funibus,
Corpus rotis protenditur: *
Secant adunci pectines,
Vivoque dant longum mori.

4. Compage rupta corporis
Divulsus ossa frangitur: *
In crate lenius ferrea
Lenis discrematur ignibus.

5. Tormenta cedunt Martyri,
Dum nescit illis cedere: *
Ipsisque vel tormentibus
Fortus triumphat fortior.

6. Sic Christe, robur Martyrum,
Certare das, das vincere: *
Deos dum coronas, tu tua
Quibus coronas munera. Amen.

℣. In Deo speravi:

℟. Non timebo, quid faciat mihi homo. Ps. 55.

Ad Magnif. ant. Noli timere, jam ambulaveris in igne, non combureris: * et flamma non ardebit in te. Is. 43.

Oratio Sacr. Greg.

Adesto Domine supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate reos nos esse cognoscimus; beati Vincentii Martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Deum patientiæ et solatii * venite adoremus. Rom. 15.

Hymnus Prudentii.

1. Beate Martyr, prospera
Diem triumphalem tuum: *
Quo sanguinis merces tibi
Corona, Vincenti, datur.

2. Hunc cum tyrannus sæviens
Præcinctus aris legibus *
Litare divis gentium
Ferro et catenis cogeret.

3. Exclamat hic Vincentius
Levita de tribu sacra, *
Minister altaris Dei,
Verbique præco Numinis.

4. Vox nostra quæ sit, quæpiam:
Est Christus et Pater Deus: *
Servi hujus et testes sumus:
Extorque, si potes, fidem.

5. Tormenta, carcer, unguli,
Stridensque flammis camina: *
Ac ipsa pœnarum ultima
Mors Christianis ludus est.

6. Æterne Tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri, *
Et par utrique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

Antiphonæ et versus nocturnorum de communi unius Martyris.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis R R. de feria currente.

## In II. Nocturno.

### Lectio V.

Passio sancti Vincentii Levitæ.
ex actis sinceris apud Ruinart.

Vincentius a Valerio Cæsaraugustæ civitatis
antistite diaconus ordinatus, ab eodem
Præsule, qui erat linguæ impeditioris, ver-
si ministerium accepit. In Episcopos præser-
tim ac presbyteros, cæterosque sacri ordinis
ministros sæviente Diocletiani et Maximia-
ni persecutione, Dacianus præses Vincentium
cum Valerio Valentiam in Hispania vinc-
tum adduci præcepit. Vincentius coram præ-
side profe ac pro Episcopo verba faciens, cum
summa fiducia Christianam fidem professus
est. Itaque Valerius in exilium mittitur;
Vincentius autem vinctus retortis brachiis
in equuleo extensus est, donec ossa sedibus suis
singula moverentur: at defatigata tortorum
manus, dum per sancti latera pendet spiritus
deficit.

℟. Universa, quæcumque mandavero tibi,
loquéris: ne timeas a facie eorum: ✱ quia
tecum ego sum, ~~alienante~~. ℣. Invoca me
in die tribulationis; eruam te, et honorifi-
cabis me. ✱ quia. Jer. j. ℣. 19.

℣. Bellabunt adversum te, et non prævalebunt. ✱ Quia tecum ego sum.

### Lectio VI.

Mox ferreis unguibus semel atque iterum
exarnificatus est: subridens autem Vincen-
tius ad Dacianum dixit: Dominum Jesum Chri-
stum confiteor, filium altissimi Patris, unici
unicum, ipsum cum Patre et Spiritu sancto
unum solum Deum esse profiteor. Sed torque
quibus confitentem, nec a mea, obsecro,
pœna cesses: ut vel sic possis probatam fus-
tirare veritatem, eiusque me inseparabi-
lem agnoscere confessorem. Hinc ex equuleo
assumtus Vincentius crabiculo subjectis

ardentibus prunis imponitur: torqueatur, flagellatur, exuritur, applicantur pectori et membris camino ignito, et deurrente inter ipsos candentis ferri acies liquore, stridens flamma arvina respergitur, vulnera vulneribus infligantur, falis ignibus parsi crepitantes minutio per membra dissiliunt, et jam ad ipsa viscerum abdita supplicionum tela iaciuntur. Interea manet Dei servus immotus, et erectus in coelum oculis Dominum precabatur.

℟. Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia duros corporis sustineo dolores; ℣. secundum animam vero propter timorem tuum libenter hoc patior. ℟. Patior, sed non confundor; scio enim, cui credidi. ℣. propter. 2. Mach. 6. 2. Tim. 1.

## Lectio VII.

Post hoc in carcere caeco ac testaceis fragmentis strato distenditur, ut testarum aculei vulnerum dolorem exasperarent. Verum illustrato coelitus carcere Angelorum fovetur obsequio, alloquio mulcetur, solutis nexibus deambulans psallit, consona vocis angelico modulata suavitas: quod per rimas custodes carceris conspicientes et superstitio relicto gentilitatis errore, Christiano religioni fideliter se dedunt. Eductus inde Vincentius molli culcitra imponitur, ut aliquantulum recreatus, serius denuo torqueretur: sed pretiosam resolutus in mortem coelo spiritum reddidit. Corpus eius cum projectum esset inhumatum, corvus et a volucribus et a lupo unguibus, rostro, alis mirabiliter defendit. Quae cognita Dacianus misso cum culeo saxoque illigatum in mare demergi jubet: sed inde etiam divinitus ejectum ad ripas Christiani deferunt.

℟. Scio opera tua & laborem & patien-
tiam tuam: * quia sustinuisti propter
nomen meum, & non defecisti. ℣. Esto
fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coro-
nam vitæ. * quia. Apoc. 2.

## Lectio VIII.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
Serm. 276.

Quo hodie regio, quæve provincia ulla,
quousque vel Romanum imperium, vel
Christianum nomen extenditur, natalem
non gaudet celebrare Vincentii diaconi?
quis autem hodie vel nomen Daciani au-
diret, nisi Vincentii passionem legisset?
Quod vero tanta cura servavit Dominus
martyris corpus, quid aliud demonstravit,
nisi se gubernasse vivendem, quem non re-
liquit exanimem? Vicit ergo Dacianum
vivens Vincentius, vicit et mortuus. Vi-
vens tormenta calcavit, mortuus maria
transnatavit. Sed ipse inter undas guber-
navit cadaver extinctum, qui inter ungulas
animum donavit invictum. Non flexit
flamma torturis cor eius, non mersit aqua
maris corpus eius. Sed in his & hujusmodi
omnibus nihil est aliud, nisi pretiosa
in conspectu Domini mors sanctorum eius:
cui est honor et imperium in sæcula sæcu-
rum. Amen.

℟. Non recedet memoria eius, * Et nomen
eius requiretur a generatione in genera-
tionem. ℣. Memoria justicum laudibus,
et nomen impiorum putrescet. † nomen.
℣. Gloria. † nomen. Luc. 39. Prov. 10.

## In III. Nocturno.

Ant. Confitebor tibi Domine, quia liberasti

℣. Qui vicerit, ero illi Deus, et ille erit mihi
filius. * Et nomen. Gloria. † A generatione.
Apoc. 21.

me a pressura flammæ, quæ circumdedit me: * et in medio ignis non sum æstuatus. Eccli. 51.

Cantica de communi, ubi et V.

## Lectio IX.

### De epistola prima beati Pauli apostoli ad Timotheum. cap. 4.

In hoc laboramus et maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat; sed exemplo esto fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi et doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens et te ipsum salvum facies, et eos, qui te audiunt.

℟. Certamen forte dedit illi Dominus, * ut vinceret, et sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. ℣. Confortatus est fide, dans gloriam Deo. * ut. Sap. 10. Rom. 4.

## Lectio X. cap. 6.

Sectare justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi.

℟. Confortare & esto robustus, ✝ Dominus ipse erit tecum, non dimittet, nec derelinquet te. ℣. Ne paveas irruentes tibi potentias impiorum; Dominus enim erit in latere tuo. ✝ Dominus. Deut. 31. Prov. 3.

## Lectio XI.

De epistola secunda. cap. 2.

Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: atque audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat, cui se probavit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certaverit.

℟. Usque ad mortem certa pro justitia ✝ & Deus expugnabit prote inimicos tuos. ℣. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est. ✝ Deus. Exod. 14. Deut. 7.

## Lectio XII.

Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu cum gloria cœlesti. Fidelis sermo: nam si commortui sumus, & convivemus: si sustinebimus, & conregnabimus.

℟. Dominus mihi astitit, & confortavit me: ✝ liberavit me Dominus ab omni opere malo, & salvum faciet in regnum suum cœleste. ℣. Propterea confitebor & laudem dicam, & benedicam nomini Domini. ✝ liberavit. ℣. Gloria. ✝ liberavit. 2. Tim. 4. Exod. 5.

Sequentia Sancti Evangelii
secundum Joannem. cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

Ad Laudes matutinas, et horas. Antiphonæ.

1. Fortis est ut mors dilectio: * lampades eius lampades ignis atque flammarum. Cant. 8.
2. Fortitudo simplicis via Domini: * justus in eternum non commovebitur. Prov. 10.
3. Sublimis gloriam eius fumosa ardebit, quasi combustio ignis: * et erit lumen Israel in igne, et sanctus eius in flamma. Is. 10.
4. Protegetur sub tegmine illius a fervore: * et in gloria eius requiescet. Prov. 14.
5. ad Laud. Laudate Dominum: * quia liberavit animam pauperis de manu malorum. Jer. 20.

Lectio Job. 23.

Probavit me Dominus quasi aurum, quod per ignem transit: vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodivi, et non declinavi ex ea: a mandatis labiorum eius non recessi, et in sinu meo abscondi verba oris eius.

℟. br. Proba me Deus, et scito cor meum: * cognosce semitas meas:
℣. Et vide si via iniquitatis in me est. Ps. 138.

Hymnus Prudentii.

1. Ventum ad palæstram gloriæ,
Spes certa et erudelibus: *

Laudamen ancipsconferunt
Hinc Martyr illinc carnifex.
2. Serrata ictum regula
Dente frequenti exasperat: ✱
Cui multa carbonum strues
Vivum vaporat halitum.
3. Hunc fronte confiendit rogum
Virsanctus ore interrito: ✱
Ceu iam corono conscius
Celsum tribunal scanderet.
4. Hoc inter immotus manet,
Tanquam dolorum nescius: ✱
Tenditque in altum lumina,
Nam victa palmas preferant.
5. Sic Christe robur Martyrum
Certare das, dans vincere: ✱
Quos dum coronas, tu tua
Quos coronas munera. amen.
℣. Proba me Domine, & tenta me.
℟. Ure renes meos & cor meum. Ps. 25.
Ad Bened. ant. Probasti cor meum, & visitasti nocte: ✱ igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas. Ps. 16.

## Oratio ut in I. Vesperis.

## Ad Tertiam. Lectio ger. 17.

Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit, cum venerit æstus.
℣. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ,
℟. Et dextera tua suscepit me. Ps. 17.

## Ad Sextam. Lect. ger. 17.

Erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.
℣. Factus es Domine susceptor meus:
℟. Et refugium meum in die tribulationis. Ps. 58.

## Ad Nonam. Lectio tuli. ℣ 34.

Cauli Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, legimen ardoris, et umbraculum meridiani.
℣. Sub umbra alarum tuarum protege me:
℟. A facie impiorum, qui me afflixerunt. Ps. 16.

## Ad II. Vesperas.

### antiphona ex Matutinis.

### Lectio Jacob. i.

Beatus vir, qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.
℟. br. Hic accipiet ✠ benedictionem a Domino:
℣. Et misericordiam a Deo salutari suo. Ps. 23.

### Hymnus Prudentii.

1. Exsurge Martyr inclite,
Exsurge securus tui: ✠
Exsurge, et almis cœtibus
Cœli sodalis adnere.

2. Decursa iam satis tibi
Bono minacis munia: ✠
Rutero que morbis exitu
Omnis peracta passio.

3. O Miles invictissime,
Fortissimorum fortior: ✠
Iam te ipsa seva asperæ
Tormenta victorem tremunt.

4. Spectator hoc Christus Deus
Compensat ævo interminо, ✠
Suoque collegam crucis
Larga coronat dextera.

5. Adesto nunc et percipe
Voces precantum supplices: ✠
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.

6. Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri: ✠
Et par utrique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

℣. Posuisti Domine in capite eius:
℟. Coronam de lapide pretioso. Ps. 20.
Ad Magnif. ant. Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei: ✠ Et scribam super eum nomen Dei mei. Apoc. 3.
Postea fiunt commemorationes, ut infra.
Si occurrat in Dominica Septuagesimæ, celebratur fixe die 24. sequente cum commemoratione S. Timothei: ne impediatur ordinatio.

## Die XXIII. Januarii.

### Desponsatio B. Mariæ Virginis.

Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Si transferatur, omnia ut in communi De Beata, præter sequentia.
Ad Magnif. ant. Quæsivi sponsam cum mihi assumere, generositatem illius glorificat contubernium habens Dei: ✠ Sed et omnium Dominus dilexit illam. Sap. 8.

Oratio sac. Greg.

Famulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Desponsationis eius votiva solemnitas prosecutionis tribuat incrementum. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Joseph antiph.

Induit me Dominus vestimentis salutis, et indumento justitiæ circumdedit me: ✠ quasi sponsum decoratum corona. Isa. 61.
℣. Constituit eum dominum domus suæ:
℟. Et principem omnis possessionis suæ. Ps. 104.

Oratio brev. Rom.

Sanctissimæ Genitricis tuæ, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis et regnas.

Clausula hymnorum.

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: ℣
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Agnum, quem sequuntur Virgines; ℣
Venite adoremus. apoc. 14.

Hymnus, antiphona, versus, Responsoria de communi Beate.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis Rk. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.
hom. 2. in Missus.

Cum Maria esset virgo electa, et virgo conceptura, virgo paritura, mirum, cur desponsata fuerit non nupturа. Numquid vel hoc casu factum quis dixerit? Non est casu factum, quod rationabilis causa commendat, causa valde utilis et necessaria, et divini prorsus adinventione consilii digna. Dicam, quod mihi, immo quod ante me Patribus visum fuit. Erat antiquitus ratio desponsationis Mariæ, quæ et dubitationis Thomæ. Nos siquidem gudeorum erat, nulla die desponsationis suæ usque ad tempus nuptiarum sponsis sponsa traderentur custodiendæ: quatenus earum ipsi eo sibi pudicitiam curiosius servarent, quo sibi ipsi fideliores existerent. Sicut ergo Thomas dubitando, palpando, constantissimus factus est dominicæ confessor resurrectionis: ita Joseph et Mariam sibi desponsando, eiusque conversationem

in tempore custodiæ studiosius comprobando, factus est judicibus fidelissimus testis.

## Lectio VI.

Videra utriusque rei convenientia: et dubitatio Thomæ, et desponsatio Mariæ. Poterant quidem similis erroris laqueum nobis injicere, fidei videlicet in illo, castitatis in illa, veritatem in suspicionem adducere. Sed valde prudenter et pie factum est per contrarium, ut unde metuebatur suspicio, firma sit certitudo. Nam et de Filii resurrectione ejus quidem ego, qui infirmus sum, crediderim Thomæ dubitanti et palpanti, quem Cephæ audienti et credenti: et de Matris continentia facilius ~~fecit~~ sponso ejus custodienti et experienti, quam ipsi quoque Virgini de sola sua conscientia se defendenti. Dic, quæso: quis eam videns non desponsatam et gravidam, non potius diceret meretricem quam virginem? Non autem decebat hoc dici de Matre Domini. Tolerabilius vero atque honestius fuit, putari adtempus Christum de conjugio fuisse natum, quam de fornicatione.

## Lectio VII.

Sed non poterat, inquis, Deus apertum aliquod ostendere signum, quo videlicet fieret, ut ejus nec ortus infamaretur, nec Mater criminaretur? Poterat utique: sed non poterat latere dæmones, quod scirent homines. Oportebat autem a principe mundi aliquamdiu celari divini consilii sacramentum: non quod Deus, si pateretur opus suum facere vellet, impediri posse ab ille metueret: sed quia ipse, qui non solum potenter, sed etiam sapienter, quæcumque voluit, fecit, facit in omnibus operibus suis quasdam rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare consuevit: ita in hoc quoque tam

magnifico opere suo, nostro videlicet repa-
rationis, non tantum potentiam suam, sed et
prudentiam ostendere voluit.

## Lectio VIII.

Et quamquam illud aliter, quo modo vellet,
perficere potuisset: placuit tamen eo pe-
tius et modo et ordine hominem sibi recon-
ciliare, quo noverat cecidisse: ut sicut dia-
bolus prius seduxit feminam, et postmodum
virum per feminam vicit: ita prius a
femina virgine seduceretur, et posta viro
Christo aperte debellaretur: qualenus ma-
litiæ fraudi dum ars pietatis illuderet,
ac maligni fortitudinem Christi virtus
contereret, diabolo Deus et prudentior
appareret et fortior. Ita quippe decuit
incarnatam Sapientiam spiritualem vin-
cere malitiam, quo non solum attingeret
a fine usque ad finem fortiter, sed et dispo-
neret omnia suaviter. Necesario igitur
desponsata est Maria Joseph, quando per
hoc et a canibus sanctum absconditur, et a
fronte virginitas comprobatur, et virginis
tam verecundiæ paritur, quam famæ pro-
videtur. Quid sapientius, quid dignius Divina
providentia! uno tali consilio secretis cœlesti-
bus et admittitur testis, et excluditur hostis,
et integra servatur fama virginis Matris.

## In III. Nocturno.

Cantica et Lectiones ex communi de Beata.

### Sequentia Sancti Evangelii
### secundum Matthæum. cap. j.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria
Joseph, antequam convenirent, inventa est
in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem
vir ejus, cum esset justus, et nolle eam traducere,
voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo

cogitante, ecce angelus Domini in somnis
apparuit ei dicens: Joseph fili David! noli
timere accipere Mariam conjugem tuam;
quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.
Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus
Jesum: ipse enim salvum faciet populum
suum a peccatis eorum.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Omnia fiunt, ut in festo communi, praeter
orationem, ut supra.

Ad Laudes antiph. ad Benedictus, et commemoratio S. Joseph, ut in I. Vesperis: et fit
commemoratio octavae S. Vincentii, ut in festo.

Oratio Paris.

Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, adversa mundi invicta mentis constantia tolerare: qui beatum Levitam Vincentium
nec minis terreri, nec poenis prafusos superari. Per Dominum.

Et dicitur per octavam.

In II. Vesperis.

Ad Magnif. ant. Honorabile connubium
in omnibus, * et thorus immaculatus.
Heb. 13.

Pro S. Joseph ant. A modo voca me: * pater
meus, et dux virginitatis meae tu es. Jer. 3.
℣. Uxor tua sicut vitis abundans;
℟. In lateribus domus tuae. Ps. 127.
Postea fit commemoratio sequentis, de communi, et octavae ex festo.

Die XXIV. Januarii.

S. Timothei Episcopi et Martyris.
Semidupl. ch. test.

Omnia de communi.

Oratio Clun.

Omnipotens sempiterne Deus, qui beatum
Timotheum, fidelem in Evangelio Filii
tui ministrum, ea charitate donasti, qua

non quæ sua sunt quærit: cupiditatis omnium malorum radicis ſſimas evelle; ut nos bene odiendo vere amemus, et bene perditos in vitam æternam feliciter inveniamus. Per Dominum.

## Lectio III.

Ex epp. S. Pauli.

Timotheus Lystris in Lycaonia natus patrem habuit gentilem, matrem Judæam, cujus fidem non fictam laudat apostolus. Fuit autem fides in Timotheo, quippe qui ab infantia sacras litteras didicisset, et testimonium illi redderent, qui in Lystris erant et Iconio fratres. Hunc Paulus licet juvenem assumpsit suæ peregrinationis comitem et prædicationis socium: sed propter Judæos, qui se ad Christum converterant, scientes Timothei patrem esse gentilem, eum circumcidit. Quantum autem tanto magistro profecerit in fide, in doctrina, in omni sanctitate, testatur ipse Paulus, qui eum vocat filium suum dilectum et neminem ait habere sibi tam unanimem. Cum ambo Ephesum venissent, ab Epheso Paulus a bargentariis fuisset compulsus exire, ibi secundum præcedentes de Timotheo prophetias, per impositionem manuum episcopum illum ordinavit, ut illam ecclesiam, immo et totam Asiam gubernaret. Ad eum apostolus duas epistolas scripsit, primam e Macedonia, alteram Roma, quibus tanquam plebis Christianæ doctorem eum instituit de iis omnibus, quæ vel agere vel docere deberet. Et ni priori laudat, quod bonam confessionem confessus fuerit coram multis testibus. Cum Ephesi in quadam celebritate dæmonibus sacrificarent, ab hac impietate populum removere conatus, fustibus et lapidibus, ut fert Græcorum traditio,

brubus Timotheus, inter discipulorum manus
Paulo prost expiravit.

℟. Timotheus filius meus charissimus et fi-
delis in Domino, vos commonefaciet vias meas,
quæ sunt in Christo Jesu: * opus enim Domini
operatur, sicut et ego. ℣. Veniem habeo tam
animum sincera affectione: ille sicut pa-
ter filius mecum servivit in Evangelio. * opus.
℣. Gloria. * opus. 1. Cor. 4. et 16. Philip. 2.

Et commemoratio octavæ, ut in festo.

## Die XXV. Januarii.

### Conversio S. Pauli apostoli.

Dupl. majus. 12. lect.

### Ad I. Vesperas. antiphonæ.

1. Benjamin lupus rapax, * mane comedet
prædam, et vespere dividet spolia. Gen. 49.
2. Ego Israelita sum ex semine Abraham, * de
tribu Benjamin. Rom. 11.
3. Supra modum persequebar ecclesiam Dei: *
et expugnabam illam. Gal. 1.
4. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: *
et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Ps. 67.

### Lectio Isa. 37.

Egressum tuum et introitum tuum cognovi,
et insaniam tuam contra me, cum fureres
adversum me: ponam ergo frenum in labiis
tuis, et reducam te in viam, per quam venisti:
dicit Dominus.

℟. br. Intellectum tibi dabo: * in via hac qua
gradieris:
℣. Firmabo super te oculos meos. Ps. 31.

### Hymnus Cun. Sanctoli

1. Saule, quid gregis tenelli
viscerorem fundere? *
Immolare quid tot aries
Immerentes victimas? *
Insequendo quem lacessis,
Hunc Deum jam senties.

2. Christus ecruprat furentem,
Cocat, urget, deïcit: ✠
Jesse cedit imperanti,
Segne totum subiicit: ✠
Persecutor ante Christi
Praeco nunc Christum sonat.

3. Ante qui plenus minarum
Sbatapsans vincula: ✠
Nunc tremens suspensque saulus
Per manus deducitur. ✠
Qui lupus furebat ante,
Nunc in agnum vertitur.

4. Dura Christe quam potenti
Corda mutas dextera: ✠
Qui tuum delere nomen
Vuel tuorum sanguine, ✠
Ipse totum nox perorbem
Scribit illud et suo.

5. Summa laus deo Parenti,
Qui creavit omnia: ✠
Filioque, qui redemit
Morte nos volens sua: ✠
Par et illi, cuius almo
Confovemur halitu. amen.

℣. Usquequo Deus improperabit inimicus.
℟. Irritat adversarius nomen tuum in finem!
Ps. 73.

Ad Magnif. ant. Vidit Deus presumptionem cordis eius, quoniam mala est: ✠ adimplevit propitiationem suam in illo, et ostendit ei viam aequitatis. Eccli. 18.

Oratio Clun.

Deus, cuius gratia in beato Paulo apostolo tuo de persecutore vas electionis effecit: nostrarum, quesumus, eiusdem gratie virtute frange contumaciam voluntatum. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Petri ant.

Ego dico tibi: quia tu es Petrus; ✱ Et super
hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. 16.
℣. Posui adiutorium in potente:
℟. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

Oratio.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis
clavibus regni cœlestis ligandi atque sol-
vendi pontificium tradidisti: concede, ut
intercessionis eius auxilio a peccatorum no-
strorum nexibus liberemur.
Postea fit commemoratio præcedentis Festivæ.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Jesum, quem persecutus est Saulus: ✱
venite adoremus. Act. 9.

Hymnus Clun. Guill. Ep. Santon.

1. Pastore percusso, minas
Spirabat et cædes lupus: ✱
Sparsumque vastabat gregem,
Te Christe Saulus nesciens.
2. Etiam catenas stringere
Ferox parabat, iam cruces: ✱
Sed o! repente sternitur,
Verboque percussus ruit.
3. Quid Saule, Saule quid furis!
Agnosce victricem manum: ✱
Cœlo reluctari nefas,
Absiste Jesum persequi.
4. Jam tendit in pectus manus,
Jam colla submittit jugo: ✱
Stupens jacet, clamat tremens,
Quid Christe, quid victor jubes?
5. Æterne tu verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri: ✱
Et par utrique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

In I. Nocturno. antiphona.

1. Ego ex genere Israel de tribu Beniamin,
secundum legem Pharisæus: ✱ secundum

emulationem persequens ecclesiam dei. Philip. 3.

2. Semis pedes Gamaliel eruditus sum juxta veritatem paterne legis * emulator legis. act. 22.

3. Hanc viam persecutus sum usque ad mortem: * alligans et tradens in custodias viros ac mulieres. ib.

4. Domine, ego eram concludens in carcerem et cedens per synagogas eos, * qui credebant in te. ib.

5. Cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego stabam et consentiebam, * et custodiebam vestimenta interficientium illum. ib.

6. Ego quidem existimaveram, me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere: * quod et feci Jerosolymis. act. 26.

℣. Exurge Deus judica causam tuam:

℟. Memor esto improperiorum tuorum, eorum quae ab insipiente sunt tota die. Ps. 73.

## Lectio I.

### De actibus apostolorum. cap. 9.

Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos Domini accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos invenisset hujus viae viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco, et subito circumfulsit eum lux de coelo. Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? qui dixit: quis es Domine? ille: ego sum Jesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, et ingredere civitatem, et tibi dicetur

tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit.

℟. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, dextera tua percussit inimicum, ✠ et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos. ℣. Dixit inimicus: persequar et comprehendam, evaginabo gladium meum, et interficiet manus mea. ✠ et in mult. Exod. 15.

## Lectio II.

Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, et dixit ad illum in visu Dominus: Anania! at ille ait: ecce ego Domine. Et Dominus ad eum: surge, et vade in viam, quae vocatur Recta, et quaere in domo Judae Saulum nomine, Tarsensem: ecce enim orat. ✠ Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, et imponentem sibi manus, ut visum recipiat. Respondit autem Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

℟. Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuae tuae? ✠ quanta malignatus est inimicus in sancto! ℣. quos eduxavi et enutrivi, inimicus meus consumpsit eos. ✠ quanta. Ps. 73. Thren. 2.

## Lectio III.

Et abiit Ananias, et introivit in domum, et imponens ei manus dixit: Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas et impleatis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamme, et visum recepit, et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo synagogis prædicavit Jesum, quoniam hic est Filius Dei. Stupebant autem omnes, qui audiebant, et dicebant: nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos, qui invocabant nomen istud, et huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis convalescebat, et confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

℟. Veniens ad me Ananias dixit: Saule frater, Deus prædestinavit te, ut cognoscere voluntatem eius, et videres justum, et audires vocem de ore eius: ✠ quia eris testis illius ad omnes homines. ℣. Justificet te Spiritus Domini, et prophetabis, et mutaberis in virum alium. ✠ quia. Act. 22. 1. Reg. 10.

## Lectio IV.

Cum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in unum Judæi, ut eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem et portas die ac nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta. Cum autem venisset in Jerusalem, tentabat se jungere discipulis, et omnes timebant eum, non credentes, quod esset ex discipulis. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos: et narravit illis, quomodo in via vidisset

Dominum, et quia locutus ei, et quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Jesu. Et erat cum illis intrans et exiens in Jerusalem, et fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque gentibus, et disputabat cum Grecis: illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, et dimiserunt Tarsum.

℣. Stupebant omnes qui audiebant, et dicebant: ✱ nonne hic est, qui expugnabat eos, qui invocabant nomen Jesu? ℟. Videntes omnes, qui noverant eum, quod esset cum prophetis, dixerunt ad invicem: num et Saul inter prophetas? ✱ nonne. ℣. Gloria. ✱ nonne. act. 9. 1. Reg. 10.

## In II. Nocturno. antiphonæ.

1. Dum irem Damascum die media in via, ✱ vidi de cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, et eos qui mecum erant. act. 26.

2. Omnes nos cum decidissemus in terram, audivi vocem loquentem mihi hebraica lingua: ✱ Saule Saule quid me persequeris? ib.

3. Dixi: quis es Domine! ✱ Dominus autem dixit: ego sum Jesus, quem tu persequeris. ib.

4. Qui mecum erant, lucem quidem viderunt, ✱ vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum. act. 22.

5. Cum non viderem præclaritate luminis illius, ✱ ad manus deductus a comitibus veni Damascum. ib.

6. Quid moraris? exurge et baptizare, ✱ et ablue peccata tua, invocato nomine Jesu. ib.

℣. A Domino factum est istud:

℟. Et est mirabile in oculis nostris. Ps. 117.

## Lectio V.

### Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 279.

Verba apostoli audivimus, immo per apostolum verba Christi loquentis in illo, quem de persecutore prædicatorem fecit, percutiens et sanans, occidens

Avivificans, occisus agnus a lupis, et faciens agnos de lupis. Voce Christi de coelo prostratus est, et antipiens interdictum saevienti cecidit in faciem suam, prius prosternendus, deinde erigendus: prius percutiendus, postea sanandus. Et ille: quid me vis facere? Jam paratus ad obediendum, qui prius saeviebat ad persequendum. Jam informatur ex persecutore praedicator, ex lupo ovis, ex hostemiles. audivit quid facere debeat. Cocus sane factus est; ut interiore luce fulgeret cor eius, exterior ad tempus erepta est, subtracta est persecutori, ut redderetur praedicatori. Et tamen tempore, quo caetera non videbat, Jesum videbat. Ista et in ipsa eius coecitate mysterium informabatur credentium, quoniam qui credit in Christum, ipsum intueri debet, caetera nec nata computare: ut creatura vilescat, et creator in corde dulcescat.

℟. Tonabit de coelo Dominus, et Excelsus dabit vocem suam: * et confringet Dominus cedros libani. ℣. Dominum formidabunt adversarii eius, et super ipsos in coelis tonabit. * et.

2. Reg. 22. 1. Reg. 2.

## Lectio VI.

Adductus est ad Ananiam: et Ananias interpretatur ovis. Ecce lupus rapax adducitur ad ovem sequendam, non rapiendam. Sed ne repentinum ovis expaveseeret lupum, ipse pastor de coelo, qui haec omnia faciebat, nuntiavit ovi lupum venturum, sed non saeviturum. Et tamen tam immanis fama lupum illum praecesserat, ut non posset ovis audito eius nomine non conturbari. Mira et magnas res geritur. Lupo saevitia interdicitur, lupus ad ovem captivus adducitur. Tanta autem praecesserat fama lupi raptoris, ut eius nomine audito timeret ovis etiam sub manu pastoris. Confortatur, ne iam putet saevientem, ne timeat tumentem. Abagno pro ovibus morduo fit ovis secura de lupo.

℟. Non audiatur in populo meo ultra vox fletus et vox clamoris: ✝ lupus et agnus pascentur simul, et non nocebunt in omni monte sancto meo. ℣. Salvabo gregem meum, et non erit ultra in rapinam. ✝ lupus.
Isa. 65. Ezech. 34.

## Lectio VII.

Ser. 168. de verb. apost.

Dicit apostolus: misericordiam consecutus sum. O confessio! non ait: misericordiam consecutus sum, quia fidelis eram, sed, ut fidelis esset, misericordiam consecutus sum. Veniamus ad eius primordia. Date mihi merita eius. Si merita quaeris, damnationis sunt, non liberationis. Ibat saevire in membra Christi, ibat sanguinem fundere, ibat lupus pastor futurus. Sic ibat. Non poterat aliter ire ad illa, propter quae ibat. Et nec vox de caelo: Saule, Saule quid me persequeris! Nec quare dixit: misericordiam consecutus sum, ut fidelis esset. Erat infidelis: parum est, erat in ipsa infidelitate crudelis: sed misericordiam consecutus est, ut fidelis esset. quid dicturus es Deo dicenti: hoc volo? Ergo Domine, ille qui tanta fecit, tanta mala in sanctos tuos facere cupiebat, tali eum misericordia dignum existimas? Hoc volo. an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

℟. Misericordiam volo, et non sacrificium, ✝ non veni vocare justos, sed peccatores. ℣. Fidelis sermo, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. ✝ non veni. Matth. 9. 1. Tim. 1.

## Lectio VIII.

Ego, inquit, sum novissimus apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. Bene dicis: unde debuisti damnari, ab eo accepisti, unde debeas coronari. a quo accepit, vultis audire? Audite me, ipsum audite: non sum ~~dignus~~ inquit, dignus vocari apostolus, quia persecutus sum

ecclesiam Dei: sed gratia Dei sum id quod sum.
Ergo quod eras, iniquitate tua eras: quod es,
gratia Dei es.

℟. Eram ignotus facie ecclesiis Judææ, quæ
erant in Christo; tantum autem auditum ha-
bebant: * quoniam qui persequebatur nos,
nunc evangelizat fidem, quam aliquando
expugnabat. ℣. Hæc mutatio dextera Excelsi:
quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus,
qui facis mirabilia. * quoniam. ℣. Gloria.
* quoniam. Gal. j. Ps. 76.

## In III. Nocturno.

Ant. Exurge et sta super pedes tuos: ad hoc
enim apparui tibi, ut constituam te mi-
nistrum et testem eorum quæ vidisti: * eri-
piens te de populo et gentibus, in quas nunc
ego mitto te. Act. 26.

℣. Glorificabo nomen tuum in æternum.
℟. Quia misericordia tua magna est super me. Ps. 85.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. j.

Notum vobis facio fratres evangelium,
quod evangelizatum est a me, quia non est
secundum hominem: neque enim ab homine
accepi illud, neque didici, sed per revelationem
Jesu Christi. Audistis enim conversationem
meam aliquando in Judaismo: quoniam supra
modum persequebar ecclesiam Dei, et expug-
nabam illam. Et proficiebam in Judaismo
supra multos coætaneos meos in genere
meo, abundantius æmulator existens
paternarum mearum traditionum.

℟. Ego veni ut adversarer tibi, quia per-
versa est via tua, mihique contraria:
dixitque Balaam: * peccavi nesciens, quod
tu stares contra me. ℣. Saulus tremens ac
stupens dixit: Domine quid me vis facere?
* peccavi. Num. 22. act. 9.

## Lectio X.

Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carni et sanguini. Erat autem ignotus facie ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo: tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant Deum.

℟. Ego gentes ego mitto te, ut convertantur a tenebris ad lucem, et de potestate satanæ ad Deum, * ut accipiant remissionem peccatorum et sortem inter sanctos, per fidem, quæ est in me. ℣. Ecce constitui te hodie super gentes: tu ergo surge et loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. * ut. Act. 26. Jer. 1.

## Lectio XI.

De epistola prima ad Timotheum. cap. 1.

Gratias ago ei qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus. Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu.

℟. Castigasti me, et eruditus sum quasi juvenculus indomitus; postquam enim convertisti me et ostendisti mihi, * confusus sum et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. ℣. Cogitavi vias meas, et converti pedes meos in testimonia tua.

* confusus. Jer. 31. Ps. 118.

## Lectio XII.

Fidelis sermo et omni acceptione dignus: quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me

primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam æternam. Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. amen.

℟. Magnus es Domine in æternum, et in omnia sæcula regnum tuum: * quoniam tu flagellas & salvas, deducis ad inferos, et reducis. ℣. Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu. * quoniam. ℣. gloria. * quoniam. Job. 13. 2. Cor. 2.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 15. vel juxta Missale de abbatibus.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est servus major Domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.

Ad Laudes matutinas et horas. antiphonæ.

1. Ego legi mortuus sum, ut Deo vivam: * Christo confixus cruci. Gal. 2.
2. Vivo jam non ego: * vivit vero in me Christus. ib.
3. In fide vivo Filii Dei, qui dilexit me: * non abjicio gratiam Dei. ib.
4. ad Laudes. Ubi abundavit delictum, * superabundavit gratia. Rom. 5.

5. Gratias Deo, * super inenarrabili
dono eius. 2. Cor. 9.

Lectio 1. Cor. 15.

Ego sum minimus apostolorum, qui non
sum dignus vocari apostolus, quoniam per-
secutus ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum
id quod sum, et gratia eius in me vacua
non fuit.

R. br. Misericordias Domini * in aeternum
cantabo:
V. In generationem et generationem annun-
tiabo veritatem tuam. Ps. 88.

Hymnus Clem. Guill. Ep. Sanct.

1. Ex hoste miles, ex lupo
Agnus gregi se devovet: *
Et raptor ipse nobili
Raptus triumpho ducitur.

2. O celsa cedrorum, Deus,
Qui voce vertis culmina: *
O qui potenti subiicis
Mentes superbas gratiae!

3. In pastor infensas tuo
Vires ovili conterens: *
Et nostra, signid devium,
Ad te reflecte pectora.

4. Aeterne tu Verbi Pater,
Aeterne Fili par Patri: *
Et par utrique Spiritus
Tibi Deus sit gloria. amen.

V. In Domine conversus vivificasti me;
R. Et de abyssis terrae iterum reduxisti me. Ps. 70.

Ad Bened. ant. Obturatus est oculus audi-
toris sermonum Dei, qui visionem omnipo-
tentis intuitus est: * quicadit, et sic ape-
riuntur oculi eius. Num. 24.

Oratio ex vesperis.

Fit commemoratio S. Petri ut in 1. vesperis:
et octava.

Ad Tertiam. Lectio Philip. 2.

omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucri faciam, et inveniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed illam, quae ex fide est Christi Jesu.
℣. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus:
℟. Et exaltetur Deus salutis meae. Ps. 17.

Ad Sextam. Lectio Gal. 1.

Segregavit me Deus ex utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus.
℣. Deus pronunciabo mirabilia tua:
℟. Memorabor justitiae tuae solius. Ps. 70.

Ad Nonam. Lectio 1. Tim. 1.

Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, et persecutor et contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum.
℣. Domine in coelo misericordia tua:
℟. Veritas tua usque ad nubes. Ps. 34.

Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio act. 22.

Factum est revertenti mihi in Jerusalem, et oranti in templo, fieri me in stupore mentis, et videre Jesum dicentem mihi: festina et exi velociter ex Jerusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me: vade, quoniam ego in nationes longe mittam te.
℟. br. Eripies me Domine * de contradictionibus populi:
℣. Constitues me in caput gentium. Ps. 17.

Hymnus ex I. Vesperis.

℣. Psallam tibi in nationibus Domine:
℟. Quia magna est super coelos misericordia tua. Ps. 107.

ad Magnif. ant. Vade Anania, et quere Sau-
lum, quoniam vas electionis est mihi iste: ut
portet nomen meum coram gentibus, et
regibus et filiis Israel. act. 9.
Unde fit commemoratio S. Stephani in 1. vesperis,
et sequentis, de communi, demum octava.

## Die XXVI. Januarii

### S. Polycarpi Episcopi et Martyris.

Duplex 3. cl.

Omnia de communi.

Oratio clm.

Deus, cuius gratia beatum Polycarpum Pontificem tuum in Sacerdotium elegisti, doctrina ad prædicandum erudisti, patientia ad perseverandum confirmavisti: da nobis ex eius imitatione populum christianum et instruere vivendi exemplo, et confirmare patiendo. Per Dominum.

Lectio II.

Ex S. Irenæo l. 3. contra hæres. c. 3.

Polycarpus s: non solum, ut ait Irenæus ab apostolis edoctus, et conversatus cum multis ex eis, qui Dominum nostrum viderunt; sed etiam ab apostolis in Asia, in ea quæ est Smyrnis ecclesia, constitutus episcopus: quem et nos vidimus in prima nostra ætate: s: alacriter et propere pergebat ad stadium. Audiente vero proconsule: jura et dimitte te, convicium fac Christo, Polycarpus respondit: octoginta et sex anni sunt, ex quo servio ei, nec ulla me affecit injuria; et quomodo possum convicia dicere adversus regem meum, qui me salvum fecit? Urgente rursus illo, ac inquiente: jura per genium cæsaris, respondit: si ambitiose contendis, ut jurem per cæsaris, ut tu vocas, genium, simulas autem te ignorare, quis sim, palam audi: Christianus sum. Tunc placuit illis, ut vivum Polycarpum ignis exureret. Quando autem rogus apparatus est, cum clavis

affigendus esset, dixit. simile mei sit, qui enim mihi dat lignem pabi, dabit et sine vestra ex clavis cautione immotum in pyra permanere. illi quidem non clavis defixerunt, sed ligaverunt eum.

℟. Angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe: hæc dicit primus et novissimus: * scio tribulationem tuam et paupertatem tuam, sed dives es.

℣. Blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse et non sunt, sed sunt synagoga Satanæ.

* scio. apoc. 2.

## Lectio III.

Hic vero manibus post tergum positis, ac revinctus, tanquam aries insignis ex magno grege delectus, qui gratissimum holocaustum offerretur, cœlum conversus dixit: Pater unigeniti et benedicti Filii tui Jesu Christi, benedico te, qui me ad hanc horam perducere dignatus es, ut partem caperem in consortio Martyrum in calice Christi tui, ad resurrectionem vitæ æternæ, animæ simul et corporis: inter quos, quæso, suscipiar hodie coram te tanquam hostia pinguis et accepta. cumque precationem complesset, ministri ignem accenderunt. cum vero ingens flamma emicasset, ignis fornicis speciem prebens, tanquam navis velum a vento repletum atque sinuatum undique circumdedit Martyris corpus. cernentes autem impii, corpus flammis non posse consumi, confectorem propius accedere, pensemque alle in corpus adigere jusserunt: quo facto tanta vis sanguinis effluxit, ut ignis prorsus extingueretur. ossa ipsius gemmis pretiosissimis cariora, et quolibet auro puriora, ubi decebat, condidimus. Deus in loco nobis, ut fieri poterit, congregandis concedet Deus natalem eius martyrii diem cum gaudio et hilaritate celebrare, tum

in memoriam eorum, qui certamina perhibuerunt, tum in futurorum hominum exercitationem dilaceritatem. s: Beatus est qui patitur persecutionem:

℟. Nihil horum timeas, quæ passurus es: * Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. ℣. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini. * esto. Y. Tribulationem. esto. epoc. 2.

Absit commemoratio octavæ.

Vesperæ de sequenti, commemoratio præcedentis et octavæ.

## Die XXVII. Januarii.

S. Joannis Chrysostomi Episcopi et Doctoris.

Duplex cl. cert.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio brev. Rom.

Ecclesiam tuam, quæsumus Domine: gratiæ cælestis amplificet, quam beati Joannis Chrysostomi Confessoris tui atque Pontificis, illustrare voluisti gloriosis meritis et doctrinis. Per Dominum.

Lectio II.

Ex vita Sancti per Palladium scripta.

Joannes Antiochiæ natus, in adolescentia baptizatus a sancto Meletio Episcopo, per annos aliquot in solitudine vitam egit. Quinto post susceptum diaconatum anno Presbyter Antiochenæ ecclesiæ a Flaviano ordinatus, homilias ad populum habuit ea dicendi eloquentia, ut Chrysostomi seu aurei oris nomen meruerit. Exactis eo in munere duodecim annis, ni fefellit Constantinopolitana mortuo Nectario invitus sufficitur. In omnibus forma gregis factus, sumptus ecclesiæ inutiles, ac familiæ episcopalis resecuit, et quod inde supererat, in pauperum commodum convertit, infirmorum præsertim, quibus et

nosocomia construxit. cum autem vitam insti-
tuisset asperam et severam, ac depravatos om-
nium ordinum mores corrigere omni opere
niteretur, multorum inde subiit invidiam;
Eudoxiæ augustæ imprimis, quæ concionantis
verba quodam quasi in se contumeliosa in-
digne admodum tulit. Agente igitur Theophilo
Alexandrino, et adnitente Eudoxia, habita est
apud Quercum Chalcedonis suburbium, Epis-
coporum aliquot Chrysostomo infensorum
tumultuaria synodus, in qua ipse depositus
in exilium electus est; sed paullo post facto
terræ motu, et coorta seditione plebis, inde
revocatur.

℣. Ecce dedi frontem tuam duriorem fronti-
bus eorum, et adamantem et silicem
dedi faciem tuam: ✱ ne timeas eos, neque
metuas a facie eorum. ℣. Prædica verbum,
insta opportune, importune: argue, ob-
secra, increpa in omni patientia et doctri-
na. ✱ ne timeas. Ezech. 3. 2. Tim. 4.

## Lectio III.

Cum apud perditos mores arguere non desis-
ret, et ad argenteam Eudoxiæ statuam Eudo-
xiani, quibus divina psalmodia turbabatur,
minime tolerarent, in episcoporum conven-
ticulo iterum damnatus est, et Arcadii Im-
peratoris jussu ecclesia pulsus, paucis post
mensibus Cucusum in Armeniam aman-
datur. Sæpe exilii locum mutare coactus
est infirma licet valetudine, ut assiduis
itinerum laboribus conficeretur. Comana
tandem cum advenisset, pernoctantem
in ecclesia sancti Basiliscii, qui beatus Mar-
tyr affatus est: Confide, frater Joannes,
cras enim simul erimus. Cum his postridie
cœlestibus sacramentis confirmatus, se in

modum crucis, animam deo reddidit decima quarta die septembris, anno quadringentesimo septimo. Iob et proclara adeo dixit et scripsit, ut dignus existimetur, cui Paulus apostolus, quem ille mirifice coluit, scribenti et prædicanti multa dictasse videatur.

℣. Cum esset sapientissimus, docuit populum; * quo fruitur verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos. ℣. Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit, beatus qui in istis versatur bonis. * quo fruitur. ℣. Gloria. * quo fruitur. Eccli. 12. 30.

Et fit commemoratio octavæ.

Vespere de sequenti, commemoratio præcedentis et octavæ.

## Die XXVIII. Januarii.

### S. Meinradi Martyris.

Duplex S. Lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio Clun.

Da nobis, quæsumus Domine, intercedente beato Meinrado Martyre tuo, in tua fide et sinceritate constantiam: ut in charitate divina firmati, nullis tentationibus a tuæ integritate divellamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Bernonem augiensem abbatem scripta apud Mabillon sec. Bened.

Meinradus in Sulgovia natus, in augiæ divite sub Erlebaldo monacho, suo affine, brevi sanctarum scripturarum scientia exhibuit, anno ætatis vigesimo quinto ad diaconatus officium, et non multo post ad presbyterii gradum sublimatus, monasticam postea vitam amplexus est. Promptus semper erat ad obediendum, in jejunando strictus, in oratione assiduus, in misericordiæ operibus largus, et maxima humilitate subjectus omnibus. His dum

polleret moribus, ab abbate suo Scholo juxta lacum Turicinum proficitur: ubi solitudinis amore captus in eremo sibi habitaculum struxit, atque ibidem jejuniis et orationibus indefessus creatori serviit. Ibi dum septem annos exegisset, multitudinem populi ad se venientis non ferens, interiorem eremum petiit, et per viginti sex annos domino in jejuniis et mundanarum rerum abstinentia inserviit. Tandem a suis celestis conquisitus ad necem, cum et missarum solemnia celebrasset, et presens futurorum agonem suum deo commendasset, eos benignissime excepit. Ab his fustibus crudeliter mactatus grata deo victima cecidit, duodecimo Kalendas Februarii, circa annum Christi octingentesimum sexagesimum primum. Cuius corpus ad augiam delatum fratres digne sepelierunt honore.

℟. Sedebit solitarius et tacebit, quia levavit super se: ℣. bonum est prostolari cum silentio salutare dei. ℟. Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. ℣. bonum. ℟. gloria. ℣. bonum. Thren. 3. Vs. 117.

Et fit commemoratio octave.

Vespere de sequenti, commemoratio procedentis.

## Die XXIX. Januarii.

Octava S. Vincentii Martyris.
Duplex 3. Lectionum.

Omnia ut in die Festo 22. huius, preter sequentia.

Oratio Sacr. Gelas.

Deus, cuius caritatis ardore beatus Vincentius edaces incendii flammas, contempto persecutore, devicit: concede propitius, ut omnes, qui martyrii eius merita veneramur, protectionis tuo auxilio muniamur. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 276.

In passione sancti Vincentii evidenter ostenditur judex ferox, tortor cruentus, martyr invictus. In cujus corpore poenis variis exarato jam tormenta defecerant, et adhuc membra durabant. Tot convicta miraculis persistebat impietas, tot uexata suppliciis non cedebat infirmitas: agnoscatur ergo operata divinitas. Si consideretur ista passione humana patientia, incipit esse incredibilis, si agnoscatur divina providentia, definit esse mirabilis. Tanta grassabatur crudelitas in Martyris corpore, et tanta tranquillitas proferebatur in voce, tanta quae poenarum asperitas saeviebat in membris, et tanta securitas sonabat in verbis, ut miro modo putaremus Vincentio patiente alium non loquentem torqueri. Et vere fratres, ita erat, prorsus ita erat: alius loquebatur. Promiserat enim et hoc testibus suis Christus in Evangelio, quos ad hujus modi certamina praeparabat. Sic enim ait: nolite praemeditari, quomodo aut quid loquamini; non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur, et spiritus loquebatur, et loquente spiritu non solum convincebatur impietas, sed etiam confortabatur infirmitas.

℟. Praevenit me in die afflictionis meae, et factus est Dominus firmamentum, et eduxit me in latitudinem: ✠ liberavit me, quia complacui ei. ℣. Cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te: ego dilexi te. ✠ liberavit. ℣. Gloria. ✠ liberavit. 2. Reg. 22. Isa. 43.

In II. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem. 15.

Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui a pressura flammae, quae circumdedit me, et in medio ignis non sum aestuatus.

℣. Cantabo Domine fortitudinem tuam:

℟. Exultabo mane misericordiam tuam. Ps. 58.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis.

## Die XXX. Januarii.

S. Francisci Salesii Episcopi.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui animarum salutem beatum Franciscum confessorem tuum atque Pontificem omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius, ut caritatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus ac suffragantibus meritis æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis Alexandri Papæ septimi. a. 1666.

Franciscus in Salesio oppido oriundus, ab infantia ad puericiam per pietatis simul ac sapientiæ gradus ascendens, orationi inter litterarum studia vacabat. Emisso virginitatis voto plures sibi formulas adhibuit astringendi mysticas sponsi leges. Sacerdotio initiatus, de mandato sibi a Garnerio Genevensi Episcopo divini verbi gladio armatus, hæresin Calvinianam in Cabalicensibus aliisque finitimis populis grassantem adortus est: ubi incredibile dictu quo animi ardore, qua pectoris constantia, qua mentis alacritate, quam firma in Deum fiducia, quam ardenti in proximum charitate pugnaverit, eo quidem successu ut sexaginta hæreticorum millia ad ecclesiam catholicam reduxisse referatur. Episcopus Genevensis factus, ordinare clerum, familiam religiosis moribus componere, ecclesiastico disciplinæ leges vel restituere vel facere, ac potissimum catholicæ religionis sinceritati consulere extremis viribus adlaboravit. Incredibilis erat ejus mansuetudo ac lenitas, profundissima humilitas, et

lerventissima in omnes charitas. Tandem
conscriptis pluribus coelesti plane doctrina
refertis libris, et miraculis non minus quam
sanctitate clarus ad regna coelestia trans-
latus est, anno Christi millesimo sexcente-
simo vigesimo secundo, atque aneeii sepultus
est.

℟. Cum liber esem ex omnibus, omnium
me servum feci, ut plures lucrifacerem: ℣.
omnibus omnia factus sum, ut omnes fa-
cerem salvos. ℟. Nihil subtraxi utilium,
quo minus annunciarem et docerem publice
et per domos. ℣. omnibus. ℟. gloria. ℣. om-
nibus. 1. Cor. 9. ad. 20.

## Festa Februarii.

### Die 1.

S. Ignatii Episcopi et Martyris.

Duplex cl. cert.

Omnia de communi, praeter sequentia.

Oratio Sac. Gelas.

Sancti Ignatii Sacerdotis et Martyris tui Do-
mine frequentata solemnitas: et de sacer-
dotalibus nos instruat, te miserante, doctri-
nis; et de gloria martyrii foveat ubique
suffragiis. Per Dominum.

### Die 11.

Martyrium sancti Martyris Ignatii Theophori.

apud Ruinart.

Cum nuper Romanorum imperium exce-
pisset Trajanus, Ignatius apostoli Joannis
discipulus, vir erat in omnibus apostolicus,
cui magnae curae Antiochenam ecclesiam guber-
nabat. Hic postquam ductus est ad Trajanum,
ut vero in ejus conspectu adstitit: quis es, inquit
Trajanus, o cacodemon, qui nostra mandata
transgredi enitaris? quin etiam alios, ut idem
agant hortaris, quo nempe misere pereant.
Ignatius dixit: nemo Theophorum cacodaemonem

appellati; abscedunt enim domones a servis Dei. Traianus dixit: cliquis est Theophorus? Ignatius respondit: qui Christum habet in pectore. Traianus dixit: illum dico, qui sub Pontio Pilato crucifixus est? Ignatius dixit: illum dico, qui meum peccatum cum suo inventore crucifixit. Traianus dixit: tu ergo in te ipso crucifixum geris? Ignatius dixit: etiam, scriptum est enim: inhabitabo in ipsis, et inambulabo. Traianus sententiam pronunciavit: Ignatium, qui se ipso crucifixum ferre dicit, praecipimus vinctum a militibus duci in magnam Romam, cibum bestiarum ad populi delectationem futurum. Qua sententia audita sanctus Martyr cum gaudio exclamavit: Tibi gratias ago Domine, quia me perfecta erga te charitate honorare dignatus es, qui me cum apostolo tuo Paulo ferreis vinculis vinciri permittis.

℟. Nunc magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam, sive per mortem: * mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.
℣. Ego non solum alligari, sed etiam mori paratus sum propter nomen Domini Jesu.
* mihi. Philip. j. ad. 2j.

## Lectio III.

His dictis vinculisque cum gaudio acceptis, a ferocibus et sævis militibus raptus est. Smyrnam adveniens ea tegus litteras misit, quæ spiritalem cum oratione et exhortatione gratiam stillavant. quo ad ecclesiam Romanam scripserit, subjecimus. obsecro vos: benevole me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei, et per ferarum dentes molar, ut purus panis Christi inveniar. Utinam fruar bestiis mihi præparatis, quas et opto mihi promptas inveniri, quibus et blandiar ut citius me

devorent, non ut quosdam veritate non allige-
ant. Si autem illos repugnantes noluerint,
ego vos impellam. Ignis et crux, ferarum
ut rerus, laceraciones, disiunctiones ossium,
concisio membrorum, totius corporis contusio-
nes, dira diaboli tormenta in me veniant:
solum modo ut Jesum Christum consequar.
Concedite mihi imitatorem esse patientis
Dei mei. Vivens scribo vobis, mori desiderans:
meus amor crucifixus est. Tandem cum Ro-
mam advenisset Ignatius, ad amphitheа-
trum cum festinatione ductus est. Deinde
confestim immissus in arenam, fine specta-
culorum imminente, ita ferisse dentibus
juxta templum expositus est, ut illico sancti
Martyris desiderium impleretur. Horum
nos ipsi spectatores facti Deum datorem bo-
norum laudavimus, et sanctum beatum
diximus, eoque diem et tempus indicavi-
mus: ut tempore eius martyrii convenientes,
athleta et glorioso Christi martyri com-
municemus.

℟. Existimo omnia detrimentum esse
propter eminentem scientiam Jesu Christi
Domini mei, propter quem omnia detrimen-
tum feci: ✠ ut Christum lucrifaciam. ℣.
Ad cognoscendum illum, et societatem passio-
num illius, configuratus morti eius. ✠ ut.
℣. gloria. ✠ ut. Philip. 3.

Die 11. Februarii.

Præsentatio Domini,

et

Purificatio Beatæ Virginis in templo.

Solemnitas II. classis 12. lect.

Ad I. Vesperas antiphonæ.

1. Exulta filia Sion: ✠ ecce rex tuus veniet
tibi justus et Salvator. Zach. 9.

2. Veniet desideratus cunctis gentibus: ✠
et implebo domum istam gloria, dicit
Dominus. Agg. 2.

℟. Magna erit gloria domus istius novissimo plus quam primo: ✱ et in loco isto dabo pacem. ib.
℣. Attollite portas principes vestras: ✱ et introibit rex gloriæ. ℣. 23.

Lectio Malach. 3.

Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam: et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis, et angelus testamenti, quem vos vultis: ecce venit, dicit Dominus exercituum.
℟. Benedictus, qui venit ✱ in nomine Domini:
℣. Deus Dominus, et illuxit nobis. ℣. 117.

Hymnus Eccl. Sanct.

1. Templi sacratas pande fores, Christus sacerdos intrat et hostia: ✱
Cedant manes veritati, Quo se animis aperit figura.
2. Non immolandi iam pecudum greges, Immobilis ater non cruor amplius: ✱
En ipse placando Parenti Ipse suis Deus adstat aris.
3. Virgo tabentis conscia numinis, Dum ipsa vultus, quem peperit Deum, Intus gestat ulnis: ✱ pauperumque Munera fert, teneras columbas.
4. Hic omnis ætas, omnis et astitit Sexus, propinquo numine plenior: ✱
Omnes anhelantis tot annos Nunc fidei pretium reportant.
5. Testes latenter magnanimo, Deus, Tibi cellabat fida silentio, ✱
Verbi silentis multa mater Cuncta animo genitus premebat.
6. Sit summa Patri, summaque Filio, Sancto que compar gloria Flamini: ✱
Sancto canemus Trinitati Perpetuo pia corda cultu. Amen.
℣. Benedictionem dabit Legislator.

℟. Videbitur Deus Deorum in Sion. Ps. 83.
Ad Magnif. ant. Preparare in occursum Dei tui Israel: ✱ quia ecce formans montes, et creans ventum, et annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, et gradiens super excelsa terræ: ✱ Dominus Deus exercituum nomen eius. Amos 4.

Oratio San. Greg.

Erudi, quæsumus Domine, plebem tuam: et quæ extrinsecus annua tibi devotione veneranda, interius apprehendi gratia tua luceat concede. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio præcedentis.

Clausula hymnorum.

Jesu tibi sit gloria:
Qui natus es de virgine: ✱
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Ecce venit ad templum suum dominator Dominus: ✱ venite adoremus. Mal. 3.

Hymnus Chm. Sanct.

1. Aspice gentes, fit Deus hostia,
Se pro te legi Legifer obligat: ✱
Orbis Redemtor nunc redemtus,
Sequè expiat sine labe Mater.
2. De more matrum Virgo puerpera
Templo stabulos abstinuit dies: ✱
Intrare ~~templum~~ sanctum quid paveas,
Tacta Dei prius ipsa templum?
3. Ara subuna se vovet hostia
Triplex: honorem virgineum immolat
Virgo sacerdos: ✱ parva mollis
Membra puer, feriorque victima.
4. Eheu! quod enses transadigent tuum
Pectus! quod achis nata doloribus
O virgo! ✱ quem gestas in ulnis,
Imbuet hic sacer agnus aram.

℣. Christus futuro, corpus adhuc tener,
Præludit infans victima funeri: ✱
Crescit, profuso vir cruore
Omne seclus moriens piabit.
℟. Sit summa Patri, summaque Filio,
Sanctoque compar gloria Flamini: ✱
Sancto litemus Trinitati
Perpetuo pia corda cultu. amen.

## In I. Nocturno antiphonæ.

1. Adhuc unum modicum, et ego commovebo
cœlum et terram: ✱ et veniet desideratus
cunctis gentibus. agg. 2.
2. Ecce ego adducam servum meum Orientem: ✱
et auferam iniquitatem terræ illius. Zach. 3.
3. Ecce vir Oriens nomen ejus. ✱ Ipse portabit
gloriam, et erit sacerdos super solium suo. ib.
4. Numquid placari potest Dominus in millibus
arietum: ✱ aut in multis millibus
hircorum pinguium? Mich. 6.
5. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: ✱ et munus non suscipiam de manu vestra. Mal. 1.
6. Ne offeratis ultra sacrificium frustra: ✱
sanguinem vitulorum, et agnorum et
hircorum nolui. Isa. 1.
℣. Sacrificium et oblationem noluisti,
℟. Tum dixi: ecce venio. Ps. 39.

## Lectio I.

De libro Exodi. cap. 13.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de jumentis; mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad populum: cum introduxerit te Dominus in terram Chananæi, sicut juravit tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam, separabis omne, quod aperit vulvam, Domino: quidquid habueris masculini sexus,

2 Psalmi. Nocturnorum ut est ad Matutinum
Jumentum ex feria III. et 2 Psalter

consecrabis Domino. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes.
℟. Mea sunt omnia primogenita filiorum Israel: ✠ ex die, quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi eos mihi.
℣. Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. ✠ ex die. Num. 8. Luc. 2.

## Lectio II.

De libro Levitici. cap. 12.

Cum expleti fuerint dies purgationis: mulieris: quæ pepererit agnum anniculum in holocaustum, et pullum columbæ sive turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti: qui offeret illa coram Domino, et orabit pro ea, et sic mundabitur. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur.
℟. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut darent hostiam, ✠ secundum quod dictum est in lege Domini. ℣. Duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato. ✠ secundum. Luc. 2. Levit. 12.

## Lectio III.

Ex Aggæo Propheta. cap. 2.

Factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ dicens: loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, et ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum, et ad reliquos populi, dicens: quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? Numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus, et confortare fili Josedec sacerdos magne, et confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: et facite verbum,

quod pepigi vobiscum, cum egrederemini de terra Ægypti, et Spiritus meus erat in medio vestrum, nolite timere.

℟. Prope feci justitiam, non elongabitur, et salus mea non morabitur: ✠ dabo in Sion salutem. ℣. Offeretur super placabili altari meo, et domum majestatis meæ glorificabo. ✠ dabo. Isa. 46. 60.

## Lectio IV.

Quia hæc dicit Dominus exercituum: adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum et terram, et mare et aridam: et movebo omnes gentes. Et veniet desideratus cunctis gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissimo, plus quam primo, dicit Dominus exercituum, et in loco isto dabo pacem.

℟. Majestas Domini ingressa est templum per viam portæ, quæ respiciebat ad orientem, ✠ et ecce ✠ repleta erat gloria Domini domus. ℣. Introduxerunt puerum Jesum in templum parentes ejus. ✠ Ecce. ℣. gloriâ ✠ repleta. Ezech. 43. Luc. 2.

## In II. Nocturno antiphonæ.

1. Datum brachiorum tuorum, et sacrificium sanctificationis offeres Domino: ✠ et initia sanctorum. Exli. 4.
2. Quid dignum offeram Domino? ✠ dabo primogenitum meum pro scelere, fructum ventris mei pro peccato. Mich. 6.
3. Sacrificium justi acceptum est, ✠ et memoriam ejus non obliviscetur Dominus. Eccli. 35.
4. Adducam eos in montem sanctum meum: ✠ holocausta eorum placebunt mihi super altari meo. Isa. 56.
5. Placebit Deo sacrificium Juda et Jerusalem, ✠ sicut dies sæculi. Mal. 3.
6. Tulerunt parentes Jesum in Jerusalem, ✠ ut sisterent eum Domino. Luc. 2.

℣. Benigne fac Domine in bona voluntate tua
Sion:
℟. Tunc acceptabis sacrificium justitiæ. Ps. 50.

## Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Nysseni.
De occursu Domini.

Quando circa primitivum præsentis festi tempus, is qui, in forma divina existens formam servi assumpserat, Deus et hominum mediator factus, legale præceptum exequens, quadragesima die natus infans, sempiternum illud verbum, una cum Genitrice convenientem atque præscriptam hostiam portante ad templum pergebat: incorporeorum spirituum ordines serviliter cervicem flectentes, invisibiliter Deo convenientem pompam parabant, et ineffabilis sapientiæ pelagus venerabantur; Deus, qui primo intuitu obvia vulgoque nota est, legalis ritûs constitutionis expletionem et executionem pro manifestatione mysterii, in Deo, qui omnia creavit, absconditi exspectabant. Eius nos mysterii memoriam hodie celebrantes, spiritualibus speculationibus nos oblectemur, et divinorum miraculorum majestatem prædicatione atque laudatione celebrantes, socii illorum dignitatis efficiamur.

℟. Ex Sion species decoris eius, Deus manifeste veniet: † congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. ℣. Ecce venit ad templum suum dominator, quem vos quæritis: † congregate. Ps. 49. Mal. 3.

## Lectio VI.

Jam nunc quidem carnem indutus Deus primogenitam diaboli sobolem sive peccatum et mortificavit et abolevit, et simul atque natus est in carne, condemnationem vitiositatis sibi consciit, et absolutam eius abolitionem per sese protinus ac repræsentavit. Sanctificat autem Deo et Patri non solum hominum partus primogenitos, sed etiam omne genus humanum per eas, quas in sese sumpsit, nostræ massæ

atque materio primitias, id est per carnem a nobis sumptam, totam ad sanctificationem quasi refermentans humane nature massam atque concretionem. Nam merito dixerim ego quoque nunc, sicuti divinus ait apostolus: Si primitie sancte sunt, etiam materia atque massa inde confecta sancta fuerit.

℟. Homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et iste justus et timoratus, ✠ exspectans consolationem Israel. ℣. Exspecta Dominum, quia veniens veniet et non tardabit: justus autem in fide sua vivet. ✠ exspectans. Luc. 2. Hab. 2.

## Lectio VII.

Porro quo ex lege ficbat estimatio quinque Didrachmorum pro unoquoque primogenito, per abditas verborum ambages et involucra significare solet, oportere unumquemque nostrum omnes sensus Deo sanctificare atque ea quo per sensus fiunt, purum et ab omni inhonesta voluptate alienum quasi quoddam redemptionis pretium sanctum atque legitimum offerre creatori. Huius sacri dici festivos hodie memoriam celebramus, hoc mysterii explicatio spiritualis profestem sanctum atque solemnem conventum coegit: qua explicatione ex lege quidem, ut apparebat, servator offerebatur, sed ut spiritu intelligitur et mente percipitur, primitias nostre conspersionis Baptismi offerens totam eam suram reddebat, et ad divinam oblationem idoneam efficiebat.

℟. Oculus non vidit ~~absque~~ Deus absque te, quæ preparasti exspectantibus te: ✠ occurristi lætanti et facienti justitiam. ℣. Venit Simeon in spiritu in templum, cum inducerent puerum Jesum parentes eius. ✠ occurristi. Isa. 64. Luc. 2.

## Lectio VIII.

Nos igitur, qui lumine gratie illustramur, qui vera et manifesta spe nitimur et adjuvamur, qui viribus spiritus confirmamur, ne

discedamus a sacris doctrinis, ex quibus salubris
habitus animis innasci consuevit: ne cogita-
tiones nostras circumvagari et a timore Dei
aberrare sinamus, sed ex ipso et per ipsum car-
nes nostras ac sensus nostros configamus. Of-
feramus etiam nos ad superum altare tamquam
par burturum animi et corporis puritatem:
ut tam quam duos pullos columbarum pro-
fessionem bonarum aut honestarum rerum
non solum coram Domino, verum etiam coram
hominibus: ut etiam nos omnibus, quo lex di-
vina proscribit, spiritualiter defundi, et sapien-
tia ac gratia proficientes revertamur in pa-
triam nostram veram, coelestem Hierosolymam,
in qua digni efficiamur, qui beata atque per-
petua laetitia simul et regno fruamur.
℟. Benedixit Deum Simeon et dixit: ✠ Nunc di-
mittis servum tuum Domine secundum verbum
tuum in pace: ✠ quia viderunt oculi mei salutare
tuum. ℣. Exspectans exspectavi Dominum, et
intendit mihi, et exaudivit preces meas: et immisit
in os meum canticum novum. ✠ Nunc. ℣. Gloria.
✠ quia. Luc. 2. Ps. 39.

## In III. Nocturno.

Ant. Lauda filia Sion: Dominus Deus tuus
in medio tui fortis: * ipse salvabit. Soph. 3.
Canticum in festo Nativitatis Domini.
℣. Viderunt ingressus tuos Deus:
℟. Ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto. Ps. 67.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Hebraeos. cap. 10.

Umbram habens lex futurorum bonorum,
non ipsam imaginem rerum, per singulos
annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt inde-
sinenter, nunquam potest accedentes perfectos
facere; alioquin cessassent offerri, ideo quod
nullam haberent ultra conscientiam peccati,
emundatos semel mundati: sed in ipsis comme-
moratio peccatorum per singulos annos fit.

Impossibile enim est sanguine taurorum et
hircorum auferri peccata.

℟. Quod impossibile erat legi, Deus Filium
suum mittens in similitudinem carnis pec-
cati, de peccato damnavit peccatum * ut justi-
ficatio legis impleretur in nobis. ℣. Misit
Deus Filium suum factum ex muliere,
factum sub lege. * Ad. Rom. 8. Gal. 4.

## Lectio X.

Sic ingrediens mundum dicit: hostiam et
oblationem noluisti, corpus autem aptasti
mihi: holocaustomata pro peccato non tibi
placuerunt; tunc dixi: ecce venio, in capite
libri scriptum est de me, ut faciam Deus vo-
luntatem tuam. Superius dicens: quia ho-
stias et oblationes et holocaustomata pro
peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ
secundum legem offeruntur; tunc dixit: ecce
venio, ut faciam Deus voluntatem tuam:
auferet primum, ut sequens statuat. In
qua voluntate sanctificati sumus per obla-
tionem corporis Jesu Christi semel.

℟. Christus semel in consummatione sæ-
culorum * ad destitutionem peccati, per hostiam
suam apparuit. ℣. Oblatus est, quia ipse
voluit, et peccata multorum tulit. * Ad.
Hebr. 9. Isa. 53.

## Lectio XI.

Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie
ministrans, et easdem sæpe offerens hostias,
quæ nunquam possunt auferre peccata.
Hic autem unam pro peccatis offerens ho-
stiam, in sempiternum sedet in dextra Dei,
de cætero exspectans, donec ponantur inimici
ejus scabellum pedum ejus. Una enim obla-
tione consummavit in sempiternum sancti-
ficatos. Contestatur autem nos et Spiritus
Sanctus; postquam enim dixit: hoc autem
testamentum, quod testabor ad illos post

dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum, et in mentibus eorum superscribam eas, et peccatorum et iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. ubi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

℣. Ecce priori tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: nunc autem * Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. ℣. Quomihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum. * Christus. Hebr. 9. Isa. 1.

## Lectio XII.

Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen id est carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei: accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem; fidelis enim est qui repromisit: et consideremus invicem in provocationem caritatis et bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam; sed consolantes, et tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.

℟. Accedamus cum fiducia ad thronum gratiae. * ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. ℣. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei. * ut. ℣. Gloria. * ut. Hebr. 11. 2. Cor. 7.

## Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Moysi; tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent

cum Domino, sicut scriptum est in lege Domini:
Quia omne masculinum adaperiens vulvam,
sanctum Domino vocabitur; et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus et timoratus, exspectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel.

Oratio ut infra.

## Ad Laudes Matutinas Horas.

### Antiphonæ.

1. Ingrediens in mundum Christus dicit: ✠ ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam. Hebr. 10.
2. Dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis ✠ oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Ephes. 5.
3. Oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: ✠ apparebit exspectantibus se in salutem. Hebr. 9.
4. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo: ✠ fructum labiorum confitentium nomini ejus. Hebr. 13.
5. ad Laudes. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: ✠ et filii Sion exultent in rege suo. Ps. 149.

Lectio Coloss. 1.

Mysterium, quod absconditum fuit a seculis
et generationibus, nunc manifestatum est
Sanctis eius: quibus voluit Deus notas facere
divitias gloriæ sacramenti huius, quod est Christus.
Resp. Sitivit in te anima mea: * in sancto ap-
parui tibi:
V. Ut viderem virtutem tuam et gloriam
tuam. Ps. 62.

Hymnus Cun. Sanct.

1. Fumant Sabæi templa vaporibus:
Vos sacra pascunt: iam prælibat hostia: *
Sequamur omnes, et vicissim
Puro animo memores libemus.
2. Lumen ministret splendidior fides:
Ministret ignes flammea charitas: *
Fundatque divinos odores
Innocuæ bona fama vitæ.
3. Vitæ nocentis quid trahimus moras?
Si fas beato cum sene nos mori! *
Quem sub aris immolatum
Vidimus, hoc etiam fruamur.
4. Sit summa Patri, summaque Filio,
Sancto que compar gloria Flamini: *
Sancto canamus Trinitati
Perpetuo pia corda cultu. amen.
V. Melior est misericordia tua super vitas:
R. Labia mea laudabunt te. Ps. 62.

Ad Bened. ant. Responsum acceperat Simeon
a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi
prius videret Christum Domini: * et accepit
Jesum in ulnas suas et benedixit Deum. Luc. 2.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, Majestatem
tuam supplices exoramus: ut sicut Unigenitus
Filius tuus hodierna die cum nostra carnis
substantia in templo est præsentatus, ita nos
facias purificatis tibi mentibus præsentari.
Per eundem Dominum.

Ad Tertiam. Lectio Hebr. 9.

Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo vivenți.
℣. Ipse redimet Israel,
℟. Ex omnibus iniquitatibus eius. Ps. 129.

## Ad Sextam. Lectio Hebr. 10.

Christus unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextra Dei: una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.
℣. Suscepimus Deus misericordiam tuam.
℟. In medio templi tui. Ps. 47.

## Ad Nonam. Lectio 1. Petri 2.

Accedentes ad lapidem vivum hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.
℣. Sacrificium Deo spiritus contribulatus,
℟. Cor contritum et humiliatum Deus non despicies. Ps. 50.

## Ad II. Vesperas.

Omnia fiunt de festo sequente, cum memoria præcedentis, ut infra. Si vero hoc festum habeat eas integras, antiphonæ sumuntur ex matutinis.

## Lectio Hebr. 9.

Christus semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit.
℟. br. Hymnus ut in primis vesperis.
℣. audivit Aleluia et lætata est Sion:
℟. Propter judicia tua Domine. Ps. 96.
Ad Magnif. ant. Lauda filia Sion: Rex Israel Dominus in medio tui: ✱ non timebis malum ultra. Soph. 3.

Oratio ex Matutinis.

Si festum hoc venerit in Dominica maiore, ut in Septuagesima, non transferatur, cum sit festum Domini, quod a Dominica non excluditur.

## Die III. Februarii.

S. b. et V. Blasii Episcopi et Martyris.

Festivitas I. classis. 12. lect.

cum octava maiore extra quadragesimam.

### Ad I. Vesperas. antiphonæ.

1. Suscitavit Dominus ab oriente justum: ✠ vocavit eum, ut sequeretur te. Isa. 41.
2. Dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit: ✠ transibit in pace. ibid.
3. Ne timeas, quia ego tecum sum: confortavi te, et auxiliatus sum tibi: ✠ et suscepit te dextera justi mei. ib.
4. Ecce confundentur omnes, qui pugnant adversum te: ✠ erunt quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt tibi. ibid.

Lectio Jer. 1.

Ad omnia quæ mittam te ibis, et universa, quæcumque mandavero tibi loqueris: ne timeas a facie eorum; quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus.

℟. br. Dominus salus mea, quem timebo? ✠ Dominus protector vitæ meæ.

℣. Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. Ps. 26.

Hymnus Sanctolii de S. Sulpitio.

1. Hæc dies terris tibi sacra Blasi,
Hoc redit nobis celebranda votis: ✠
Hinc bonus nostras, petimus, clientum
Suscipe laudes.
2. Hauseras, sacros meditando libros,
Magna cœlestis documenta vitæ: ✠
Hinc mari desunt, calefacta puris
Pectora flammis.
3. Blandior quid quid male fundet aurum
Frenat austero pietatis ardor: ✠
In egenum pectus violare numquam
Ausa voluptas.

4. Subjugo sensus subagis severo,
Sola mens regnat, sociumque poenis
Edomat corpus: ✝ domitoque vires
Sumit ab hoste.

5. Victimam Christo capitum immolare
Totus ardebas: ✝ tua fortiori
Cuncta feruntur referenda luctu
Cognita virtus.

6. Nostra te summum celebrent Parentem
Cuncta te summo genitum parenti: ✝
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus aevum. amen.

℣. Susceptor meus es tu Domine:
℟. Et in verbum tuum superspe ravi. Ps. 118.

Ad Magnif. ant. Confortare et esto robustus:
noli metuere et noli timere: ✝ quoniam
tecum est Dominus Deus tuus in omnibus,
ad quaecumque perrexeris. Jos. 1.

## Oratio Sacer. Gelas.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium
Sanctorum tuorum es virtute mirabilis:
Da nobis beati Blasii solemnitatem congruis
honoribus, et sedula imitatione celebrare,
qui filii tui martyr et Pontifex quod ministerio gessit, testimonio comprobavit: et
quod praedicavit ore, confirmavit exemplo.
Per eumdem Dominum.

Et fit commemoratio praecedenti festi.

## Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Mirificavit Dominus Sanctum
suum: ✝ Venite adoremus. Ps. 4.

## Hymnus Sanct.

1. Templa te possint, progenies canis,
Omnibus gratus pueris sacerdos: ✝
Terre nunc dicas tibi destinata
Pondera mitre.

2. Efficax Christe removere morbos,
Et potens dure dare jura mortis: ✠
Morbidis confer animis salutem,
Vulnera sanat.

3. Jam gregi notus bonus ipse pastor,
Grexque pastori; vigil excubavit: ✠
Credito ne quid rabie luporum
De grege perdat.

4. Quos docet nondum stabiles alumnos,
Firmat exemplis animatque factis: ✠
Sic fides crescit, cadit error, inde
Infremit hostis.

5. Nostra te summum celebrent Parentem
Ora, te summo genitum Parente, ✠
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus orbem. amen.

In I. Nocturno antiphonæ.

1. Surrexit quasi ignis: ✠ et verbum ipsius quasi facula ardebat. Eccli. 48.

2. Proficiebat, atque crescebat, ✠ et placebat Deo, quam hominibus. 1. Reg. 2.

3. Cognovit universus populus, ✠ quod fidelis propheta esset Domini. ib. 3.

4. Fuit vir justus, et timens Deum, ✠ et testimonium habens ab universa gente. Act. 10.

5. Erat vir amator civitatis: ✠ et bene audiens pro affectu pater appellabatur. 2. Mach. 14.

6. Excelsum fecit eum Dominus: ✠ et dedit illi Sacerdotium gentis. Eccli. 45.

℣. Posui adjutorium in potente:
℟. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

## Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 50.

Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua sustentavit domum, et in diebus suis corroboravit templum. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare

propriis firmas, acc.

adimpleti sunt supra modum. Circumcavit
gentem suam, et liberavit eam a perditione.
Qui prævaluit amplificare civitatem, qui
adeptus est gloriam in conversatione gentis,
et ingressum domus et atrii amplificavit.
Quasi stella matutina in medio nebulæ, et
quasi luna plena in diebus suis lucet: et
quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo
Dei.

℟. Suscitabo super oves meas pastorem, qui
pascat eas: ego autem Dominus ero eis in
Deum: * Et servus meus princeps in medio
eorum. ℣. Hic est princeps fratrum, firma-
mentum gentis, stabilimentum populi.
* Et servus. Ezech. 34. Euli. 49.

## Lectio II.

Quasi vas auri solidum, ornatum omni
lapide pretioso: quasi oliva pullulans, et
cypressus in altitudinem se extollens, in
assumendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri
eum in consummationem virtutis. Ingressus
altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amic-
tum. Oblatio autem Domini in manibus
ipsorum coram omni synagoga Israel: et con-
summatione fungens in ara, amplificare
oblationem excelsi Regis. Porrexit manum
suam in libatione, et libavit de sanguine
uvæ. Effudit in fundamento altaris odo-
rem divinum excelso Principi.

℟. In bonitate sua placavit Deo pro populo: * ideo statuit illi
testamentum pacis, principem sanctorum
et gentis suæ. ℣. Ut ipsi pacem sacerdotii
sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, et
expiavit scelus filiorum Israel. * Ideo. Euli. 45.
Num. 25.

## Lectio III.

Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, et auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram deo. Et ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum deum suum, et dare preces omnipotenti deo excelso. Et amplificaverunt psalentes in vocibus suis, et in magna domo auditus est sonus suavitatis plenus. Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usquedum perfectus est honor domini, et munus suum perfecerunt.

℟. Sedit a prima die, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, ℣. Serviens Domino cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus. ℟. Vir simplex et rectus, ac timens deum, et recedens a malo. ℣. Et serviens. Act. 20. Job. 1.

## Lectio IV.

Tunc descendens manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel, dare gloriam deo a labiis suis, et in nomine ipsius gloriari. Et iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem dei. Et nunc rate deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostre, et fecit nobiscum secundum suam misericordiam. Det nobis iucunditatem cordis, et fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos; credere Israel, nobiscum esse dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

℟. Hic est, qui fuit in ecclesia cum patribus nostris: ✠ qui ✠ accepit verba vite dare nobis. ℣. Audiet eum dominus et vocem ipsius: et dedit illi precepta, et legem vite et disciplinæ. ✠ accepit. ℣. gloriâ. ✠ accepit. deinde. Eccli. 45.

In II. Nocturno Antiphonæ.

℣. cNihil subtraxi ut ibi unm: ℟. quo minus annuntiarem et docerem publice et per domos. act. 20.

℣. Recede hinc, et vade contra orientem: ℟. et absconde re. 3. Reg. 17.

℣. cMagnificavit eum in timore inimicorum: ℟. et in verbis suis monstra placavit. Eccli. 45.

℣. Quid hic agis in spelunca? ℟. egredere, et sta coram Domino. 3. Reg. 19.

℣. Præordinavit te Deus, ut videres justum: ℟. quia cris testis illius. act. 22.

℣. Certa bonum certamen fidei: ℟. apprehende vitam æternam. 1. Tim. 6.

℣. Exspecta Dominum, viriliter age:

℟. Confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Ps. 26.

## Lectio V.

### Ex antiquis martyrologiis, aliisque monumentis ecclesiasticis.

Sanctus Blasius Sebaste, Armeniæ primo metropoli, Episcopus, sub Diocletiano imperatore multa pro christi fide defendenda et conservando grege suo per multos, acusque ad Licinii Cæsaris tempora perdurando: qui novam contra Episcopos præsertim et milites christianos persecutionem commovit. In hac variis tormentis ab Agricolao Præside affectus Blasius nobilissime gloriosa morte illustre Christo testimonium dedit circa annum trecentesimum decimum nonum. Successorem habuit Petrum, qui Sacras quadraginta et Martyrum Reliquias collegisse in eorum actis legitur.

℟. Dilatavit gloriam populo suo, et omnes operarii iniquitatis con~~turbati sunt, et defecerunt~~ turbati sunt: ℟. et directa est salus in manu ejus. ℣. Dominus angelus, qui salvificavit quotidie in ipsum. ℟. et. 1. Mach. 3. act. 2.

## Lectio VI.

Magni huius Martyris altum apud orientales ecclesias celeberrimum iam ab antiquis temporibus ob insignem eius sanctitatem atque miracula fuisse, ex vetustissimis eorum menologiis patet. Quis intercessione gutturis malo affectos sanari ~~solos sanari~~, testis est Aëtius Antiochenus medicus circa finem seculi quarti. Non minus celebris ac universalis fuit per omnes Occidentis, Germaniæ præcipue & Galliarum ecclesias sancti Blasii memoria, cuius honori jam seculo septimo apud Erfordiam Thuringiæ urbem ecclesia erecta legitur. Aucta est hæc devotio, eo maxime tempore, quo sancti Martyris Reliquiæ huc illuc per Italiam & Galliam variè translatæ sunt: populis undique ad eius patrocinium confugientibus, quo etiam factum, ut primus ei locus inter insignes sanctos, quos auxiliatores vocant, tribueretur.

℟. Die noctuque estu urebar et gelu fugiebat somnus ab oculis meis: * afflictionem meam et laborem respexit Deus. ℣. Non cessavi cum lacrymis monere unumquemque vestrum: et nunc commendo vos Deo. * afflictionem. Gen. 31. ad. 20.

## Lectio VII.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 311. de S. Cypriano.

Festum nobis festum diem passio beatissimi Blasii Martyris fecit: cuius non victoriæ celebritas in istum locum devotissimos congregavit. Sed celebrat solemnitatis Martyrum, imitatio debet esse virtutum. Facile est honorem Martyris celebrari: magnum est, fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud optemus. Quid laudamus in fide Martyris? quia usque ad mortem

pro veritate certavit, et ideo vicit. Blandientem mundum contempsit, fovientibi non cessit: ideo victor ad Deum ascendit. Abundant in isto seculo errores et terrores: beatissimus Martyr errores sapientia, terrores patientia superavit. ℣ Magnum est, quod fecit, seculus agnum, leonem vicit. quando persecutor fovebat, leo frendebat: sed quia agnus persuasibatur, leo deorsum calcabatur: qui morte mortem destruxit, ligno pependit, sanguinem fudit, mundum redemit.

℟. Vade, intra in cubicula tua, abscondere modicum ad momentum: ✠ donec pertranseat indignatio. ℣. Elongavi fugiens, et mansi in solitudine. ✠ donec. Isa. 26. Psl. 54.

## Lectio VIII.

Contemnite ergo seculum Christiani, contemnite seculum, contemnite. Contempserunt Martyres, contempserunt Apostoli, contempsit beatus Blasius, cujus hodie memoriam celebramus. Divites esse vultis: totum ille contempsit, ad cujus memoriam convenistis. Quid observatis tantum amatis, quod contempsit, quem sic honoratis? Unum, si ista non contempsisset, non utique sic honoraretis. quare te invenio earum rerum amatorem, quarum venerarisque contemptorem? Certe illum, si hoc amaret, non venerares. Tibi noli amare: nonne, et ostium contra te clausit. Contemne et tuge intra post illum, Patet aqua intus: Christus est janua. ℟. Angelus Domini te tigit eum, dixitque illi: surge et comede, grandis enim tibi restat via: qui comedit et bibit: ✠ et ambulavit in fortitudine cibi illius. ℣. Cibavit illum pane vitæ et intellectus, et firmabitur in illo. ✠ et. ℣. Gloria. Ambulavit. 3. Reg. 19. Eccli. 15.

## In III. Nocturno.

Ant. Locutus est Dominus verba carminis
huius, * in die qua liberavit eum Dominus
de manu omnium inimicorum suorum.
2. Reg. 22.

### Canticum I. ibid.

Dominus petra mea, et robur meum, et sal-
vator meus: * Deus fortis meus, sperabo
in eum:
Scutum meum et cornu salutis mea, elevator
meus et refugium meum: * salvator meus
de iniquitate liberabis me.
Laudabilem invocabo Dominum: * et ab inimi-
cis meis salvus ero.
Misit de excelso, et assumpsit me: * et extraxit
me de aquis multis.
Liberavit me ab inimico meo potentissimo,
et ab his, qui oderant me: * quoniam robu-
stiores me erant.
Prævenit me in die afflictionis meæ, * et factus
est Dominus firmamentum meum.
Eduxit me in latitudinem: * liberavit me,
quia complacui ei.

### Canticum II. ibid.

Retribuet mihi Dominus secundum justitiam
meam: * secundum munditiam manuum
suarum reddet mihi.
Quia custodivi vias Domini, * et non egi impie
a Deo meo.
Omnia enim judicia eius in conspectu meo: * et
præcepta eius non amovi a me.
Quia tu lucerna mea Domine: * et tu Domine
illuminabis tenebras meas.
In te enim current agminibus: * in Deo meo tran-
siliam murum.
Deus, immaculata via eius, eloquium Domini

igne examinatum: ✠ factum est omnium spirantium in se.

## Canticum III. ibid.

Quis est Deus præter Dominum? ✠ aut quis fortis præter Deum nostrum?

Deus qui accinxit me fortitudine: ✠ et complanavit viam meam:

Coaptans pedes meos cervis, ✠ et super excelsa mea statuens me:

Docens manus meas ad prælium: ✠ et componens quasi arcum æreum brachia mea.

Dedisti mihi clypeum salutis tuæ: ✠ et mansuetudo tua multiplicavit me.

Vivit Dominus, et benedictus Deus meus: ✠ et exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

Ant. Locutus est Domino verba cantici hujus, ✠ in die, qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum. 2 Reg. 22.

℣. Adjutor meus, tibi psallam:

℟. Quia Deus susceptor meus es. Psl. 58.

## Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 4.

Habentes administrationem, juxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nos metipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Quod si etiam opertum est Evangelium, in iis, qui pereunt, est opertum: in quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nos metipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum: nos autem servos vestros per Jesum.

℟. Zelo zelatus sum pro Domino, quia prophetas tuos occiderunt gladio: ✱ relictus sum ego solus, et quærunt animam meam. ℣. Ne formides a facie eorum, quia ego tecum sum, ut liberem te. ✱ relictus. 3. Reg. 19. Jer. 1.

## Lectio X.

Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus vestris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deïcimur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. ℟. Accinge lumbos tuos, et surge, ✱ loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. ℣. Nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ✱ loquere. Jer. 1. Matth. 10.

## Lectio XI.

Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est: credidi, propter quod locutus; et nos credimus, propter quod et loquimur: scientes, quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus, sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.

℟. Custodivit illum Dominus ab inimicis, Descendit cum illo in foveam: ✠ et in vinculis non dereliquit illum. ℣. Erat Deus cum eo, et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius. ✠ et in. Sap. 10. ab. 4.

## Lectio XII.

Qd enim, quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre, supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, que videntur, sed que non videntur. que enim videntur, temporalia sunt, que autem non videntur, eterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod edificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, eternam in celis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, que de celo est, superindui cupientes: si tamen vestibi, non nudi inveniamur.

℟. Liberavit me Dominus ab omni opere malo, ✠ Et salvum faciet in regnum suum celeste. ℣. In die tribulationis exultabo in Deo Jesu meo, super excelsa deducet me victor. ✠ et. V. Gloria. ✠ Salvum. 2. Tim. 4. Hab. 3.

### Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel, donec veniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius! Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur, et occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis

in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, predicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.

Ad Laudes matutinas et horas antiphone.

1. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, * dicit Dominus. 1. Reg. 2.
2. Glorificatus sum in oculis domini: * et Deus meus factus est fortitudo mea. Ps. 49.
3. In medio populi sui exaltabitur: * et in plenitudine sancta admirabitur. Eccli. 24.
4. Deus vestivit illum virtute, * et dedit illi potestatem eorum, quae sunt super terram. Eccli. 17.
5. Ad Laudes. Cantate Domino, laudate Dominum: * quia liberavit animam pauperis de manu malorum. Jer. 20.

Lectio Baruch 5.

Exue te stola luctus et vexationis tuae, et indue te decore sempiterno gloriae: circumdabit te Deus diploide justitiae, et imponet mitram capiti tuo honoris aeterni.

℣. In. Magna est gloria eius * in salutari tuo.
℣. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Ps. 20.

Hymnus Sanct.

1. Templa solemne resonent triumphum,
Hoc dies longi pretium laboris: *
Strenuum Christi pugilem supremas
Vexillad aras.
2. Nuntius Christi rapieris sacerdos,
Carnifex torquet: tremuere turbae: *
Vel tremens unus pia colla blasi
Subiicias ensi.
3. Mox triumphali petis astra curru,
Splendida frontem redimite lauro: *

Compedes, virgæ, gladii, facesque
Pompa triumphi.

4. Victor! exemplis animosiores
Tactus nostras sociare palmas: ✠
Quibus Christi superemus hostes,
Arma ministra.

5. Nostra te summum celebrent Parentem
Ora, te summo genitum Parente: ✠
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus ævum. Amen.

℣. Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam:
℟. Quia custodivi vias Domini. Ps. 17.

Ad Bened. ant. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: ✠ in reliquo reposita est mihi corona justitiæ. 2. Tim. 4.

Oratio Sac. Gel.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis: da nobis beati Blasii solemnitatem congruis honoribus et sedula imitatione celebrare; qui Filii tui Martyr et Pontifex quod ministerio gessit, testimonio comprobavit, et quod prædicavit ore, confirmavit exemplo. Per eumdem.

Ad Tertiam. Lectio Ff. 43.

Cum transieris per aquas tecum ero, et flumina non operient te: ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus: ego dilexi te, et dabo homines pro te, et populos pro anima tua.
℣. Cum ipso sum in tribulatione:
℟. Eripiam eum, et glorificabo eum. Ps. 90.

Ad Sextam. Lectio Luli. 118.

Amplificatus est in mirabilibus suis: nec superavit illum verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus eius: in vita sua fecit mirabilia, et in morte mirabilia operatus est.

℣. Mirabilis Deus in sanctis suis:
℟. Ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ. Ps. 67.

## Ad Nonam. Lectio Eccli. 45.

Glorificavit illum in conspectu regum, et imposuit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam; in fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.
℣. Gloria et honore coronasti eum Domine:
℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. 8.

## Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Laudibus.

### Lectio. 2. Mach. 15.

Apparuit vir oratus et gloria mirabilis; hic est fratrum amator et populi Israel, hic est qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate.
℟. br. Pro hac orabit sanctus * in tempore opportuno:
℣. Sperantem in Domino misericordia circumdabit. Ps. 31.

### Hymnus.

1. Martyris sanctum celebrando festum
Laudibus Christum resonemus almum: *
Gratia cuius meruit superna
Plasius aulam.

2. Hic honorandus Domini sacerdos,
Et sui Pastor vigilans ovilis, *
Contulit multis medicus fidelis
Dona salutis.

3. Coelitus summum capiens vigorem,
Plurimam plebem docuit per urbes: *
Maximis signis, monitisque crebris,
Moribus almis. . .

4. Plurimas tandem patiendo poenas
Gladio probet caput amputandum :*
Carne laxatus reserata scandit
Spiritus astra.

5. Te simul fusis precibus rogamus,
Civium Tutor maneas bonorum :*
Ad thronum Christi memor esto nostri
Optime Blasi.

6. Laus, honor, summo deus omne Patri,
Eius aequali sua doxa Nato, *
Brevmati virtus resonet per omne
Temporis aevum. amen.

℣. Exaudiet illum de coelo sancto suo:
℟. In potentatibus salus dextere eius. Psl. 19.

Ad Magnif. ant. Respice ad orationem servi tui, et ad preces eius, Domine Deus, audi orationem, quam orat coram te :* ut exaudias deprecationem populi tui; et cum exaudieris, propitius eris. 3. Reg. 8.

℣. j. Infra hanc octavam, utpote majorem, non fit officium de alio festo, nisi 2. cathedrarum, de coeteris fit sola commemoratio.

℣. 2. Quacumque die infra hanc octavam occurrerit dies cinerum, officium de octava cessat post completorium diei precedentis: quod item fit, si in ipsa die octava evenerit feria quarta cinerum, quia hunc pridie in vesperis adhuc fit officium de die septima infra octavam.

℣. 3. Si dies octava in Dominicam majorem incideret, translato festo S. Scholastice, fit officium de Dominica, cum memoria octave in utrisque vesperis, matutinis et missa.

℣. 4. Infra hanc octavam officium fit ut in die festo, exceptis iis, quo singulis diebus notantur propria: antiphona nocturnorum de psalterio.

## Die IV. Februarii.

De Octava S. Blasii.

Duplex o. loct.

In I. Nocturno.

℣. Posui adjutorium in potente.
℟. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

### Lectio III.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 112. de S. Lyra.

Inter Christi legiones beatissimus Blasius gloriosorum proeliorum doctor, et gloriosus ipse proeliator, ita, quod faturus erat, docuit: aliquod docuerat fecit: ut et in verbis docentis pronosceretur animus Martyris, et in animo patientis recognoscerentur verba doctoris. Hoc ergo docuit in vita, quod fecit; et hoc fecit in morte, quod docuit. Illi laus, illi gloria, qui dignatus est illum virum praedestinare inter sanctos suos ante tempora, creare inter homines opportuno tempore, formare credentem, docere obedientem, regere docentem, adjuvare pugnantem, coronare vincentem. Illi laus, illi gloria, qui hunc talem fecit, in quo maxime ostenderet Ecclesiae suae, quantis malis opponenda, et quantis et quibus bonis charitas proponenda, et quam nulla esset charitas christiani, a quo non custodiretur unitas Christi. quam si ille dilexit, ut et malis pro charitate non parceret, et malos pro pace toleraret. Merito in ecclesia catholica tanti honoris celsitudinem meruit, cujus concordissimum vinculum tanta humilitate servavit. Qua propter charissimi exhortor dilectionem devotionemque vestram, ut festum diem honeste ac sobrie peragamus, et hoc exhibeamus Deo, quo Blasius beatissimus passus est, quem amavit ut pateretur.

℟. Supportate invicem in charitate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis: ✠

* unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe * vocationis vestrae. V. Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis. * unum. V. gloria. * unum. Ephes. 4.

In II. Nocturno.

Lectio apoc. 3.

Qui vicerit, vestietur vestimentis albis, et non delebo nomen eius de libro vitae: et confitebor nomen eius coram Patre meo, et coram Angelis eius.

℣. Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me:

℟. Et cum gloria suscepisti me. Ps. 72.

Oratio Sacr. Gelas.

Adsit nobis, quaesumus Domine beati Blasii Pontificis et Martyris tui sancta precatio: quo nos et a terrenis affectibus incessanter expediat, et coelestia desideria perficiat. Per Dominum.

Haec oratio dicitur semper per octavam.

Vespere de sequenti, cum memoria octavae.

Die V. Februarii.

S. Agathae Virginis et Martyris.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia de communi, Oratio: Deus qui inter cetera.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex S. Damasi carmine.

Agatha virgo, quam Panormitani et Catanenses civem suam fuisse contendunt, sub Decio Imperatore gloriosi Martyrii coronam consecuta est. Carmen scripsit de ea sanctus Damasus Papa, qui toto fere seculo quarto vixit. In eo carmine virginem eximiam canit genere claram, elegantem specie, moribus elegantiorem et fide, terrena prospera nihil reputasse, ut Dei iussis obtemperaret: atque illam truncis forticrem

riis membra sua flagris exposuisse, acerbum
namillo tortu dolorem valido pectore tolerasse.
subdit sanctus Pontifex, quodam a beato Petro
carcerata in carcere fuisse beata virgo, lectio
inde ac magis flagrans ad flagella cum tuba ala-
criter cucurrerit, ac illius opem secreta abigne
fuerit ethnicorum turba.

## Lectio VI.

Ex libro Sancti Aldelmi Episcopi de
Laudibus virginitatis. cap. 22.

Virginis Agathe castimoniam nec membrorum
crudelis dilaceratio, nec liborum atrox vexatio
prospedire, nec varia testularum fragmina
infringere, vel torrida carbonum incendia
ullatenus vincere valuerunt. quin potius
adamantinus scopulus contra illata carnifi-
cum tormenta ferro fortior induruit: cuius
contra documenta, et non ficto veritatis indi-
cia Siculus indigena, et catanensis oppidi
municeps concorditer adstipulantur: quicum
Aethne montis incendia favillis late scintillan-
tibus bullirent, subsphaericisque flammarum
globis fervida torrentium flumina in praeceps
currentia crepitarent, sacram sanctimoniam,
qua virginale corpusculum claudebatur, quasi
muris obstaculum, et muri propugnaculum
cuncturis ignium imberibus opposuerunt: et
mox horrendos focorum ardores obvia quoque
crematuros, et ligneas tabulas scopulorum conge-
ries voraturos, dubio citius cum virginis suf-
fragio sopierunt.

## Lectio VII.

Sermo Sancti Gregorii Papae.

hom. 30. in Evang.

De coelestis vitae dilectione recte per Salomonem
dictum: fortis est ut mors dilectio. Quia videli-
cet, sicut mors corpus interimit, sic ab amore
rerum corporalium aeterno vitae charitas excidit.
etiam quem perfecte absorbuerit, ad terrena

foris desideria valet insensibilem reddidit. Nec enim sancta hoc sanius hodie natalitia celebramus, mori pro Deo potuisset in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Frechus namque in virtutis culmine animus tormenta despexit, praemia calcavit. Ante armatos reges et praesides ducta steterit, feriente robustior, judicante sublimior.

## Lectio VIII.

Quid inter haec nos barbati et debiles dicimus, qui ire ad regna caelestia puellas per ferrum videmus? quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci regna caelorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit, quod Deum nolumus saltem per pacem sequi. Nec nullus nostrum hoc tempore dicat Deus: pro me morere: sed: illicita tantummodo in te desideria occide. Cui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quando in bello pro Domino ipsam carnem daremus?

## In III. et Nocturno lectiones quatuor de communi.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthaeum. cap. 19.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisaei tentantes eum et dicentes: si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis: non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: quid ergo Moyses mandavit, dare libellum repudii et dimittere? Ait illis: quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab

nihil autem non fuit sic. Dico autem vobis;
quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi
ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur;
et qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt
ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum
uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, non
omnes capiunt verbum istud, sed quibus da-
tum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero
sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui facti sunt ab
hominibus: et sunt eunuchi, qui se ipsos casta-
verunt propter regnum coelorum. Qui potest
capere, capiat.

Et fit commemoratio octavae ad Matutinas,
Missam et Vesperas.

Die VI. Februarii.

De octava S. Blasii.

Duplex 3. cl.

In I. Nocturno.

℣. Exspecta Dominum, viriliter age:
℟. Confortetur cor tuum et sustine Dominum.

Ps. 26.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 313. De S. Cypriano.

Deus effudit frameam spargendo usquequaque
Martyres suos, et concussit adversus eos qui
persequebantur Ecclesiam, ut qui prodican-
tium vocibus non flectebantur, morientium
virtutibus frangerentur. Forte quippe sibi ad-
versus inimicos fabricat arma Deus, eos ipsos,
quos facit amicos. Magna itaque framea Dei
anima beatissimi Blasii, splendida charitate,
aucta veritate, pugnantis Dei acta et vibrata
virtute, quae bella confecit! quas contradicen-
tium catervas redarguendo superavit! quot
percussit invisos? quot prostravit adversos!
Irruebant multorum inimicorum cordibus ipsas
inimicitias, quibus oppugnabatur, oderat,
eosque amicos, quibus adversus alios Deus co-
piosius pugnaret, effecit! ubi autem venit

tempus, ut tamquam prevalescentibus hostibus
prenderetur; tum vero ne oppressus et victus
ab impiis eorum manibus cederet, adfuit ille,
per quem prostrati non invicti: suscepit victo-
riam, postquam nullum certamen ulte-
rius remaneret, quam de hoc scilicet mundo
et de mundi huius principe reportaret. Ad-
fuit omnino fidelissimo suo testi usque ad
mortem pro veritate certanti; fecit, quod exo-
ratus fuerat, eruit animam eius ab impiis,
framea suam ab inimicis manus suo.

℟. Apprehende Domine arma et scutum,
et exurge in adjutorium mihi: ✠ Da animae
meae, salus tua ego sum. ℣. Erit tibi anima
tua in salutem, quia in me habuisti fidu-
ciam. ✠ Dic. ℣. Gloria. ✠ Dic. Ps. 34. Ger. 39.

## Die VII. Februarii.

De octava S. Blasii.

Duplex 3. lect.

In I. Nocturno.

℣. Adjutor meus tibi psallam:
℟. Quia Deus susceptor meus es. Ps. 58.

### Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Ser. de S. Clemente.

Invidia diaboli mors introivit in orbem
terrarum: sed ecce pretiosa facta est mors
sanctorum. Audi igitur hostis vitae, mortis
auctor attende. quid valet jam furor tuus,
versutia tua quid nocet? Jam movero ut plus
deleas, etiam omnia cooperantur in bonum
his, qui secundum propositum vocati sunt
sancti. Absque enim aliter quam ipsa, quae tui
est operis, de te hodie beatus Martyr, cuius
solemnia celebramus, morte corporis trium-
phavit. Fecit siquidem de necessitate virtutem,
poenam peccati in meritum gloriae commu-
tavit, fidelem se probavit in modico, ut dig-
nus inveniretur super multa constitui.

quid ergo? Bulas, quod in ipsa corporis sui
vita, quam accepit a Domino, infidelis mi-
neniatur, aut vel ipsam proferat illi? Ecce
habes potestatem: irrue in eum per satelli-
tes tuos, aut coarctetur e duobus, aut a Do-
mino necesse habens, aut a corpore separari.
Varia et immania exquire genera tormentorum:
sed noveris, te Martyri nostro fabricare
coronas. Sicut enim vitae huius ornamenta
et adjumenta contemptibilia sunt et
ipsam. Corpus omne tibi exponit tua mortem,
et in faciem maledicit tibi, atque idola tua
sacro ore blasphemat. Dominum Deum suum
etiam inter tormenta tua libere prodicat,
ingenue confitebur. Coronabitur ergo, quia
legitime certavit, quia fideliter vicit, quia
nec blandimentis vitae huius, nec mortis
horrore a charitate Christi potuit separari.
℟. Si dederit homo omnem substantiam
domus suae pro dilectione, quasi nihil despi-
ciet eam: ℣. Aquae multae non potuerunt ex-
tinguere charitatem, nec flumina obruent
illam. ℣. Certus sum, quia neque mors, neque
vita, neque creatura alia poterit nos separare
a charitate Dei. ✠ aque. ℣. gloria ✠ aque.
Cant. S. Rom. 8.

## Die VIII. Februarii.

### De octava S. Blasii.

### Duplex O. Lect.

### Gn 1. Nocturno.

℣. Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna:
℟. Ecce labia mea ~~non~~ non prohibebo, Domine
tu scisti. Psl. 29.

### Lectio III.

De Sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c. n. 3.

Quid nos ad haec dicimus fratres? congratu-
lamur Martyri, sed iam gloriae eius non sine

nostra confusione est. Ecce enim beatus Blasius homo erat similis nobis, passibilis, eadem circumdatus infirmitate, et carni suo eodem vinculo naturalis affectionis inhærens. Si ergo ille sic glorificavit Christum in corpore suo, et calicem salutaris accepit: quid nos retribuimus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? Eadem certe nos insignivit imagine, eodem sanguine nos redemit, et vocavit in eamdem hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, æternam, conservatam in cœlis. Ut quid ergo non possumus et nos cum beato Blasio Christi libere calicem? Sed forte respondent aliqui: possemus, si opportunitas non deesset: sed persecutionis tempus cessavit. Ego, fateor, non satis crediderim ista dicentibus. Quidenim? quotidie cedibus punitioni ausus unius, et mucroni vos arbitramini posse resistere? In minimis probate conflictibus, quam viriliter in maiorâ certamine stare possitis. Ecce enim vobis non dicitur: Sacrificate idolis et vivite, aut si hoc non vultis, oportet vos diversis supplicüs interire. Novit Dominus figmentum nostrum, nec dat nobis tam forte certamen.

℟. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus contradictionem: ut ne fatigemini animis vestris deficientes: * nondum usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes. ℣. Remissas manus, et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris. * nondum. ℣. Gloria. * nondum. Hebr. 12.

In vesperis fit commemoratio S. Apollonie Virginis et Martyris de communi.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui eligis infirma mundi, ut fortia quoque confundas: da nobis in festivitate sancte virginis et Martyris tue Apollonie congrua devotione gaudere;

Vel potentiam tuam ~~Deus~~ in eius passione
laudemus, et provisum nobis percipiamus
auxilium. Per Dominum.

## Die IX. Februarii.

### De octava S. Blasii.

Duplex cl. lect.

In I. Nocturno.

℣. Exspecta Dominum viriliter age:
℟. Confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Ps. 26.

Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c. n. 4.

Beato Blasio certamen forte dedit Dominus, ut
vinceret, et disceret, quoniam omnium potentior est Sapientia. Vestrum autem certamen
quale est, fratres mei? quotidie vobis suggeritur in cordibus vestris: frange ordinem tuum,
mur muro, detrahe, age remissius, mansuetudinem simula, respondet ei, qui forte durius
tibi locutus est, ut satisfacias desiderio tuo, nec
dicatur cuiquam: nisi hoc feceris, morieris, sed
ut multum, cum difficultate et labore resistes animo tuo. Et quis sustinere et tanta? Haec
enim intus audire, haec respondere consuevimus
exhortantibus nos aut foris homini, aut intus
Spiritui sancto. Si ergo in huiusmodi certamine
periclitamur, si vix resistimus, si interdum etiam
succumbimus, quid in illo tam gravi certamine
faceremus? Si iuncis fragilibus cedit infirmitas
nostra, quomodo telis resisteret? Videtis, quomodo
ad nihilum redacti sumus, et sicut soleat mulierum
aut parvuli, pugnantes laudamus alios, pugnare ipsi non possumus.

℟. Cum plagis perimeretur, vita decessit, * Universo genti memoriam mortis sue dereliquens
exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens.
℣. Passus est vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. * Universe. Gloria. Universo
2. Mach. 6. 1. Petr. 2.

Bro S. Apollonia
lectio.

Ex epistola sancti Dionysii Alexandrini
ad Fabium antiochenum.
Euſ. hiſt. l. 6. c. 41.

Nequaquam ex Decii Imperatoris edicto perſecutio apud nos cepta eſt, ſed integro anno antehac verſata. Nam infaustus quidam vates ac poeta commovit Alexandrie adverſus nos gentilium turbas. A illo igitur ſtimulati, hanc ſolam pietatem cultumque dæmonum ſuorum exiſtimabant, ſi cædibus adverſus nos ſæviremus. Tum admirandam illam provectamque ætatis virginem Apolloniam comprehenderunt, et maxillas quidem eius percutientes cunctos ei dentes excuſſerunt. Accenſo autem extra urbem rogo, minabantur vivam ſe illam combuſturos, niſi una cum ipſis impia verba pronuntiaret. A illa veniam deprecari paulliſper viſa, atque interim demiſſa, celeriter in ignem inſiliit, et conflagravit.

℟. Probavit me Dominus quaſi aurum, quod per ignem tranſit: veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: * viam eius cuſtodivi, et non declinavi ex ea. ℣. A mandatis labiorum eius non receſſi, et in ſinu meo abſcondi verba oris eius. * viam. Job. 23.

Et fit commemoratio eius ad Matutinas et Miſſam, de communi: oratio ut ſupra.

Die X. Februarii.

S. Scholaſticæ Virginis.
Feſtivitas II. claſſis 12. Cal.
Cum octava minore.
Ad I. Veſperas.
Antiphona ex Matutinis.
Lectio Oſee 2.

Sponſabo te mihi in ſempiternum, et ſponſabo te mihi in juſtitia et judicio, et in miſericordia et miſerationibus, et ſponſabo te mihi in fide:

et scies, quia ego Dominus.

℣. Br. audi filia, et vide: * oblivisce domum patris tui:

℣. Et concupiscet rex decorem tuum. Ps. 44.

Hymnus de communi virginum.

℣. In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas:

℟. In justificationibus tuis meditabor. Ps. 118.

Ad Magnif. ant. Nec ego cessabo cum, et dicam in solicitudinem: * et loquar adoreius. Ose. 2.

Oratio Cas.

Deus, qui animam beatæ Virginis tuæ Scholasticæ ad ostendendam innocentiæ viam in columbæ specie cœlum penetrare fecisti: da nobis eius meritis et precibus ita innocenter vivere, ut ad eadem gaudia mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio diei octavæ S. Blasii, omnia ut ad I. Vesperas festi.

Ad vigilias nocturnas.

Omnia de communi virginum, præter sequentia.

In I. Nocturno lectiones quatuor cum suis Rsp. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro secundo Dialogorum Sancti Gregorii Papæ. c. 33.

Soror venerabilis Patris Benedicti, Scholastica nomine, omnipotenti Domino a puella sacrata tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat. Ad quam vir Dei non longe extra januam, in possessione Monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit Frater, qui totum diem in Dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam nobis tenebris simul aperiebant cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent, et inter sacra colloquia

tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina sorori eius cum rogavit dicens: quaeso te, ne ista nocte me deseras, ut usque mane aliquid de caelestis vitae gaudiis loquamur.

℟. Quis mihi det te fratrem meum, ut intromittam te foris, * etiam nemo despiciat? ℣. Apprehendam te et ducam in domum, ibi me docebis. * etiam. caut. ℣.

Lectio VI.

Cui ille respondit: quid est, quod loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat coeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina, cum verba fratris negantis audisset, inertes digitis manus super mensam posuit, et caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinavit. Cumque levaret de mensa caput, tanta confestim tonitrui virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque fratres, qui cum eo aderant, extra locum limen, quo confederant, pedem movere potuissent. Sanctimonialis quippe femina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec pausatis tardius post orationem inundatio illa secuta est; sed tanta fuit convenientia orationis et inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret, quatenus unum idemque esset momentum, et levare caput et pluviam deponere.

℟. Extendit (manus) in coelum, et Dominus dedit tonitrua, * et gradientem ad discurrentia fulgura super terram. ℣. Oratione oravit, et coelum dedit pluviam. * et. Exodi. Jacob. 5.

Lectio VII.

Tunc vir Dei inter coruscos et tonitruas, atque ingentis pluviae inundationem, videns se ad monasterium non posse remeare, coepit conqueri contristatus dicens: parcat

tibi omnipotens Deus, soror, quid est, quod
fecisti? Cui illa respondit: ecce te rogavi, et
audire me noluisti; rogavi dominum meum,
et audivit me. Modo ergo si potes, egredere, et
me dimitte ad monasterium recede. Ipse autem
ire extra lectum non valens, quia remanere
sponte noluit, in loco mansit invitus: sicque
factum est, ut totam noctem pervigilem
ducerent, atque per sacra spiritalis vitae collo-
quia sese vicaria relatione satiarent.

℟. Vox dilecti mei: en dilectus meus loquitur
mihi: † donec aspiret dies, et inclinentur umbrae.
℣. Per noctes quaesivi, quem diligit anima mea;
tenui eum nec dimittam. † donec. Cant. 2. Cant. 2.

℣. Si hoc festum evenerit post Feriam quartam
Cinerum, omissa lectione octava, eius loco sumi-
tur tertia ex die XII. sequente cum suo ℟.

## Lectio VIII.

Una de re dixi, eum voluisse aliquid, sed mini-
me potuisse: quia si venerabilis vitae mentem
aspicimus, dubium non est, quod eandem sereni-
tatem voluerit, in qua descenderat, permanere:
sed contra hoc quod voluit, in virtute omnipo-
tentis Dei ex femineo pectore miraculum invenit.
Nec mirum, quod plus illa femina, quae diu fra-
trem videre cupiebat, in eodem tempore valuit:
quia enim juxta Joannis vocem Deus charitas est,
justo valde indicio illa plus potuit, quae amplius
amavit.

℟. Si manseritis in me, et verba mea in vobis
manserint, † quodcumque volueritis, petetis,
et fiet vobis. ℣. Invocabis, et Dominus exaudiet:
clamabis, et dicet, ecce adsum. † quodcumque.
℣. Gloria. † quodcumque. Jo. 15. ℔. 58.

In III. Nocturno omnia de communi. Evan-
gelium: Simile est ℟. C. decem virginibus.

Ad Laudes matutinas et horas in hypsona.

℣. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut
signaculum super brachium tuum: † quia fortis
est ut mors dilectio. Cant. 8.

2. Ego dilecto meo, * et ad me conversio eius. ib. 7.

3. Introduxit me rex in cellaria sua: * ordinavit in me charitatem. ib. 5.

4. Ingressus sum pactum tecum, ait Dominus: * et facta es mihi. Ezech. 16.

5. ad Laudes. Laudate Dominum ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, * quae faciunt verbum eius. Ps. 148.

Lectio Prov. 8.

Ego diligentes me diligo, et qui ~~vigilant~~ mane vigilant ad me, invenient me.

R. br. Ad te de luce vigilo, * fluvit in te anima mea:

V. ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam. Ps. 62.

Hymnus de communi.

V. In matutinis meditabor in te Domine:

R. quia fuisti adjutor meus. Ps. 62.

Ad Bened. ant. Sperabam usque ad mane: sicut pullus hirundinis sic clamabo: * meditabor ut columba. Isa. 38.

Et fit commemoratio diei octavae S. Blasii, ut in festo.

Ad Tertiam. Lectio Cant. 2.

Sub umbra illius, quem desideravera, sedi, et fructus eius dulcis gutturi meo.

V. quam dulcia faucibus meis eloquia tua:

R. Super mel ori meo. Ps. 118.

Ad Sextam. Lectio Soph. 3.

Dominus Deus tuus in medio tui: gaudebit super te in laetitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude.

V. ad hoc fit anima mea post te Deus:

R. Me suscepit dextera tua. Ps. 62.

Ad Nonam. Lectio Ezech. 16.

Recordabor pacti mei tecum in diebus adoles-

centia tua, et suscitabo tibi pastum sempiternum, cum receperis sorores tuas, et dabo eas tibi in filias.
℣. Adducentur regi virgines post eam:
℟. adducentur in templum Regis. Ps. 44.

## Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Ezech. 16.

Vedi coronam decoris in capite tuo, et processisti in regnum; quia perfecta eras in decore meo.
℟. br. ut in I. Vesperis. Hymnus de communi.
℣. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?
℟. Volabo et requiescam. Ps. 54.
Ad Magnif. ant. Ecce dilectus meus loquitur mihi: * surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Cant. 2.
Postea fit commemoratio sequentis, ut infra; postea die octavæ S. Blasii ut in festo.
℣. Si hoc festum occurrat in Dominica majore, vel feria IV. Cinerum celebratur dies quæ, translato festo S. Guilielmi ad diem XII.
℣. 2. Festum occurrens post feriam IV. cinerum, celebratur sine octava; si dicta feria infra octavam, vel in ipsa die octava inciderit, octava post completorium feriæ tertiæ præcedentis cessat.

### Die XI. Februarii.

S. Guilielmi Eremitæ.
Duplex majus. 12. lect.

Omnia de communi Monachorum, præter sequentia.
Hymnus: Summi Psallitur. De communi confessorum.
℣. Convertere Domine, et eripe animam meam:
℟. Salvum me fac propter misericordiam tuam. Ps. 6.

Ad Magnif. ant. Delevit Dominus ut nubes iniquitates tuas, quasi nebulam peccata tua: & revertere ad me, quoniam redemi te. Isa. 44.

Oratio Brif.

Deus, qui animo famuli tui Guilelmi æterno beatitudinis præmia contulisti: concede propitius, ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Dominum, qui venit vocare peccatores ad pœnitentiam: & venite adoremus. Luc. 5.

Hymnus: de Non parta. de confessore.

Antiphonæ ad V. nocturnorum de communi Monachorum.

Lectiones quatuor I. Nocturni cum suis RR. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V. Brev. Brif.

Guilelmus Eremita, vitio primordiis in militia licentius exactis, pœnitentiâ ductus, in sylvam Livalliam apud Pisanos cum aliquot sociis secessit. Postea inde discedens, uno Petro comite, venit ad montem de Bruno, ac demum in stabulum Rhodis, desertum tunc temporis maxime horridum, Malavallis propterea dictum, unde a Sancto cognomen hausit Guilelmi de Malavalle. austeris ibi pœnitentiæ operibus confectus migravit ad Dominum anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo.

℟. Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua: * precare ante faciem Domini et minue offendicula. ℣. Convertere ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. * precare. Eccli. 17. Ose. 14.

## Lectio VI.

Erat tunc aderat albertus comes adhuc juvenis, qui tanto exemplo incensus, eodem in loco post mortem Guilielmi remanere statuit, paullatimque adjunctis sibi sociis familiam amplificavit. Ab his initiis prolectus est ordo Guillelmitarum sub regula sancti Patris Benedicti: qui, postquam Guilelmus ab Innocentio Papa inter sanctos relatus est, per Italiam, Galliam atque Germaniam propagari cepit.

℟. Cognosce justitias & judicia Dei, et esto in sorte propositionis & orationis altissimi Dei: ℣. et laudabis Deum, et gloriaberis in miserationibus illius. ℣. Si converteris, convertam te, et ante faciem meam stabis; et si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris. ℣. et. Cali. 17. Jer. 15.

## Lectio VII.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

l. 2. de compunct.

Quia multa sunt, quae visui tenebras offundunt, multa quae auditum turbant, multaque linguam praepediunt, oportet hominem ab omni tumultu atque fumo subductum ad illam solitudinem secedere, ubi magna tranquillitas, pura serenitas, tumultus nullus; sed oculi unum Dei amorem intenti non alio declinant, aures vero inconcusso uni tantum rei vacant, nempe divinorum eloquiorum auditui, et suavissimae spiritualique audiendo symphoniae, quae semel capto animo tanta vi dominatur, ut illa perstrictus melodia neque cibum neque potum neque somnum cum voluptate capiat. Itaque nec saecularium negotiorum tumultus, neque corporalium turba rerum tenorem illum relaxare valeat. Adeo tamen in animo sublimis ille infimae hujus tempestatis strepitum non pertingit.

℟. Intra in cubicula tua, abscondere modicum * donec pertranseat indignatio tua. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam * donec. Ps. 26. Jer. 15.

## Lectio VIII.

Verum quem ad modum ii, qui ad actissimos se contulere montes, nihil eorum vident vel audiunt, quæ in urbe geruntur vel dicuntur, sed obscurum duntaxat et injucundum clamorem audiunt, stridentibus vespis nihilo suaviorem: sic ii, qui a secularibus rebus se abduxerunt, et ad spiritualis philosophiæ culmen advolarunt, nihil eorum, quæ apud nos geruntur, sensu percipiunt. Corpus enim et corporis sensus, donec anima circa terram versatur, innumeris illam vinculis constringunt, gravissimam fluxarum voluptatum tempestatem undique colligentes. Cum vero sublimis efficitur, et totum suum ad spiritualia convertit, tunc malignas cogitationes ingressuras et, non sensus obturans, sed eorum operationem ad sublimitatem illam traducens. Animæ enim pretiosum compunctionis unguentum præparans, sensus ad se ipsam evocat, eorum præscindens segnitiem.

℟. Non sedi in consilio ludentium, solus sedebam: * quoniam comminatione replesti me. ℣. Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine. * quoniam. ℣. Gloria. * quoniam. Jer. 15. Ps. 54.

## In III. Nocturno.

Cantica de communi Monachorum.

## Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 3.

Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci,

Non arbitror ut apprehendam Christum Jesum, ut Christum Jesum apprehendam, et inveniar in illo non habens meam justitiam, quae ex lege est, sed illam quae ex fide est Christi Jesu, quae ex Deo est justitia in fide: ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius, configurabus morti ejus: si quo modo occurram ad resurrectionem, quae est ex mortuis. ℟. Castigasti me, et eruditus sum, quasi juvencula indomita: * convertere me, et convertar, quia tu Dominus Deus meus. ℣. Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur. * convertere. Jer. 31. Ps. 138.

## Lectio X.

Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quae quidem retro sunt, obliviscens, ad ea vero, quae sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor, ob bravium supernae vocationis Dei in Christo Jesu. ℟. Postquam convertisti me, egi poenitentiam, et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum: * confusus sum et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiae meae. ℣. A facie insipientiae meae miser factus sum et curvatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar. * confusus. Jer. 31. Ps. 37.

## Lectio XI.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: et si quid aliter sapitis, et hoc ~~Deus~~ vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus, in idem ambulemus, et in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. ℟. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: ego igitur sic curro, non quasi in

incertum: * Sed ℣ castigo corpus meum, et in servitutem redigo. ℣. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, et pondus eius ferre non potui. ℣ castigo. 1. Cor. 9. Job 31.

## Lectio XII.

Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in cœlis est: unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

℟. Ego in justitia apparebo conspectui tuo Domine: * Satiabor cum apparuerit gloria tua. ℣. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. * Satiabor. ℣. Gloriæ. * Satiabor. Ps. 16. 1. Cor. 13.

Evangelium: Dixit Petrus ad Jesum.

De communi Monachorum.

### Ad Laudes matutinas et horas.

Omnia fiunt de communi Monachorum.

Hymnus Quidnam relictis.

℣. Deus vitam meam annuntiavi tibi:
℟. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Ps. 55.

Ad Bened. ant. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: * corripies me, et vivificabis me Domine. Is. 38.

Et fit commemoratio octavæ ut in festo.

### Ad II. vesperas ut ad I.

℣. Glorificabo nomen tuum in æternum:
℟. Quia misericordia tua magna est super me. Ps. 85.

Ad Magnif. ant. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit: * et super multitudinem bonorum, quæ largitus est secundum indulgentiam suam. Isa. 63.

Et fit commemoratio octavæ.

# Die XII. Februarii.

De octava S. Scholasticæ V.

Simplex 3. lect.

Officium fit ut in die festo, præter sequentia.

In I. Nocturno.

Antiphonæ Nocturnorum dicuntur de psalterio, cum versu ex communi virginum juxta feriarum ordinem: & fit quotidie per octavam.

Lectiones duæ cum suis R^bus. de feria currente.

## Lectio III.

Ex libro secundo Dialogorum Sancti Gregorii Papæ. cap. 34.

Cum die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam recessisset, vir Dei ad monasterium rediit. Cum ecce post triduum in cella consistens, elevatis in aera oculis vidit ejusdem sororis suæ animam de ejus corpore egressam in columbæ specie cœli secreta penetrare. Quitanto ejus gloriæ congaudens omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddit, ejusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad monasterium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipse paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut eorum mens una semper in Deo fuerat, eorumque quoque corpora nec sepulchra separaret.

℟. Habitat in illis sors in templo Dei altissimæ; * bonorum enim laborum gloriosus est fructus, et quæ non concidat radix sapientiæ. ℣. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. * bonorum. ℣. gloria. * bonorum. Sap. 3. Matth. 5.

## In II. Nocturno.

Lectio Isa. 62.

Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea, et terra tua inhabitata; quia complacuit Domino in te, et terra tua inhabitabitur.

℣. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus.

℟. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Ps. 44.

Oratio Capitu.

Familiam tuam, quæsumus Domine, beatæ virginis Scholasticæ meritis propitius respice: ut sicut ipsius precibus ad obtinendum, quod concupivit, cœlitus descendere fecisti; ita eius supplicationibus aridi talem nostri cordis fugerno dignetur gratiæ rore perfundere. Per Dominum.

Et dicitur semper per octavam.

## Die XIII. Februarii.

De octava S. Scholasticæ V.
Simplex d. cel.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
L. de virginit. cap. 8.

Nulla carnalis fœcunditas sancto virginitatis bonum carnis comparari potest. Neque enim et ipsa quia virginitas est, sed quia Deo dicata est honoratur; quo licet incarnate servetur, spiritus tamen religione ac devotione servatur. Ac per hoc spiritalis est etiam virginitas corporis, quæ nouit et servat continentia spiritalis. Sicut enim nemo impudice utitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia; ita nemo pudicitiam servat in corpore, nisi spiritui prius insita castitate. Porro autem si pudicitia conjugalis, quamvis custodiatur in carne, animo tamen, non carni tribuitur, quanto magis quantoque honorabilius animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis ipsi Creatori animo et carni vovetur, consecratur, servatur!

℟. O quam pulcra est casta generatio cum charitate! * immortalis est memoria illius; quoniam apud Deum nota est, et apud homines. ℣. Religio munda apud Deum et Patrem hoc est, immaculatum se custodire ab hoc seculo. * immortalis. ℣. Gloria. immortalis. Sap. 4. Jac. 1.

In vesperis commemoratio S. Valentini Martyris de communi.

Prosta, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui beati Valentini Martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per Dominum.

## Die XIV. Februarii.

De octava S. Scholastice V.

Simplex B. Lect.

Lectio III.

De Sermone sancti Augustini Episcopi.

L.c. cap. 51.c.

Non nos hoc in virginibus prædicamus, quod virgines sunt, sed quod Deo dicato pia continentia virgines. Hoc virginalis integritas angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Unde mirabiliter desipiunt, qui putant huius continentiæ bonum non esse necessarium propter regnum cælorum, sed propter præsens sæculum; quod scilicet conjugia terrenis curis pluribus atque arctioribus distendantur, qua molestia virgines et continentes carent: quasi ob hoc tantum melius sit non conjugari, ut huius temporis relaxentur angustiæ, non quod in futurum sæculum aliquid prosit. Hanc vanam sententiam ne cordis proprii vanitate prolatisse videantur, adhibent ex apostolo testimonium, ubi ait: existimo hoc bonum esse propter præsentem necessitatem, quia bonum est homini sic esse. Ecce, inquiunt, ubi manifestat apostolus, hoc propter præsentem necessitatem bonum esse, non propter futuram æternitatem. Quasi præsentis necessitatis rationem haberet apostolus, nisi providens et consulens in futurum: cum omnis eius dispensatio non nisi ad vitam æternam tenderet.

℟. Cum præsens est casta generatio, imitantur illam et desiderant eam * in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium

vincens. V. Omnis ponderatio non est digna con-
tinendis animo * in perpet. Vt gloriæ. * in perpet.
Sap. 4. Luc. 26.

Et fit commemoratio S. Valentini M.

## Die XV. Februarii.

De Octava S. Scholasticæ V.
Simplex D. cæt.

### Lectio III.

De Sermone Sancti Augustini Episcopi.
L. c.

Profens ergo est vitanda necessitas, sed tamen
quæ aliquid bonorum impedit futurorum:
quæ necessitate vitæ cogitur conjugalis cogitare
quæ mundi sunt. Non quod ea separenta regno
Dei, sicut sunt peccata, quæ ideo præcepto non
consilio cohibentur, quia Domino præcipienti
non obedire damnabile est: sed illud quod in ipso
Dei regno amplius haberi possit, si amplius
cogitaretur, quomodo placendum esset Deo, mi-
nus erit utique, cum hoc ipsum minus conjugii
necessitate cogitatur. Ideo de virginibus, inquit,
præceptum Domini non habeo. Præcepto enim
quisquis non obtemperat, reus est debitor pœnæ.
Proinde quia uxorem ducere vel nubere pecca-
tum non est: si autem peccatum esset, præcepto
vetaretur: propterea præceptum Domini de
virginibus nullum est. Sed quoniam de vitandis
remittisve peccatis ideanda est vita æterna, in qua
est quædam egregia gloria, non omnibus in
æternum victuris, sed quibus dandi ibi tribuenda,
cui consequendo parum est liberatum esse a peccatis,
nisi aliquid ipsi liberatori voveatur, quod non
fit criminis non voluisse, sed voluisse ~~et~~ ac reddi-
disse sit laudis: consilium, inquit, do tamquam
misericordiam consecutus a Deo, ut fidelis esse m.

Re. Felix sterilis et incoinquinata, quæ nescivit

dorum in delicio: * habebit fructum in re-
spectione animarum sanctarum. ℣. Dabit her-
edi suo regnum eternum, et sors in templo Dei
aeternum * habebit. ℟. gloria * habebit. Sap. 3.

## Die XVI. Februarii.

Simpl. 3. lect.

### Lectio III.

De Sermone sancti Augustini Episcopi.

l. c.

Pergite itaque sancti Dei, pueri ac puellae, mares
ac feminae, caelibes et innuptae, pergite perseve-
ranter in finem. Laudate Dominum dulcius,
quem cogitatis uberius: sperate felicius, quem ser-
vitis instantius: amate ardentius, quem placetis
attentius. Lumbis accinctis et lucernis ardenti-
bus exspectate Dominum, quando veniat a
nuptiis. Gaudium virginum Christi de Christo,
in Christo, cum Christo, post Christum, per Chri-
stum, propter Christum. Gaudia propria virgi-
num ~~quamvis~~ Christi, non sunt eadem non
virginum, quamvis Christi. Nam sunt aliis alia,
sed nullis talia. Ite in hoc sequimini agnum, quia
et agni care ubique virgo. Hoc enim misericordiae
auctus, quod matri non absque concepit et
natus. Merito cum sequimini virginitate
cordis et carnis, quocunque ierit: quid enim
est enim sequi, nisi imitari? Ergo humiliate itaque,
fidite, roboramini, permanete, qui vocati estis
redditis Domino Deo vestro vota perseverantibus
non propter praesens saeculum, sed propter
regnum caelorum.

℟. Cantabant quasi canticum novum, et nemo
poterat dicere canticum, nisi isti qui empti sunt de
terra: * virgines enim sunt: hi sequuntur agnum
quocunque ierit. ℣. Qui digni habebuntur
saeculo illo et resurrectione ex mortuis, neque
nubent, neque ducent uxores. * virgines. ℣. Gloria.
* virgines. Apoc. 14. Luc. 20.

Ad Vesperas duplex ex I. Vesperis festi.

## Die XVII. Februarii.

Octava S. Scholasticæ V.
Duplex 3. cl.

Omnia ut in festo.

### Lectio III.

De Sermone Sancti Augustini Episcopi.
l. c.

Quapropter hoc agite virgines Dei, hoc agite, sequimini Agnum, quocumque ierit. Sed prius adeum, quem sequamini, venite et discite, quoniam mitis est et humilis corde. Humiliter ad humilem venite si amatis, et ne discedatis abillo, ne cadatis. Qui enim timet abillo discedere, rogat et dicit: non mihi veniat pes superbiæ. Ingredite viam sublimitatis pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes, quem descendere non piguit adjacentes. Dona eius illi servanda committite, fortitudinem vestram adillum custodite. Quidquid mali ipso custodiente non committitis, tamquam remissum abillo deputate: ne modicum vobis existimantes dimissum, modicum diligatis, et tumentes pectora publicanos minoris jactantiæ contemnatis. De viribus vestris expertis cavete, ne quia ferre aliquid potuistis, inflemini: de inexpertis autem orate, ne supra quam potestis ferre, extendamini. Existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Cum aliorum bona, forte ignota vobis, benigne credantur a vobis, vestra vobis nota non comparatione minuantur, sed dilectione firmantur: atque forte adhuc desunt, tanto dentur facilius, quanto desiderantur humiliùs. Perseverantes in numero vestro probeant vobis exemplum, cadentes autem augeant timorem vestrum. Illud amate, ut imitemini, hoc lugete, ne inflemini.

℟. Cum metu et tremore vestram salutem

speramini; * Deus est enim, qui operatur in vobis
et velle et perficere pro bona voluntate. V. Gra-
tia estis salvati, et hoc non ex vobis: Dei enim
donum est. * Deus. V. Gloria. * Deus. Philip. 2. 13. 2.

In II. Nocturno lectio ex die XII.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

## Die XVIII. Februarii.

S. Simeonis Episcopi Martyris.

Simpl. d. lect.

Omnia de communi, oratio Infirmitatem.

Lectio III.

Ex historia ecclesiastica sancti Hegesippi.

Euseb. hist. l. 3. c. 32.

Ad Traiani Cæsaris usque tempora Simeon,
secundus post Jacobum Hierosolymæ episcopus,
filius Cleopho vitam producens, a sectis judæo-
rum, quod ex divina Domini progenie genus
ducebat, per calumniam vocatur in judicium,
et eius nomen ea de re ita ad Atticum virum
consularem defertur. qui cum multis diebus
acerbas plagas pateretur, testimonium fidei
fortiter perhibuit: adeo ut eum omnes, tum
ipse consularis supra modum mirarentur,
quo pacto, cum esset centum et viginti annos
natus, talem et tam acerbum plagarum crucia-
tum sustineret. quibus rebus confectis ad ex-
tremum mandatum est, ut in crucem ageretur.
℣. Vir etate provectus gloriosissimam mortem
complectens voluntarie ibat ad supplicium:
* et † vita discessit universo genti memoriam
mortis sue ad exemplum virtutis ac fortitudi-
nis derelinquens. ℣. Christo confixus ~~sua~~
cruci, et configuratus morti eius. † vita.
℣. Gloria. † vita. 2. Mach. 6. Gal. 2.

## Die XXIII. vel XXIV. Febr.

196.

Vigilia S. Matthia Apostoli.

Omnia de feria currente. oratio Deus qui nos.

De communi.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

in vig. apost.

In sanctorum vigiliis necesse est vigilare hominem spiritualem, qui solemnitates eorum celebrare desiderat in spiritu veritate. Alio enim carnalium, alio spiritualium vigilie. Illi nitidiores cultus, et epulas preparant lautiores, et forte ipsis vigiliis operantur opera tenebrarum, lætantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis. Vos, fratres, non ita didicistis Christum, qui Christum secuti estis, qui omnia reliquistis, qui vigilandi oculo vigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim vigilie proponuntur, ut evigilemus, si in aliquo peccato vel negligentia dormitamus, et prooccupemus faciem sanctorum in confessione. Non sic filii huius seculi, non sic, qui obdormierunt in flagitiis et facinoribus suis. Vos autem non estis filii noctis, neque tenebrarum, sed lucis et diei, ut non vos preoccupent natalitia sanctorum dies, et inveniant imparatos.

℟. Euge super montes pedes evangelizantis annunciantis pacem: ✝ celebra festivitates tuas, celebra vota tua. ℣. quam pulcri pedes predicantis salutem, dicentis Sion: regnabit Deus tuus. ✝ celebra. ℣. gloria. ✝ celebra. Nah. j. Isa. 52.

Die XXIV. vel XXV. Febr.

S. Matthiæ apostoli.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Omnia de communi apostolorum præter sequentia.

In I. Vesperis ad Magnif. ant. Oportet testem resurrectionis Jesu nobiscum fieri unum

existis: ℣. Et statuerunt duos, Joseph et Matthiam.
act. j.

## Oratio.

Deus, qui beatum Matthiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quæsumus, ejus intercessione tua circa nos pietatis semper viscera faciamus. Per Dominum.

## Ad vigilias de communi.

### In 1. Nocturno.

### Lectio 1.

De actibus Apostolorum. cap. j.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit: erat autem turba hominum simul fere centum viginti: Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus.

℟. In ore pacem cum amico suo loquitur, et occulte ponit ei insidias: ℣. numquid super his non visitabo, dicit Dominus? ℟. Homo pacis mecæ, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem. ℣. numquid. Jer. 9. Ps. 40.

### Lectio II.

Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera ejus. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: fiat commoratio eorum deserta, et non sit, qui inhabitet in ea, et episcopatum ejus accipiat alter.

℟. Deus destrue te in finem, evelle te de tabernaculo tuo: ℣. et radicem tuam de terra viventium. ℟. Expectans te de statione tua, dicit Dominus, et de ministerio tuo deponam te. ℣. et radicem. Ps. 51. Is. 22.

## Lectio III.

Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt con-
gregati in omni tempore, quo intravit et exivit
inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptismate
Joannis usque in diem, qua assumptus est a nobis,
testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum
ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocaba-
tur Barsabas, qui cognominatus est Justus; et
Matthiam.

℟. Vos testes mei, dicit Dominus: ✠ Servus
meus, quem elegi. ℣. Vos testimonium perhi-
bebitis, quia ab initio mecum estis. ✠ Et servus.
Ff. 43. Joan. 15.

## Lectio IV.

Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti
omnium, ostende quem elegeris ex his duobus
unum, accipere locum ministerii hujus et
apostolatus, de quo prævaricatus est Judas,
ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes
eis, et cecidit sors super Matthiam, et annume-
ratus est cum undecim apostolis.

℟. Dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis
sortes meæ: funes ceciderunt mihi in præclaris: ✠
etenim ✠ hereditas mea præclara est mihi.
℣. Dabitur illi fidei donum electum, et sors
in templo Dei accepti prima. ✠ hereditas. ℣. Gloria.
✠ hereditas. Ps. 15. Sap. 5.

## In II. Nocturno.

## Lectio V.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi
in actus apostolorum. Hom. 3.

In diebus illis exurgens Petrus. Tamquam
fervidus, et tamquam is, qui a Christo grex
commissus fuerat, et tamquam choli prin-
ceps utique primus incipit loqui. Viri fratres,
oportet impleri scripturam. Illud considera
quod Petrus agit omnia ex communi sententia,
nihil ex auctoritate, nihil cum imperio. Opor-
tet igitur ex viris, nobiscum congregatis in
omni tempore. Quam ob rem communicat-

hoc negotium cum illis! ne delaberentur in contentionem; nam si his ipsis hoc audisset multo magis accidisset illis. Propterea aiebat fratres, oportet eligere e nobis. Multitudini permittit judicium, simul eos, qui eligebantur prædens venerandos, et ejusdem liberans a bodio cæterorum. Ex quibus autem facienda sit electio, ipse interpretatur dicens: ex viris nobiscum congregatis in omni tempore, et tenim si dixisset: modestos oportet adesse, cæteros affecisset contumelia.

Lect. de communi.

## Lectio VI.

Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognomi natus est Justus, et Matthiam. quare non multos? ne maior fieret animorum dejectio, ne vires in multos distraherentur. et neque temere Matthiam proposuit, sed ostendens, frequenter eum, qui apud homines in pretio est, apud Deum esse inferiorem. Et vero omnes communiter precantur, dicentes: Tu Domine, qui nostri corda omnium, ostende. Tu inquiunt, non nos. aptæ cordium cognitorem appellant; hinc enim electio erat facienda, non ab exterioribus. et neque dixerunt: elige; sed: ostende electum, hoc est, quem tu elegisti; scientes omnia præfinita esse a Deo.

## Lectio VII.

Et dederunt eis sortes. Nondum judicabant se idoneos, ut rem ipsi sibi permitterent, ideoque cupiunt aliquo signo doceri. alioqui si illuc, ubi non erat precatio, neque viri probitantum valuit sors, eo quod recto animo fieret, quæ persona: multo magis hic explevit chorum, ac perfecit ordinem. et ecce alter ille doluit: non enim cecidisset apostoli proprio defectus, qui de ipsis primoribus non verebitur dicere, quod alibi commoti fuerint indignatione, idque non semel, sed sæpius. Hodieque et nos inimur. Non jam omnibus loquor,

Sed his tantum, qui principatum affectant. Si credis, Dei esse electionem ne indigneris: illi enim indignaris, et irritaris adversus illum. Ille est, qui elegit.

## Lectio VIII.

Ex libro Stromatum sancti Clementis Presbyteri Alexandrini. l. 6.

Continentia est corporis contemptus secundum pactum Deo inita: neque enim cuncta res venereas dumtaxat, sed etiam cuncta alia, quo anima necessariis non contenta male concupiscit, continentia versatur. Est in loquendo, in audiendo, in videndo, in concupiscendo continentia. Non docet modo, sed et probe temperantiam divina virtus et gratia existens. Dicendum autem, quid nostris de illa videatur. Ferunt, Matthiam sic docuisse: cum carne pugnandum, eaque uberum, nihil ei profervum ac incontinens ad voluptatem largiendo, animam vero fide ac cognitione augendam.

In III. Nocturno lectiones cum suis R.R. de communi.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. ii.

In illo tempore: Respondens Jesus dixit: confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

Ad Bened. ant. In Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris, * accipere locum ministerii et apostolatus. Act. i.

Gr II. Vesp. de Magnif. ant. Vederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam: et annumeratus est cum undecim apostolis. ant. j.
Et fit commemoratio sequentis, de communi. Oratio ut infra.
Festum hoc si transferatur, celebratur die sequente, et S. Walpurgæ altero sequente. nisi in quadragesima, quia tunc de sancta fit sola commemoratio per modum simplicis.

## Die XXV. vel XXVI. Febr.

S. Walpurgis Virginis.
Duplex 3. lect.
Omnia de communi unius virginis.
Oratio Sacr. Gelas.

Castimoniæ pacem mentibus nostris atque corporibus, intercedente sancta Walpurge ~~virg~~ virgine tua, Domine propitiatus indulge: ut veniente sponso Filio tuo unigenito, accensis lampadibus eius digni præstolemur occursum. Per eundem. Lectio III.

Ex vita per Wolfhardum presbyterum scripta. apud Mabill. sec. III. Bened.

Walpurgis virgo in Anglia nata, unacum fratribus suis Willibaldo et Wunibaldo, relicta patria, sanctum Bonifacium in Germaniam secuta est. Morbus Wunibaldo fratre, collectis universis sanctimonialibus apud Heidenheim, dominicis instantissime cepit inserere mandatis, rebus mundi omnibus spretis atque calcatis. Noctibus igitur ac diebus in oratione persistens, vigiliisque et jejuniis semper intenta, castum a primæva origine corpus custodiens, seipsam Domino commendabat attentius, ut mentem puram, quam munierat fide, caste conservare et corpore: sicque Dominum protectorem semper in cunctis operibus præsentem habuit, et quodcunque petiit impetravit. Virtutibus demum omnibus adornata ad sponsum migravit anno septingentesimo

octogesimo, in suo monasterio sepulta. Inde vero Eichstadium translata quotidianis miraculis coruscat.

℟. Eue qui elongant se a te Domine, peribunt: * mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. ℣. qui adhæret Domino, unus spiritus est. * mihi. ℣. gloria. * mihi.

Ps. 72. 1. Cor. 6.

## Die XXVII. vel XXVIII. Febr.

### S. Leandri Episcopi Doctoris.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi Doctorum.

### Oratio.

Deus, qui arianam pravitatem beati Leandri Confessoris tui atque Pontificis doctrina et meritis ab Hispania repulisti: da plebibus; ut eius intercessione ab omni errorum ac vitiorum labe semper liberi conservemur. Per Dominum.

### Lectio III.

Ex sancti Isidori Hispalensis libro de Scriptoribus ecclesiasticis. cap. 28.

Leander genitus patre Severiano Carthaginensis provinciæ Hispaniæ, professione monachus, ex monacho Hispalensis ecclesiæ Pontifex constitutus episcopus, vir suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque tantum atque doctrina clarissimus, ut etiam fide eius et industria populi gentis Gothorum ab Ariana insania ad fidem catholicam reverterentur. Hic in exilii sui peregrinatione composuit duos adversus hæreticorum dogmata libros, et ditione sanctarum scripturarum ditissimos: in quibus vehementi stylo ariana impietatis confodit et delegit pravitatem, ostendens scilicet, quid contra eosdem habeat catholica ecclesia, vel quantum distet ab eis religione vel fidei sacramentis. Extat et aliud laudabile eius opusculum adversus institutа Arianorum,

in quo propositis eorum dictis suas responsiones opposuit. Preterea edidit unum ad Florentinam sororem de institutione virginum et conventu mundi libellum. Siquidem Ecclesiasticis officiis idem non parvo elaboravit studio: in toto enim psalterio duplici editione orationes conscripsit. In sacrificii quoque laudibus atque psalmis multa dulcisone composuit. Scripsit et epistolas multas, ad papam Gregorium de baptismo unam, alteram ad fratrem, in qua premonet, cuique eam mortem non esse timendam. ad ceteros quoque episcopos plurimas promulgavit familiares epistolas, et si non adeo splendidas verbis, auctas tamen sententiis. Floruit sub Recaredo viro religioso ac principe glorioso, cuius etiam temporibus mirabili obitu ad ultimum vite terminum claruit: circa annum sexcentesimum.

℟. Dabo te, dicit Dominus, in murum aereum, fortem; ✠ Et bellabunt adversum te, et non prevalebunt, quia ego tecum sum. ℣. Exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. ✠ Et. ℣. Gloria. ✠ non. Jer. 15. Act. 20.

## Festa Martii.

## Die III.

S. Chunegundis augustæ virginis.

Duplex ℣. Cat.

Omnia de communi Virginum.

Oratio Innoc. III.

Omnipotens et misericors Deus, pia gloria tua nullum excipis sexum, nullamque conditionem excludis: te supplices exoramus, ut sicut beata Chunegundi virginitus post terreni culmen imperii cœlestis regni solium conscendit; ita meritis eius et precibus nobis quoque famulis tuis æterno felicitatis præmia largiaris. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Anonymum scripta, et bulla canonizat. Innocentii III. apud Mabillon Sec. VI. Bened.

Chunegundis Henrico Rio Romanorum Imperatori nupta, coelesti regi virginitatem suam conseravit, quam etiam usque in finem casti conjugis consensu conservavit. Contra quam cum aliquando suspicio fuisset exorta super ignitos vomeres nudis plantis illesa incedens innocentiam suam declaravit. Piis operibus jugiter intenta plures ecclesias et monasteria edificavit, restauravit ac dotavit. Mortuo conjuge ipsa in Confugiensi monasterio a se fundato habitum sancti Patris Benedicti suscepit: ubi omnibus se inferiorem exhibens manu propria laborabat. Cum quindecim in sancto proposito supervixisset annos, tam humilitatis gratia, quam religionis reverentia omnibus admiranda, ex nimia ciborum abstinentia, ac orationis et vigiliarum incredibili perseverantia, corpore languescere cepit: quotandem feliciter soluta ad aeterni Regis nuptias emigravit anno millesimo quadragesimo, innumeris postobitum miraculis clara.

℟. Felix inconquinata, quo nescivit thorum in delicto: * habebit fructum in respectione animarum sanctarum. ℣. Honorabile conjugium in omnibus, et lorus immaculatus. * habebit. ℣. Gloria. * habebit. Sap. 3. Heb. 13.

In vesperis fit commemoratio sequentis de communi. Oratio: Deus qui nos.

## Die IV. Martii.

S. Lucii Papae Martyris.

Simpl. 3. lect.

Omnia de communi unius Martyris.

Lectio III.

Ex Eusebio et S. Cypriani epist. 61.

Lucius Gallo et Volusiano Imperatoribus, Sancto Cornelio in sede Romana substituto paucos

post in exilium ob fidei confessionem relegatus est. Unde brevi reverso Sanctus Cyprianus Carthaginensis episcopus iba scripsit: Tibi et comitibus tuis atque universe fraternitati gratulamur, quod cum gloria laudibus vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna domini et larga protectio: ut pascendo gregi pastor, et gubernande navi gubernator, et plebi regendo rector redderetur, et apparere, relegationem vestram si divinitus esse dispositam, non ut episcopus relegatus et pulsus ecclesie decesset, sed ut ad ecclesiam maior rediret. Regredientibus vobis breviata non est in episcopo confessionis sue dignitas, sed magis crevit sacerdotis auctoritas: ut altari dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda et facienda martyria non verbis plebem, sed factis cohortetur, et imminente antichristo paret ad prelium milites non solum sermonis et vocis incitamento, sed fidei et virtutis exemplo. ac denuum concludit: Hic quoque in sacrificiis et in orationibus nostris non cessamus deo patri et christo filio eius domino nostro gratias agere, et orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat et perficiat in vobis confessionis ~~vestre~~ vestre gloriosam coronam: qui et ad hoc vos fortasse revocavit, ne gloria et ocasio ulla sisionis et confessionis vestre consumta martyria. etiam victima, que fraternitati probet exemplum virtutis et fidei, presentibus debet fratribus immolari. Hucusque Cyprianus. An Lucius glorioso hoc fine decesserit, litteris proditum non habemus: illum tamen idem Cyprianus ad Stephanum eius successorem scribens Martyrem appellavit.

℟. Ceperunt me inimici mei gratis, dixi: pertransite, vocem meam Domine audisti: ✠ judicasti causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. ℣. Ego non solum alligari, sed et mori paratus sum propter nomen Domini Jesu. ✠ judicasti. ℣. Gloria. ✠ judicasti. Thren. 3. ad. 21.

## Die VI. Martii.

### S. Fridolini confessoris.

Duplex maius. 12. Lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio.

Deus, qui nobis aeternae salutis beatum Fridolinum ministrum tribuisti: praestaque nos: ut quem doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex vita per Baetherum monachum Seckingauum scripta ad Notkerum Balbulum.

Fridolinus in Scotia nobilibus natalibus ortus, cum facultatibus abundaret, misericordia in pauperes enituit. Clericalem statum amplexus, et Sacerdotio initiatus, omnes fere patriae suae civitates, et multa cuiusque loca circuivit, ut fidem catholicam suae praedicationis officio stabiliret. Honores fugiens, parentibus patriaque relictis, suisque omnibus in pauperes ac loca pia distributis tandem in Gallias pervenit.

Lectio VI.

Ibi variis in locis veram fidem ferventissimo zelo praedicans, demum in monasterio Bilavensi, quod Sancti Hilarii dicebatur, post varias peregrinationes consedit: cuius etiam monasterii regimen, abbas eiusdem constitutus, in se suscepit. Idem sanctus Fridolinus familiarissimum se exhibuit, sapiens ei in spiritu apparens Dei voluntatem annuntiavit, futura plurima praedixit, atque in difficillimis negotiis consiliis suis adjuvit. Unde etiam insigni in illum sanctum studio ac devotione ferebatur.

Lectio VII.

Postquam ibi per aliquot annos, cura sua

com miso sancte recipiet, studio dilatande religionis accensus, inde portans secum reliquias Sancti Hilarii discessit, ac primum ad Mosellam fluvium, deinde in monte Vosago, Argentinae, Curiae Rhetorum, Constantiae, et Glarona monasteria aut ecclesias in honorem Sancti Hilarii aedificavit, et ubique verbo et miraculis plurimos ad fidem perduxit.

Lectio VIII.

Tandem ad premonstratam sibi coelitus insulam saltuosam, quae nunc Seckinga dicitur, delatus, multa a barbaris perpessus, Sanctimonialium virginum collegium instituit. Cumque ibidem per multos annos cum discipulis suis sanctissime vixisset, et coadunata sacrarum virginum congregatione multos per eum divina largiente gratia offenderentur virtutes, huius vitam transcendo ad coelestem patriam emigravit, ac in eadem insula honorifice conditus est, primus harum regionum apostolus, cuius nobiles Reliquiae anno Jn III. et Voluano lectiones cum suis R.R. 1780. asservantur

de communi Abbatum. Evangelium:

Homo peregre. de Pontifice.

Die VII. Martii.

SS. Perpetuae et Felicitatis Martyrum.

Semiduplex. s. Coll.

de communi Mulierum Sanctarum.

Ad Magnif. ant. Timor Domini casti permanens in saeculum saeculi: judicia Domini vera justificata in semetipsa. Ps. 18.

℣. Deus noster refugium et virtus,

℟. Non timebimus, dum turbabitur terra. Ps. 45.

Oratio Eccl.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, et fortia quaeque confundis: da nobis intercedentibus beatis Martyribus tuis Perpetua et Felicitate, et spiritu tuo veritatis armati, mundum sive blandientem sive saevientem vincere pro tui nominis amore valeamus. Per Dominum.

## Lectio II.

Ex actis syncerisapud Ruinart.

Severo imperatore apprehensi sunt in africa adolescentes catechumeni, Revocatus et Felicitas conserva eius, Saturninus et Secundulus, inter quos et Vivia Perpetua, honeste nata, matronaliter nupta, habens filium infantem adubera. Erat autem ipsa annorum circiter viginti duorum. Hoc ordinem martyrii sui conscriptum manu sua reliquit. Cum adhuc, inquit, cum persecutoribus essemus, et me pater avertere pro sua affectione perseverabat, Pater, inquio, aliud me dicere non possum, nisi quod sum Christiana. Tunc pater motus in hoc verbo misit se in me ut oculos mihi erueret. sed vexavit tantum, et profectus est victus cum argumentis diaboli. Tunc baptizati sumus: mihi autem spiritus dictavit, nihil aliud petendum in aqua, nisi sufferentiam carnis. Post paucos dies recipimur in carcerem, et rumore audito ut audiremur. Alio die, cum prandaremus, subito rapti sumus, et pervenimus ad forum. ascendimus in catasta. Interrogati ceteri confessi sunt. ventum est ad me, et appa-ruit pater illico cum filio meo, et dixit supplicans: miserere infanti. Et Hilarinus procurator: parce, inquit, canis patris tui, parce infantiae pueri: fac sacrum pro salute imperatorum. Et ego respondi: non facio, Christiana sum.
R. Omnia, quae cognita es vera sunt, et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio: * nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es et timens Deum. V. Fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum. * nunc. Judith. 8. 15.

## Lectio III.

Tunc nos universos pronunciat et damnat ad bestias, et hilares descendimus ad carcerem. Felicitas vero, quae pregnans fuerat apprehensa, instante spectaculi die in magno erat luctu, ne propter ventrem differetur: sed et com martyres eius graviter con tristabantur,

ne tam bonam sociam solam in via eiusdem
frei relinquerent. Illaque ad Dominum oratio-
nem fuderunt, et statim post orationem dolo-
res eam invaserunt: et cum in partu labo-
rans doleret, ait illi quidam ex ministris: quo
sic modo doles, quid facies objecta bestiis, quas
contempsisti, cum sacrificare noluisti! Et
illa respondit: modo ego patior: illic autem
alius erit in me, qui patietur pro me, quia et
ego pro illo passura sum. altero die, post-
quam haec scripsisset beata Perpetua simul
cum aliis bestiis objecta est, et gladio tandem
consummata.

℟. Infirma mundi elegit Deus ut confundat
fortia: ✠ ut non glorietur omnis caro in
conspectu eius. ℣. Arcus fortium superatus
est, et infirmi accincti sunt robore. ✠ ut non.
℣. Gloria. ✠ ut non. 1. Cor. 1. 1. Reg. 2.

Ad Bened. ant. Oleum effusum nomen
tuum Domine: ✠ adolescentulae dilexerunt
te. Cant. 1.

℣. Exultaverunt filiae Iudae:
℟. Propter iudicia tua Domine. Ps. 96.

Oratio ut supra.

Explicit proprii Sanctarum
Pars Hyemalis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

212


G.B. Universitätsbibliothek Freiburg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

dazu auf 8 Bl. schön und fein in 4°

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Baden-Württemberg
BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK



ex St. Blas. 20

# Pars hyemalis

## Proprium de Tempore.

### In Natali Domini.

In II. Vesp. post And. ad Magnificat fit Annotatio

Pro Commemoratione S. Stephani.

Ant. Convocantes duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Considerate viros ex vobis boni testimonii plenos Spiritu sancto: * Placuit sermo coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum. Act. 6.

℣. Beatus, quem elegisti, et assumpsisti, ~~Domine~~; ℟. Inhabitabit in atriis tuis. Ps. 64.

Collecta Da nobis. ut infra ad Natal.

Die XXVI. Decembris.
S. Stephani Diaconi et Protomartyris
Festivitas II. Classis.

Die XXVII. Decembris
S. Joannis Apostoli et Evangelistæ.
Festivitas II. Classis.

Die XXVIII. Decembris.
Sanctorum Innocentium
Festivitas III. Classis.

In II. Vesp. post Commemor. de Octava hoc annotatio fiat:

Si sequenti die occurrat Dominica, loco Commemorationis de Octava Natalis Dni, fit Commem. de seq. Dominica ex I. Vesperis, ut infra.

Dominica infra Octavam
Natalis Domini.

In fine II. Vesp. sequens annotatio fiat:

Si hac Dominica die 26. 27. 28. ~~vel 1. 2~~ Decemb. vel 2. Januarii occurrat, nil his diebus fit de ea: sed die XXIX. Decembris officium dicitur sequenti modo.

Ad Vigilias omnia, ut infra, diebus infra Octavam notatur. Collecta de Dominica per totum diem. Ad Matutinas Psalmi feriales, Ant. Fest. hr. et Hym. ex Nat. Dni, Vel Ant. ad Benedictus ex Dominica; et sic in Vesperis. Ad Horas Antiphonæ ut in Nat. Dni. Lect. br. ℣. ex Dominica:

Diebus

(c

---

## Dominica

(: Si qua occurrat inter
Circumcisionem et Epiphaniam. :)

Omnia ut supra in Dominica infra Octavam Natalis Domini, pag. exceptis his, quæ sequuntur.

Apponantur propria hujus Dominicæ.

### In Festis
A Circumcisione usque ad Vigiliam Epiphaniæ.

Omnia ut supra Diebus infra Octavam Nat. Dni. p. In I. Nocturno psalmi dicuntur cum Antiphonis et ℣. ex psalterio.

### Die II. Januarii.
S. Fulgentii Episc. et Confess. Xti.

Omnia de Com. Pontificum, excepl. quæ sequuntur.

### In I. Nocturno.
Ex Epistola B. Pauli (c

Lectio III.
Ex ejus vita per discipulum scripta apud Bolland.

Fulgentius (c

Post lectionem II. addantur ℟℟. ut 327. habetur.

Alia Lectio III. si forsan festum S. Fulgentii non celebratur.

Videatur Brev. Cong. S. Mauri. Pars Hiem. p. 218.

Ex Epistola S. Dionysii Alexandrini Episcopi ad S. Dionysium Papam. Epist. Rom. Pont. Edit. Bened. Sæcul. III.

Non erat tempus, quando non erat Pater.

℟. Decum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum; * Ex utero ante luciferum genui te. ℣. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: * Ex utero. Gloria. * Ex utero. Ps. 109. et 2.

N.B. Ex die XXIX. Decemb.

Ad Benedictus Ant. Ego sum lux mundi: * qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Joan. 8.

Collecta. Sacr. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Domini nostri Jesu Christi Filii tui Nativitate tribuisti totius Religionis initium perfectionemque constare, + da nobis quæsumus, in ejus portione conferi, * in quo totius salutis humanæ summa consistit. Per eundem.

Ad Magnificat Ant. Ex Deo processi et veni; * neque enim a meipso veni, sed ille me misit. Joan. 8.

## Die III. Januarii

Ad Benedictus Ant. Omnis qui credit, quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus est. * Et omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit et eum, qui natus est ex eo. 1. Joan. 5.

Ex die XXX. Decem.

Collecta. Sacr. Leon.

Da quæsumus Domine, populo tuo inviolabilem fidei firmitatem; + ut qui Unigenitum tuum in tua tecum gloria sempiternum in veritate nostri corporis natum de ~~Virgine~~ Matre Virgine confitentur, * et a præsentibus liberentur adversis, et mansuris gaudiis inferantur; Per eundem.

Ad Magnificat Ant. Christus Jesus factus est nobis sapientia a Deo, * et justitia, et sanctificatio, et redemtio. 1. Cor. 1.

## Die IV. Januarii.

Ex die XXXI. Decem.

Ad Benedictus Ant. Recordatus est Dominus populi sui, * ac misertus est hereditatis suæ. Esth. 10.

Collecta. Sacr. Leon.

Deus, qui humanum genus, a tuo principe callidæ fraudis alumnum, Christi tui Nativitate salvare dignaris; + præsta quæsumus, ut non horreamus in perditionis auctore, * sed ad Redemptoris nostri consortia transferamur. Per eundem.

Hic Commem. S. Titi Crecensis Ep. et M. de Communi unius Martyris. Collecta. Deus cujus gratia.

Hoc Antiphona adest in II Vesp. SS. Innocent.

Ad Magnificat Ant. Misit Deus filium suum benedicentem vobis, * ut convertat se unusquisque a nequitia sua. Act. 3.

---

Dominica infra Octavam Epiphaniæ.

In fine II. Vesperarum hæc Annotatio fiat: + in Matutinis,

Si hæc Dominica in diem Octavam incidat; Sabbatho præcedente a Vigiliis omnia fiunt de Octava præter Lect. brev. et Antiphon. ad Benedictus, quæ sunt ex Officio Dominico cum ejusdem Collecta ad ~~omnes~~ Horas usque ad Nonam inclusive.

---

Omnia, ut in Brev. a p. 329. usque 332. præter sequentia:

## Sabbatis ante Dominicas ab Octava Epiphaniæ ad Septuagesimam.

## Dominicis ab Octava Epiphaniæ ad Septuagesimam.

Ad Matutinas.

Lectio. Vit. 2.

Christus dedit semetipsum pro nobis; ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. ℟. vi. et Hymnus ut ibi.

℣. Dominus virtutem populo suo dabit: ℟. Dominus benedicet populo suo in pace. ℣.

Ad Vesperas.

Lectio. Act. 10.

℣os scitis, quod factum est verbum per universam Judeam: quomodo unxit Deus Jesum a Nazareth Spiritu sancto et virtute, qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

℟br. Filii

Hymnus. Christus.

℣. Deus Rex noster ante secula, ℟. Operatus est salutem in medio terræ. Ps. 73.

℣. Ii

In Feriis

Ab Octava Epiphaniæ ad Septuagesimam. Omnia, ut p. 332. præter sequentia.

Ad Matutinas.

Psalmi, et Ant. de Psalterio.

Lectio. Ephes. 2.

Eramus natura filii iræ, sicut et ceteri; Deus ℭ.

℟br. Benedictionem. et Hymnus ut supra in Dominicis p.

℣. Intende, prospere procede, ℟. Et regna propter veritatem et mansuetudinem et justitiam. Psal. 44.

Feria II.

Ad Benedictus Ant. Nobis unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum: * et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum. 1. Cor. 8.

Collecta. Sacr. Gelas.

Omnipotens sempiterne Deus ℭ. ut hac fer. in Psalt.

Feria III.

Ad Benedictus Ant. Unus Deus, unus et mediator Dei ℭ.

Collecta. Sacr. Gelas.

Deus, cujus ℭ. ut hac fer. in Psalt. Et sic in reliquis feriis et Ant. et Collecta ex Psalterio hic apponatur.

Ad Vesperas.

Lectio. Act. 10.

Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum,: Hic est omnium Dominus.

℟br. Filii. et Hym. Christus ut supra in Dominicis p.

℣. Tu es ipse rex meus et Deus meus, ℟. Qui mandas salutes Jacob. Ps. 43.

Feria II.

Ad Magnificat Ant. Omnia per ipsum facta sunt, * et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Joan. 1.

Collecta, ut supra in Matut.

Feria III.

Ad Magnificat Ant. Ipse est ℭ et sic in reliquis feriis ex Psalterio hic ant. apponatur.

# Pars Vernalis.

Responsoria per Quadragesimam
Ad Lectiones ex Scriptura pro Festivitatibus
hoc tempore celebrandis.

NB. In qualibet Lectione ponatur Divisionis
signum ℣.

In Lect. I. post verba
non est cognitus ab eis. ℣. Recordatusque.

In Lect. II.
Commessuri meridie. ℣ Igitur.

In Lect. I.
in Aegyptum. ℣ Bienium est.

In Lect. II.
Oculos tuos. ℣ Surrexit.

In Lect. I.
Genen tuum. ℣ Cumque tulisset

In Lect. II.
Super terram. ℣ Videns autem Joseph.

In Lect. I.
Comburatur rubus. ℣ Cernens autem.

## Feria V. post Cineres.

℟. I. Sapientiam non vincit malitia. * Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. ℣. Notum a seculo est Domino opus suum. * Attingit. Sap. 7 et 8. Act. 15.

℟. II. Non est sapientia, non est prudentia, * Non est consilium contra Dominum. ℣. Scriptum est: Comprehendam sapientes in astutia eorum. * Non est. Prov. 21. 1. Cor. 3.

℟. III. Induite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti viscera misericordiæ, * Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. ℣. Sicut et Dominus, et dimittite. * Donantes. Coll. 3. Luc. 6.

℟. IV. Noli vinci a malo, * Sed + Vince in bono malum. ℣ Omnis injuria proximi ne memineris. * Sed vince. Gloria. + Vince. Rom. 12. Euli 10.

## Feria VI. post Cineres.

℟. I. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus; * Pro vestra enim salute misit me Deus ante vos in Aegyptum. ℣. Apud ipsum est sapientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam. * Pro vestra. Genes. 45. Job. 12.

℟. II. Sapientiam non vincit malitia. * Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. ℣. Notum a seculo est Domino opus suum. * Attingit. Sap. 7 et 8. Act. 15.

℟. III. Dixit Jacob: Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus vivit. * Vadam, et videbo illum, antequam moriar. ℣. Exultat gaudio pater justi: qui sapientem genuit, lætabitur in illo. * Vadam. Genes. 45. Prov. 23.

℟. IV. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas adspicientes et salutantes, et * Confitentes, quia peregrini et hospites sunt super terram. ℣. Qui hæc dicunt, significant se patriam inquirere. * Confitentes. Gloria. * Confitentes. Hebr. 11.

## Sabbatho post Cineres.

℟. I. Dixit Jacob ad Joseph: * Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo. ℣. Non sum fraudatus aspectu tuo; insuper ostendit mihi Deus semen tuum. * Jam. Genes. 46. 48.

℟. II. Benedixit Jacob filiis Joseph, et ait: * Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei, benedicat pueris istis. ℣. Vide Jacob moriens, singulos filiorum Joseph benedixit. * Deus. Genes. 48. Heb. 11.

℟. III. Dominus testamentum confirmavit super caput Jacob, agnovit eum in benedictionibus suis, et dedit illi hereditatem, * Et divisit illi partem in tribubus duodecim. ℣. Conservavit illi homines misericordiæ, invenientes gratiam in oculis omnis carnis. * Et divisit. Euli. 44.

℟. IV. Nemo natus est ut Joseph princeps fratrum, firmamentum gentis, habilimentum populi, * Et + Ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt. ℣. Vide Joseph moriens, de professione Israel memoratus est, et de ossibus suis mandavit. * Et Ossa. Gloria. + Ossa. Euli. 49. Hebr. 11.

## Feria II. post Dom. I. Quadrag.

℟. I. Notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi, * Et quos elegerit, approximabunt ei. ℣. Nec quisquam sumit sibi honorem; sed qui vocatur a Deo. * Et quos. Num. 16. Hebr. 5.

℟. II. Dilectus Deo Moyses, cujus memoria in benedictione est: * Glorificavit illum in conspectu regum, et jussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. ℣. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne. * Glorificavit. Culi. 50.

℟. III. Sapientia intravit in animam servi Dei, * Et stetit contra reges horrendos in portentis et signis. ℣. Ait illi Dominus: Veni, et mittam te ad Pharaonem. * Et stetit. Sap. 10. Exod. 3.

℟. IV. Hunc Moysem, quem negaverunt dicentes: Quis te constituit principem et judicem? Hunc Deus principem et redemtorem misit, * Cum manu Angeli, Qui apparuit ei in rubo. ℣. Hic eduxit illos faciens prodigia et signa in terra Aegypti. * Cum manu. Gloria. † Qui apparuit. Act. 7.

## Feria III. Post Dom. I. Quadrag.

℟. I. Fide Moyses celebravit Pascha, et sanguinis effusionem, * Ne qui vastabat primitiva, tangeret eos. ℣. Tollat unusquisque agnum per familias suas, et sument de sanguine ejus, ac ponent super utramque postem et in superliminaribus domorum. * Ne. Hebr. 11. Exod. 12.

℟. II. Erit agnus absque macula; immolabilque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. * Erit autem sanguis vobis in signum: nec erit in vobis plaga disperdens. ℣. Redemti estis pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi et inconlaminati. * Erit. Exod. 12. 1. Petr. 1.

℟. III. Cum fuit exterminium primogenitorum, * Omnipotens sermo tuus, Domine, de coelo durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit, et replevit omnia morte. ℣. Suscepta est a populo tuo sanitas justorum, injustorum autem exterminatio. * Omnipotens. Sap. 18.

℟. IV. Eduxit Dominus populum suum in exultatione et electos suos in lætitia. * Tetala est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos. ℣. Eduxit eos cum argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus. * Tetala. Gloria. * Tetala. Ps. 104.

## Feria IV. Post Dom. I. Quadrag.

℟. I. Quos rogantes projecerant, hos tanquam fugitivos persequebantur, * Ut quo deerant lamentis, repleret punitio. ℣. Adhuc inter manus habentes luctum horum, quo acciderant, commemorationem amittebant, * Ut quo. Sap. 19.

℟. II. Clamorem patrum audisti Domine, super mare Rubrum, * Et mare divisisti antecessori. ℣. Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia? * Et mare. 2. Esdr. 9. Exod. 15.

℟. III. Fide transierunt mare Rubrum tanquam per aridam terram; * Quod experti Aegyptii, devorati sunt. ℣. Dedisti, Domine, signa et portenta in Pharaone et in universis servis ejus, et fecisti tibi nomen; * Quod experti. Hebr. 11. 2. Esdr. 9.

℟. IV. Tunc cecinit Moyses et filii Israel carmen hoc Domino, et dixerunt: * Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare. ℣. Christus per mortem destruxit eum, qui mortis habebat imperium, id est, diabolum. * Cantemus Domino. Gloria. * Cantemus. Exod. 15. Hebr. 2.

## Feria V. Post Dom. I. Quadrag.

℟. I. Audivit Deum Moyses et vocem ipsius, et introivit illum in nubem. * Et dedit illi eorum præcepta et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel. ℣. Hic est, qui fuit in ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina; * Et dedit. Culi. 45. Act. 7.

℟. II. Lex per Moysen data est; * Gratia et veritas per Jesum Christum facta est. ℣. Legem mandavit Moyses in præceptis justificationum; * Gratia. Joan. 1. Culi. 24.

℟. III. Dominus Deus ipse est Deus fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se, * Et his qui custodiunt præcepta ejus in mille generationes. ℣. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, * Et his. Deut. 7. Rom. 8.

℟. IV. Accessistis ad novi testamenti mediatorem Jesum. Videte

In Lect. II.
montem ipsum. ¶ Ait Moyses.

In Lect. II.
Omnes morientur. ¶ Fecerunt quidem.

In Lect. II.
Omnes morientur. ¶ Fecerunque.

In I. Lect.
ego sum Dominus. ¶ Tollensque.

In Lect. II.
equites eorum. ¶ Cumque exl.

In Lect. I.
et tedere. ¶ Custodi verbum.

In Lect. I.
præcepta mea. ¶ Non assumes.

In Lect. II.
illius sunt. ¶ Cunctus autem.

re recusetis loquentem. * Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus. ℣. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, * Si enim. Gloria. * Si enim. Hebr. 12. Ps. 94.

## Feria VI. Post Dom. I. Quadrag.

Responsoria ut heri.

## Sabbato Post Dom. I. Quadrag.

℟. I. Aversi sunt cordibus suis in Ægyptum, et vitulum fecerunt, * Et obtulerunt hostiam simulacro, et lætabantur in operibus manuum suarum. ℣. Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum; * Et obtulerunt. Act. 7. Ps. 105.

℟. II. Cum fecissent sibi vitulum conflatilem et dixissent: Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Ægypto; * Tu autem Domine in miseri-cordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto. ℣. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos: * Tu autem. 2. Esdr. 9. Ps. 105.

℟. III. Ne idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: * Sedit populus manducare, et surrexerunt ludere. ℣. Fecerunt vitulum in Horeb, et adoraverunt sculptile: * Sedit. 1. Cor. 9. Ps. 105.

℟. IV. Confirmabo super domum Israel testamentum novum: Dando leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas: * Non altamento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ℣. Veriam fœdus novum non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, quod irritum fecerunt: * Non altamento. Gloria. * Non altamento. Hebr. 8. 2. Cor. 3. Jerem. 31.

## Feria II. Post Dom. II. Quadrag.

℟. I. Hoc est annuntiatio, quam audistis ab initio, * Ut diligatis alterutrum. ℣. Omnis lex in uno sermone impletur: * Ut. 1. Joan. 3. Gal. 5.

℟. II. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: * Qui enim diligit proximum, legem implevit. ℣. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum; * Qui enim. Rom. 13. 1. Joan. 4.

℟. III. Dominus Deus ipse est Deus fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se, * Et his qui custodiunt præcepta ejus in mille generationes. ℣. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, * Et his. Deut. 7. Rom. 8.

℟. IV. Non audierunt mandata tua, et cervicem suam indurarunt, nec audierunt: * In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumtionem. ℣. Populo huic factum est cor incredulum et exasperans, recesserunt et abierunt: * In mis. Gloria. * In miseric. 2. Esdr. 9. Jerem. 5.

## Feria III. Post Dom. II. Quadrag.

℟. I. Moyses fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus, * In testimonium eorum, quæ dicenda erant. ℣. Super illi Deus coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam, * In testim. Hebr. 3. Eccli 50.

℟. II. Novum faciet Dominus, qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi, * Et quos elegerit, approximabunt ei. ℣. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo; * Et quos. Num. 16. Hebr. 5.

℟. III. Levitæ mei observent, quidquid ad cultum pertinet, et custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio. * Qui bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirunt. ℣. Ministrent nullum crimen habentes: * Qui bene. Num. 3. 1. Tim. 3.

℟. IV. Nolite contaminare animas vestras: * Sancti estote, quia ego sanctus sum. ℣. Vasculum nolite tangere: mundamini, qui fertis vasa Domini. * Sancti. Gloria. * Sancti. Levit. 11. Isai. 52.

## Feria IV. Post Dom. II. Quadrag.

℟. I. Non sunt recordati mirabilium tuorum, Domine, quæ feceras eis; * Et induraverunt cervices suas et dederunt caput, ut converterentur ad servitutem suam. ℣. Pro nihilo habuerunt

In I. Lect. Verba justorum. ¶ Peregrino.
In II. Lect. Deo tuo. ¶ Ecce ego.

In Lect. I.
gentem magnam. ¶ Moyses.

In Lect. II.
filiis Israel. ¶ Reversusque ad

In Lect. I.
ego sum Dominus. ¶ Non faciet. *

In Lect. II.
inimicos vestros, et corruent coram vobis. ¶ Quod si.

In Lect. I.
ex Israel. ¶ Tribum Juda.

In Lect. II.
ego Dominus. ¶ Loculusque est

terram desiderabilem, non crediderunt verbo Domini. * Et murmuraverunt. 2. Esdr. 9. Ps. 105.

℟. II. In diebus Moysi Josue misericordiam fecit Josue et Caleb perfringere murmur malitiæ, et ipsi duo liberati sunt a numero sexcentorum millium peditum; * Ut viderent omnes filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo. ℣. Jesus dum implevit verbum, factus est dux in Israel: Caleb dum testificatur in ecclesia, accepit hereditatem; * Ut viderent. Eccli. 46. 1. Mach. 2.

In Lect. I.
filiorum Israel. ℣ At vero

℟. III. Ne murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, * Et perierunt ab exterminatore. ℣. Elevavit Dominus manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto. * Et perierunt. 1. Cor. 10. Ps. 105.

In Lect. II.
filium Nun. ℣ Parvulas autem.

℟. IV. Videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem: * Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse. ℣. Non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri. * Timeamus. Gloria. * Timeamus. Hebr. 3 et 4. 1. Cor. 10.

## Feria V. Infra Dom. II. Quadrag.

℟. I. Cum steterunt adversum Moysen et Aaron, * Dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est Dominus. ℣. Steterunt alieni, qui erant cum Dathan et Abiron, et congregatio Core, in iracundia: * Dixerunt: Num. 16. Eccli. 45.

In Lect. I.
populum Domini. ℣ Quod cum

℟. II. Ne murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, * Et perierunt ab exterminatore. ℣. Irritaverunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. * Et perierunt. 1. Cor. 10. Ps. 105.

℟. III. Vidit Dominus Deus et non placuit illi, * Et consumpti sunt in impetu iracundiæ. ℣. Aperta est terra et deglutivit Dathan, et operuit super congregationem Abiron: flamma combussit peccatores. * Et consumpti. Eccli. 45. Ps. 105.

In Lect. II.
maverint Dominum. ℣ Confessim igitur.

℟. IV. Hæc omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram. * Itaque † Qui se existimat stare, videat, ne cadat. ℣. Fecit illis Deus monstra, et consumsit illos in flamma ignis. * Itaque. Gloria † Qui se. 1. Cor. 10. Eccli. 45.

## Feria VI. infra Dom. II. Quadrag.

℟. I. Moyses fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus, * In testimonium eorum, quæ dicenda erant. ℣. Inspirit illi Deus coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam, * In testim. Hebr. 3. Eccli. 30.

In Lect. I.
dies tui. ℣ Audi, Israel.

℟. II. Lex per Moysen data est, * Gratia et veritas per Jesum Christum facta est. ℣. Legem mandavit Moyses in præceptis justificationum; * Gratia. Joan. 1. Eccli. 24.

℟. III. Dominus Deus ipse est Deus fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se, * Et his, qui custodiunt præcepta ejus in mille generationes. ℣. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, * Et his. Deut. 7. Rom. 8.

In Lect. II.
domus tua. ℣ Cumque interrog.

℟. IV. Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis: * Ut cognoscat generatio altera. ℣. Filii qui nascentur et exsurgent, et narrabunt filiis suis; ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscantur operum Dei; * Ut cognoscat. ~~Ps. 77~~ Gloria. * Ut Dg. Ps. 77.

## Sabbatho infra Dom. II. Quadrag.

℟. I. Quadraginta annis pavisti eos Domine in deserto, nihilque eis defuit: * Vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non sunt attriti. ℣. Spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, et manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, et aquam dedisti eis in sitim: * Vestimenta. 2. Esdr. 9.

In Lect. I.

℟. II. Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel: * Qui benedixerit tibi, erit et ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. ℣. Beatus es, tu Israel! quis similis tui, populus, qui salvaris in Domino. * Qui. Num. 24. Deut. 33.

℟. III. Dilectus Deo et hominibus Moyses: cujus memoria in benedictione est: similem illum fecit in gloria sanctorum, * Et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit. ℣.

In Lectione II.
cuncta Moysen. ℣ Josue vero.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hunc Deus principem et redemtorem misit cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo. * Et magnificavit. Euli. HS. Act. 7.

℟. IV. Moyses fidelis erat in domo Dei tanquam famulus; Christus vero tanquam filius, accipiens a Deo Patre honorem et gloriam, voce delapsa ad eum hujusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: * Ipsum audite. ℣. Moyses dixit filiis Israel: Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me: * Ipsum audite. Gloria. * Ipsum audite. Hebr. 3. 2. Pet. 1. Act. 7.

## Feria II. infra Dom. III. Quadrag.

In Lect. I.
illius serva. ¶ Egressus igitur.

℟. I. Sta in justitia et timore, et prepara animam tuam ad tentationem: * Sustine sustentationes Dei, ut crescat in novissimo vita tua. ℣. Quem enim diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit: * Sustine. Euli 2. Hebr. 12.

℟. II. Nudus egressus sum de utero matris mee, et nudus revertar illuc: * Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum. ℣. Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid possumus. * Dominus. Job. 1. 1. Tim. 6

In Lect. II.
Consolarentur. ¶ Cumque elevassent.

℟. III. Deus ipse erit salvator meus. * Etsiamsi occiderit me, in ipso sperabo. ℣. Quis filius, quem non corripit pater? * Etsiamsi. Job. 13. Hebr. 12.

℟. IV. Beatus homo, qui corripitur a Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes; * Quia + Ipse vulnerat et medetur; percutit, et manus ejus sanabunt. ℣. Noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. * Quia. Gloria. + Ipse. Job. 5. Hebr. 12.

## Feria III. infra Dom. III Quadrag.

℟. I. Quare detraxistis sermonibus veritatis, * Cum e vobis nullus sit qui possit arguere me? ℣. Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis? * Cum e vobis. Job. 6. Joan. 8.

In Lect. I.
esse consumtos. ¶ Porro ad me.

℟. II. Deridetur justi simplicitas. * Lampas contemta apud cogitationes divitum, parata ad tempus. ℣. Justus perit, et non est, qui recogitet corde suo. * Lampas. Job. 12. Isa. 57.

In Lect. II.
recesserunt a me. ¶ Docete me.

℟. III. Apud ipsum est sapientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam. * Si destruxerit, nemo est, qui ædificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. ℣. Aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit. * Si destruxerit. Job. 12. Apoc. 3.

℟. IV. Respice ille, filii, nationes hominum, * Et scitote, quia + Nullus speravit in Domino, et confusus est. ℣. Patienter ipsius estote et vos, et confirmate corda vestra: * Et scitote. Gloria. + Nullus. Euli. 2. Jacob. 5.

## Feria IV. infra Dom. III. Quadrag.

In Lect. I.
Cur ita facis? ¶ Deus, cujus.

℟. I. Deus, cujus ire nemo resistere potest, et sub quo curvantur, qui portant orbem? * Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? ℣. Vere scio quod non justificetur homo compositus Deo. * Quantus ergo. Job. 9.

In Lect. II.
ipse consumit. ¶ Verebar omnia.

℟. II. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, et pondus ejus ferre non potui. * Quid faciam, cum surrexerit ~~Deus~~ ad judicandum Deus? ℣. Horrendum est incidere in manus Dei viventis. * Quid. Job. 31. Hebr. 10.

℟. III. Apud Dominum est sapientia et fortitudo; * Ipse habet consilium et intelligentiam. ℣. Si fortitudo quæritur, robustissimus est; si æquitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere: * Ipse. Job. 12. et 9.

℟. Non intres in judicium cum servo tuo, Domine * Quia + Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. ℣. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti; * Quia. Gloria. + Non. Ps. 142. Job. 9.

In Lect. I. iniquitas tua. ¶ Respondens.
In Lect. II. decipitur. ¶ Adducit.

## Feria V. infra Dom. III. Quadrag.

Responsoria ut supra feria III. p.

## Feria VI. infra Dom. III. Quadrag.

℟. I. Quis ex vobis arguet me de peccato? * Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? ℣. Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit, qui possit arguere me? * Si veritatem. Joan. 8. Job. 6.

℟. II. Deus, cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem. * Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo. ℣. Vere scio, quod non justificetur homo comparatus Deo. * Quantus. Job. 9.

℟. III. Qui videbant me foras fugerunt a me. * Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. ℣. Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit; et qui simul consolaretur, et non inveni. * Extraneus. Ps. 30 et 68.

℟. IV. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus: faciem meam non avertí ab increpantibus et conspuentibus in me. * Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. ℣. Ego sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis. * Dominus. Isai. 50. Ps. 21.

## Sabbato infra Dom. III. Quadrag.

Responsoria ut heri.

## Feria II. infra Dom. IV. Quadrag.

℟. I. Viam Domini custodivi, et non declinavi ex ea. * A mandatis labiorum ejus non recessi. ℣. Quis arguet me de peccato? * A mandatis. Job. 23. Joan. 8.

℟. II. Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: * Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam. ℣. Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar: * Verumtamen. Job. 13.

℟. III. Quia non cito profertur contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. * Attamen ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum. ℣. Inimici Domini mox ut honorati fuerint, quemadmodum fumus deficient. * Attamen. Eccli. 8. Ps. 36.

℟. IV. Dives cum interierit, non sumet omnia; * Neque descendet cum eo gloria ejus. ℣. Sicut flos feni transibit; * Neque. Gloria. * Neque. Ps. 48. Jac. 1.

## Feria III. infra Dom. IV. Quadrag.

℟. I. Super salutem et speciem dilexi sapientiam, et proposui pro luce habere illam; * Quoniam inextinguibile est lumen illius. ℣. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus; * Quoniam. Sap. 7. Job. 28.

℟. II. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata æterna. * Initium sapientiæ timor Domini. ℣. Ubi est prudentia, ubi est virtus, ubi est intellectus? * Initium. Eccli. 1. Baruch. 3.

℟. III. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum: * Tenuit cervicem meam, confregit me, et posuit me sibi quasi in signum. ℣. Ego sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis: * Tenuit. Job. 16. Ps. 21.

℟. IV. Cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci: factus sum infirmis infirmus: * Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. ℣. Oculus fui cæco et pes claudo: pater eram pauperum. * Omnibus. Gloria. * Omnibus. 1. Cor. 9. Job. 29.

## Feria IV. infra Dom. IV. Quadrag.

℟. I. Quare detraxistis sermonibus veritatis, * Cum e vobis nullus, qui possit arguere me? ℣. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? * Cum. Job. 6. Joan. 8.

℟. II. Vidisti, Domine, omnem furorem, universas cogitationes eorum adversum me, labia insurgentium mihi: * Ego sum psalmus eorum. ℣. Deridetur justi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum. * Ego. Thren. 4. Job. 12.

℟. III. Circumdedit me Deus lanceis suis, convulneravit lumbos meos; * Non pepercit, et effudit in terra viscera mea. ℣. Concidit me vulnere super vulnus; irruit in me quasi gigas: * Non pepercit. Gloria. * Non. Job. 16.

---

In Lect. I. respondebunt tibi. ℣. Quid te.

In Lect. II. me tradidit. ℣. Ego ille quondam.

In Lect. I. exstinguetur ℣. Respondens.
In Lect. II. hostem suum ℣. Fratres meos.

In Lect. I. mendacium. ℣. Absit a me.

In Lect. II. suscipient. ℣. Si multiplicati.

In Lect. I. commutatione ejus. ℣. Unde.

In Lect. II. pueri mei. ℣. Auris audiens.

In Lect. I. consolator. ℣. Nunc autem.

In Lect. II. et cineri. ℣. Clamo ad te.

℟. IV. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes. * Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. ℣. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. * Dabit. Gloria. * Dabit. Thren. 4. Isai. 53.

## Feria V. infra Dom. IV. Quadrag.

℟. I. Viam Domini custodivi et non declinavi ex ea. * A mandatis labiorum ejus non recessi. ℣. Quis arguet me de peccato? * A mandatis. Job. 23. Joan. 8.

℟. II. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, et pondus ejus ferre non potui. * Quid enim faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus? et cum quæsierit, quid respondebo illi? ℣. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. * Quid. Job. 31. et 9.

℟. III. Si justificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. * Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. ℣. Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit. * Etiam. Job. 9. Eccle. 9.

℟. IV. Cum liber esset ex omnibus, omnium me servum feci. Factus sum infirmis infirmus. * Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. ℣. Oculus fui cœco, et pes claudo; pater eram pauperum. * Omnibus. Gloria. * Omnibus. 1. Cor. 9. Job. 29.

## Feria VI. infra Dom. IV. Quadrag.

℟. I. Dominus Deus noster fecit terram in fortitudine sua: * Præparavit orbem in sapientia, et prudentia sua cœlos extendit. ℣. Unus est altissimus Creator et Rex potens, et dominans Deus: * Præparavit. Jerem. 51. Eccli. 1.

℟. II. Quis respondebit Deo? vel quis dicere potest: Cur ita facis? Deus cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem. * Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei? ℣. Facit magna et incomprehensibilia et mirabilia, quorum non est numerus. * Quantus. Job. 9.

℟. III. Quam magnificata sunt opera tua Domine! * Omnia in sapientia fecisti. ℣. Mirabilia sunt et gloriosa, et abscondita et invisa; * Omnia. Ps. 103. Eccli. 11.

℟. IV. Deus solus justificabitur, et manet invictus rex in æternum. * Quis sufficit enarrare opera illius? ℣. Qui præparat terram in æterno tempore et replevit eam pecudibus et quadrupedibus; qui emittit lumen, et vadit, et vocat illud, et obedit illi in tremore. * Quis. Gloria. * Quis. Eccli. 16. Baruch. 3.

## Sabbato infra Dom. IV. Quadrag.

℟. I. Si justificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. * Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. ℣. Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit. * Etiam. Job. 9. Eccle. 9.

℟. II. Vere scio, quod non justificetur homo compositus Deo. * Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? ℣. Cui inter sanctos ejus nemo immutabilis, et cœli non sunt mundi in conspectu ejus. * Quantus. Job. 9. et 15.

℟. III. Job erat vir simplex et rectus ac timens Deum: * Non peccavit labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. ℣. Non esses loculi coram me recta, sicut servus meus Job: * Non. Job. 1 et 42.

℟. IV. Fidelis Deus est, qui * Non patietur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum. ℣. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est et miserator. * Non. Gloria. * Non. 1. Cor. 10. Jac. 5.

## Feria II. Infra Dom. Pass.

℟. I. Stultus populus meus me non cognovit: * Filii insipientes sunt et vecordes: sapientes ut faciant mala; bene autem facere nescierunt. ℣. Non noverunt Patrem, neque me: * Filii. Jerem. 4. Joan. 16.

---

In Lect. I.
dinumerat. ℣ Si ambulavi.

In Lect. II.
est mecum. ℣ Si despexi.

In Lect. I.
filii Dei. ℣ Quis concludit

In Lect. II.
quis genuit? ℣ Numquid nosti.

℣ Vel. Quam magnificata sunt * Opera tua, Domine! ℣ Mirabilia sunt et gloriosa, et abscondita et invisa; * Opera.

In Lect. I.
dextera tua. ℣ Respondens autem.

In Lect. II.
servus meus Job. ℣. Sumite ergo.

℟. II. Incrassatum est cor populi hujus, et auribus gravi-
ter audierunt, * Et oculos claudserunt, nequando videant oculis
et corde intelligãt, et convertantur et sanem eos. ℣. Populo huic
factum est cor incredulum, et exasperans. * Et oculos. Matth. 13.
Jerem. 5.

℟. III. Revertere, aversatrix Israel, ait Dominus, * Et non
aversam faciem meam a vobis: quia sanctus ego sum et non iras-
car in perpetuum. ℣. Impletum est tempus et appropinquavit
regnum Dei: poenitemini et credite; * Et non. Jerem. 3. Marc. 1.

℟. IV. Huc ego adducam super Juda et super omnes habitatores
Jerusalem, universam afflictionem, quam locutus sum adversum illos;
* Eo quod locutus sum ad illos, et non audierunt; vocavi illos, et
non responderunt mihi. ℣. Si non venissem et locutus fuissem eis;
peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent
de peccato suo; * Eo quod. ℟. Ecce. Jerem. 35. Joan. 15.

## Feria III. infra Dom. Pass.

Responsoria ut heri.

## Feria IV. infra Dom. Pass.

℟. I. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio
iniquo oderunt me. * Custodi Domine, animam meam et erue me.
℣. Oderunt et me et Patrem meum, ut impletur sermo qui in lege
eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. * Custodi.
Ps. 24. Joan. 15.

℟. II. Quia vocavi et renuistis; * Ego quoque in interitu
vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id quod timebatis, adve-
nerit. ℣. Ego vado et quaeretis me, et in peccato vestro morie-
mini. * Ego quoque. Prov. 1. Joan. 8.

℟. III. Christus Jesus factus est nobis sapientia a Deo et justi-
tia et sanctificatio et redemtio; * Ut quemadmodum scriptum est:
Qui gloriatur in Domino glorietur. ℣. Quis Deus similis tui, qui
auferis iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum? * Ut.
1. Cor. 1. Mich. 7.

℟. IV. Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios
tuos, et noluisti? * Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.
℣. Dabo domum istam sicut Silo, et urbem hanc dabo in male-
dictionem cunctis gentibus terrae. * Ecce. ℟. Jerusalem. Matth. 23.
Jerem. 26.

## Feria V. infra Dom. Pass.

℟. I. Quis miserebitur tui, Jerusalem? aut * Quis contristabi-
tur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? ℣. Dereli-
quisti fontem sapientiae. * Quis. Jerem. 15. Baruch. 3.

℟. II. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio
iniquo oderunt me. * Custodi, Domine, animam meam, et erue me.
℣. Oderunt et me et Patrem meum, ut impletur sermo, qui in lege
eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. * Custodi.
Ps. 24. Joan. 15.

℟. III. Christus Jesus factus est nobis sapientia a Deo, et justi-
tia et sanctificatio et redemtio; * Ut quemadmodum scriptum est:
Qui gloriatur, in Domino glorietur. ℣. Quis Deus similis tui,
qui auferis iniquitatem et transis peccatum reliquiarum? * Ut.
1. Cor. Mich. 7.

℟. IV. Deus vivificavit nos in Christo, cujus gratia estis sal-
vati, non ex operibus, * Ut ne quis glorietur. ℣. De plenitu-
dine ejus nos omnes accepimus. * Ut ne. ~~Glor.~~ ℟. Deus.
Ephes. 2. Joan. 1.

## Feria VI. infra Dom. Pass.

℟. I. Judicate inter me et vineam meam. * Quid est quod debui
ultra facere vineae meae, et non feci ei? an quod exspectavi ut fa-
ceret uvas et fecit labruscas? ℣. Ego plantavi te vineam electam,
omne semen verum. * Quid est. Isai. 5. Jerem. 2.

℟. II. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam
animae meae? * Recordare, quod steterim in conspectu tuo, ut lo-
querer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis.
℣. Si non venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent;
nunc autem excusationem non habent de peccato suo. * Recor-
dare. Jerem. 18. Joan. 15.

In Lect. I.
dicit Dominus. ℣ Frustra pere.

In Lect. II.
laudabunt. ℣ Haec enim dicit.

In Lect. I. reverti. ℣ Ego autem.
In Lect. II. dierum. ℣ Et transibunt.

℟. I. Incrassatum est cor populi hujus, et auribus graviter
audierunt, * Et oculos claudserunt, nequando videant o-
culis et corde intelligant, et convertantur et sanem eos. ℣.
Populo huic factum est cor incredulum et exasperans. * Et.
Matth. 13. Jerem. 5.

In Lect. I.
projecerunt. ℣ Ut quid mihi.

℟. III.
Quis miserebitur tui, Jerusalem? aut * Quis con-
tristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace
tua? ℣. Dereliquisti fontem sapientiae. * Quis.
Jerem. 15. Baruch. 3.

In Lectione II.
dicit Dominus. ℣ Ite ad locum.

In lect. I.
prevaricatorum. ℣ Et extenderunt.

In Lect. II.
ait Dominus. ℣ Non est similis

In Lect. I.
libantes Baalim. ℣ Tu autem

In Lect. II.

ecce turbatio. ℣ Cognovimus.

℟ III. Quis miserebitur tui, Jerusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? * Tu reliquisti me, dicit Dominus. ℣ Si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. * Tu. Jerem. 15. Luc. 19.

℟ IV. Quis Deus similis tui, * Qui auferes iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum. ℣ Nonne tu es Deus noster, quem expectavimus? * Qui. ℟ Quis Deus. Mich. 7. Jerem. 14.

× Si celebretur.

## Festum Compassionis B. V. M. ×

### Festivitas III. Classis.

Si occurrat Festivitas major, transfertur in Sabbatum.

### Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matut. quarta omissa.

### Lectio. Ruth. 1.

Ne vocetis me Nëmi, id est, pulcram; sed vocate me Mara, id est, amaram: quia amaritudine valde replevit me omnipotens. ℟ br. Posuit me Dominus * Desolatam: ℣ Tota die mœrore confectam. * Desolatam. Repetitur Posuit. Thren. 1.

### Hymnus. B. Paris.

Dum spargit aram sanguine
Jesus salutis hostia: *
Profert doloris æmulum
Maria pectus immolat.

Caput cruentum filii
Matris coronat verticem: *
Clavis iisdem figitur
Christus cruci, Christo parens.

O passionis mutuæ,
Jesu, Maria, conscii! *
Æterna vobis vulnera
Inferre tandem parcite.

Quem vos doletis, noster est
Error, furorque criminum: *
Totum scelus falentibus
Partem doloris reddite.

Præsente matre gni Jua
Mortem subis, sit laus tibi, *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

℣ Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: ℟ Et confirmasti super me manum tuam. Ps. 37.

Ad Magnificat Ant. Dixit ad Mariam Simeon: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, * ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Luc. 2.

Collecta ultima ad Matut.

Sine Commemoratio feriæ.

### Ad Vigilias.

In Ps. Venite Ant. Jesum, juxta cujus crucem stabat mater ejus: * Venite, adoremus. Joan. 19. In fine Psalmi non dicitur Gloria.

Hymnus Dum spargit ex I. Vesp.

### In I. Nocturno.

Ps. 21. Deus Deus meus, respice usque ad ℣ Circumdederunt me. pag. 5.

Ant. Ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est; * quoniam non est, qui adjuvet.

Divisio Ps. 21. Circumdederunt me usque ad ℣ Qui timetis. pag. 5.

Ant. Ne elongaveris auxilium tuum a me; * ad defensionem meam conspice.

Altera divis. Ps. 21. Qui timetis pag. 6.

Ant. Non sprevit neque despexit deprecationem pauperis; * nec avertit faciem suam a me.

Ps. 30. In te Domine, speravi usque ad V. Miserere mei Domine, pag. 12.

Ant. Esto mihi Domine, in Deum protectorem, * et in domum refugii.

Divisio Ps. 30. Miserere mei, Domine usque ad V. Quam magna multitudo. pag. 13.

Ant. Domine non confundar, * quoniam invocavi te.

Altera Divis. Ps. 30. Quam magna multitudo pag. 13.

Ant. Exaudisti, Domine, vocem orationis meæ, * dum clamarem ad te.

V. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt; R. De necessitatibus meis erue me, Domine. Ps. 24.

Lectiones cum Responsoriis suis de Scriptura occurrente.

## In II. Nocturno.

Ps. 55. Miserere mei, Deus, quoniam pag. 68.

Ant. Deus, vitam meam annuntiavi tibi: * posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Ps. 58. Eripe me de inimicis ~~pag. 69~~ usque ad V. Fortitudinem meam pag. 69.

Ant. Domine, sine iniquitate cucurri et direxi; * exurge in occursum meum.

Divisio Ps. 58. Fortitudinem meam pag. 69.

Ant. Factus es, Domine, susceptor meus, * et refugium meum in die tribulationis meæ.

Ps. 60. Exaudi, Deus, deprecationem pag. 80.

Ant. Ad te, Domine, clamavi, dum anxiaretur cor meum; * in petra exaltasti me.

Ps. 61. Nonne Deo subjecta pag. 81.

Ant. Deo subjecta esto anima mea; * quoniam ab ipso patientia mea.

Ps. 87. Domine Deus salutis pag. 110.

Ant. Clamavi ad te, Domine, tota die; * expandi ad te manus meas.

V. Anima mea turbata est valde: R. Sed tu, Domine, usquequo? Ps. 6.

Sermo S. Bernardi Abbatis. Serm. de 12. Prærog.

## Lectio V.

Martyrium Virginis

Vid. Brev. R. P. Æmil. Pars Vernal. p. 162. R. R. ibidem.

## In III. Nocturno.

### Canticum I. Thren. 1.

Torcular calcavit Dominus * virgini filiæ Juda.

Ideirco ego plorans, * et oculus meus deducens aquas:

Quia longe factus est a me consolator, * convertens animam meam.

Facti sunt filii mei perditi, * quoniam invaluit inimicus.

~~Canticum II. ibid.~~

Vide, Domine, quoniam tribulor, * conturbatus est venter meus.

Submersum est cor meum in memetipsa, * quoniam amaritudine plena sum.

Audierunt, quia ingemisco ego, * et non est, qui consoletur me:

Omnes inimici mei audierunt malum meum; * lætati sunt, quoniam tu fecisti.

### Canticum III. C. 2.

Cui comparabo te? vel cui assimilabo te, filia Jerusalem? * cui exæquabo te, et consolabor te, virgo filia Sion?

Magna est enim velut mare contritio tua: * quis medebitur tui?

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: * sibilaverunt, et moverunt caput suum;

Et dixerunt: Devorabimus: * en ista est dies, quam exspectavimus.

NB. Si hoc Canticum non placeat; sumatur Canticum Isaiæ cap. 53. et dividatur in tria, ut in Brev. R. P. Æmil. pag. 128. In Brev. nostro p. ~~225~~ 229.

Canticum III. Thren. 2.

Decit Dominus quæ cogitavit, * complevit sermonem suum, quem præceperat.

Destruxit, et non pepercit, * et lætificavit super te inimicum.

Deduc quasi torrentem lacrymas per diem et noctem: * non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: * leva ad eum manus tuas.

Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

℣. Quando consolaberis me, Domine? ℟. Quando facies de persequentibus me judicium?

Ex Epistola beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Lectio IX. Cap. i.

Gaudeo in passionibus

Vid. Brev. R. P. Æmil. p. 162. Ubi et R. R. et Evangel.

## Ad Matutinas.

Ant. O vos omnes qui transitis per viam, * attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus. Thren. i.

Ant. Defecerunt præ lacrymis oculi mei: * conturbata sunt viscera mea. Thren. 2.

Ant. Doleo super te, decore nimis et amabilis: * sicut unicum filium, ita ego te diligebam. 2. Reg. i.

Ant. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum; * ut non misereatur filio uteri sui? Isa. 49.

Ant. Fili mi! quis tribuat mihi, * ut ego moriar pro te? Fili mi? 2. Reg. 18.

Lectio. Jer. 31.

Vocem quasi parturientis audivi, angustias ut puerpera: vox filiæ Sion inter brevientis expandentisque manus suas: Væ mihi, quia defecit anima mea

℟br. Cor meum conturbatum est: * Dereliquit virtus mea. Cor. ℣. Lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. * Dereliquit. Cor meum. Ps. 37.

Hymnus. Brev. Paris.

Illæsa, te, puerpera
Non fecerat matrem dolor, *
Nascente, quem nesciveras
Orbata genitis filio.
Cum te salutat ultimum
Natoque tradit alteri, *
Natumque tradit alterum,
In morte Christum paturis.
℣ Non ejulantem cernimus
℟ Non ungue vellentem comas
Silensque plus novit pati,
Virtus dolore fortior.
Præsente matre qui tua
Mortem subis, fil laus tibi, *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

℣ Effundo in conspectu Domini orationem meam, ℟. Et tribulationem meam ante ipsum pronuntio. Ps. 141.

Ad Benedictus Ant. Fortis est ut mors dilectio: * aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent eam. Cant. 8.

Collecta. B. Paris.

Da, quæsumus Domine, cordibus nostris intimum vero pietatis affectum: ut in filii tui passione sanctissimæ Matris ejus digne compatientes; salutaris mysterii fructum percipere mereamur. Per eundem.

Fit Commemoratio Feriæ.

## Ad Primam.

℣ Dolore cordis fauciam
Nam plus silens novit pati
Virtus dolore fortior.

## Canon

Ex concilio Coloniensi. Anno 1423. can. 2.

Ad gloriam sanctæ Virginis Dei genetricis, pro peccatoribus filium crucifixum assidue deprecandis, necnon ad honorem illius angustiæ et dolores, dum Redemptor noster expansis manibus in ara crucis, matrem suam benedictam dilectissimo discipulo suo Joanni Evangelistæ commendavit; et præsertim ut profanorum Hussitarum perfidia refundatur, qui imagines ad laudem Crucifixi et gloriosæ Virginis dedicatas comburere minime formidarunt: statuimus et ordinamus, ut festum commemorationis prædictæ angustiæ et dolores beatæ Mariæ Virginis deinceps singulis annis, in omnibus ecclesiis solemniter celebretur.

### Ad Tertiam.

Lectio. ~~Isai. 21~~ Job. 30.

Interiora mea efferbuerunt absque requie; prævenerunt me dies afflictionis, mœrens incedebam.

℣. Quam diu ponam consilia in anima mea: ℟. Dolorem in corde meo per diem! Ps. 12.

### Ad Sextam.

Lectio. Jerem. 6.

Filia populi mei, accingere cilicio, et conspergere cinere: lucum unigeniti fac tibi, planctum amarum.

℣. Tribulationem et dolorem inveni; ℟. Et nomen Domini invocavi. Ps. 114.

### Ad Nonam.

Lectio. Isai. 21.

Repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me: contristatus ~~videram~~ audiram, ~~conturbatus~~ cum viderem; emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me.

℣. Timor et tremor venerunt super me, ℟. Et contexerunt me tenebræ. Ps. 54.

### Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Mat. quarta omissa.

Lectio. Mich. 7.

Ne lætere, inimica mea, super me, quia cecidi: consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.

℟. Si ambulavero in medio tribulationis, * Vivificabis me Domine. Si ambulavero. ℣. Et super iram inimicorum extendisti manum tuam. * Vivificabis. Si ambulavero. Ps. 137.

Hymnus Jam Sparsit. ex I. Vesp.

℣. Propter nomen tuum Domine, vivificabis me, ℟. Educes de tribulatione animam meam. Ps. 142.

Ad Magnificat Ant. Fecisti viriliter et confortabitur cor tuum; manus Domini confortavit te: * et ideo eris benedicta in æternum.

Fit Commem. Feriæ.

### Sabbatho infra Oct. Pasch.

℟. I. Ecce qui elongant se a te Domine, peribunt: * Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. ℣. Spes impiorum peribit. * Perdidisti. Ps. 72. Prov. 10.

℟. II. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine: * Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. ℣. Christo confixus sum cruci. * Bonum. Ps. 117. Gal. 2.

℟. III. Omnes, qui te, Domine, derelinquunt, confundentur. * Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. ℣. Ego Deus salvator meus, fiducialiter agam et non timebo: * Mihi. Jerem. 17. Psal. 72. Is. 12.

℟. IV. Adhuc modicum lumen in vobis est. * Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant. ℣. Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat. * Ambulate. Adhuc. Joan. 12. Jerem. 13.

In Lectione I.
inhabitabili. ¶ Benedictus vir.

In Lect. II.
mea tu es. ¶ Ecce isti dicunt.

In Paschalis Vigiliis Versus II. Nocturni:
Exaltabo te Domine transferatur in III Nocturnum, et ille V. III. Nocturni: Nolas (in II Nocturnum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# In Feriis
## ab Octava Epiphanie ad Septuagesimam.

### Ad Matutinas.

Lectio. Ephes. 2.

Clamus ℣. ut supra in Dominica. ℟ br. et Hymnus ut supra in Dominica.
℣ Inclina ℣. ut sup.

Feria II.

Ad Benedictus Ant. Nobis ℣. Supponatur
Collecta. Omnipotens ℣. p. 56.

Feria III.
℣. et Jü in reliquis feriis

### Ad vesperas.

Lectio. Act. 10.

Verbum ℣. in Dom. ℟ br. et Hymnus ut sup. in Dom.
℣ Tu es ipse ℣.

Feria II

Ad Magnificat Ant. Ista est ℣ p. Omnia p. 64.
Coll. ut ad Matut. et sic in aliis Feriis

Feria III

[illegible]

Apponatur.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Nunc novum templum repleamus hymnis Carne super astra
Cujus est custos tua dextra, Blasi!
Quia tuo dudum locus ipse sacro
Nomine fulget.

Tu quondam tua virtute clarus
Tu bonus pastor ovium tu
Tu Martyr inclytus
Tu patronus istius loci, et congregationis

O tua ~~Blasi vel~~ pietate notus, clarus. verante ~~Deo~~
tu Ad tuas preces Deus
A Deo per te pietas avorum te patrocinante Deo
fluxit sub tuo scuto
Numen amicum.
Tua merita respectans Deus
Hoc modo felix petit astra Martyr

Carnem
Tua merita respectans Deus
respectans tua
estimans
Tuis meritis motus Deus.
Et tuis motus meritis Deus nos, amicum Numen
Nos

# Hymni
## In
## Festo S. P. N. Blasii
## Episcopo Sanctolio Victorino.

### Ad I. Vesp. et Vigilias.

26. Quæ dies terris tibi facta, Blasi!
Hoc redit nobis celebranda votis: *
Tu bonus nostras, optimus clientes
Accipe laudes.

Armenis mira pietate notus
Et Sebastenis veteris sacerdos; *
39. Terre nunc tibi destinato
Fondera mihi.

Quæ; et en jamjam pater est suorum
Ac bonus pastor: * vigil excubavit
Credito ne quid rabie luporum
De grege perdat.

Quos docet nondum habiles alumnos
Firmat exemplis, animatque factis
Sit quam plebem habil ad beata
Ducere coli.

Christe! Efficax Ad Vigilias. eligente faulus

---

Non time sacram redimire frontem
Insulis sacris: * Deus hoc reposcit. *
Ipse possit tua fortitudo;
Ipse juvabit.

Non ea
Ipse dat lapso virtutem
Non pavescas grave dignitatis onus honor honores

Non vince tantum & imposuit
Non time Deus esse possit,
onus, Deus qui imponit
qui vocat, quo non
in te suscipere
qui tuis
Non jam frontem redimire sacris
Impetret Non

Non onus tantum timeas;
Vide pectus non time
Valet non te teneat dignitas
En Deus possit; terr
Quod
Non timescas talis dignitatis honor
non time talis dignitatis honor gravi pondus
Non time pondus grave dignitatis istud.

Et Sebastenis veteris sacerdos; *
Præsit et nostri tibi destinata
Fondera Mitræ.
Deus
qui vocat

En Deus lumen cordi tuo
qui dat populis regendis
ipse minist
qui foret
Vel Præsens verbo, docet imperatis
Impetret terret, stabilitque justos;
Ipse erit semper tua fortitudo.

---

In grege nobis bonus ipse Pastor
Blasius sanctus bonus ipse Pastor
Jam gregi nobis,

Pontifex sanctus, Sua dicta
firmat exemplis
Blasius colo
Pontifex factus, pater est suorum.
Excubat regendi
qui vocavit te, et tale onus imponit
tali humeros
ipse juvabit suam tua
Suppeditabit
ipse per tua fortitudo;
ipsos
qui suos
Non perhorresces onus hoc honoris.
Ipse virtutem tibi largietur,
Qui suos populis regendis
ipse ministros

Blasius sanctus odor en Christi
En Odor Christi bonus est vocatus ubique
Blasius sanctus; gregis ipse forma!
bon

Haud
Ne tuam frontem timeas sanctas
insulis rediniri
ipse virtutem tibi robur antem
Suppeditabit.
qui suos servos
Sacerdotes venerandos formal
sibi

Jussa dicta
firmat exemplis
Blasius
Pontifex factus, pater est suorum.
Excubat
qui vocavit te, et tale onus imponit
tali humeros
Vires tibi virile
robur
En Deus vocat
Quod Deus tibi gravavit
qui vocavit te,
tuos
Deus ipse formal
unxit et ornat

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg